

1

# HERMAPION

SIVE

RUDIMENTA

HIEROGLYPHICAE VETERUM AEGYPTIORUM LITERATURAE

SCRIPSIT

IULIUS LUDOVICUS IDELER.

---

PARS PRIOR.



---

LIPSIAE MDCCCXLI

SUNTIBUS FR. CHR. GUIL. VOGELII.

Καὶ ἑπορευθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἄγω ἔμην, ὅτι ἴδω αἱ  
ἄνθρωποι σιωπῆσαι, οἱ ἴδιαι κυχᾶζονται.

Ev. Lucæ, XIX, 40.

**ALEXANDRO AB HUMBOLDT**

**GERMANORUM QUOTQUOT FUERE SUNT ERUNTQUE  
DECORI**

**SACRUM.**



Cuius ego viri nomini opus hocce duorum lustrorum fere continui laboris possem inscribere, nisi TIBI, VIR ILLUSTRISIME, EXCELLENTISIME! Tu enim, quum primus in patria nostra in hanc descenderem arenam, ut omnibus aniterer viribus, rem tam faustis auspiciis inchoatam contra invidorum defendere hominum malignitatem novarumque rerum studiosos, TU, inquam blande mihi subridendo non superfluum me opus esse suscepturum mihi significasti. TU mihi praesidia cuiuscunque generis maximique obtulisti pretii, TU effecisti, ut huic operi, quod TIBI iam offero, toto animo per decem fere annorum seriem possem vacare, TU mihi dux fuisti in huiusce modi disquisitionum tractatione; TU denique, VIR BENIGNISIME, solamen etiam misero fuisti ac saepenumero eum erexisti, ut novis

viribus altiora appetere studeret. Permittas igitur precor atque precor, ut TIBI voveam haec hieroglyphicae literaturae rudimenta, et, quemadmodum in ipso feci operis titulo, hic quoque memor sim verborum Evangelii (*Luc. XX, 25*): *Ἀπόδοτε τοῖνυν τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι καὶ τὰ Θεοῦ τῷ Θεῷ.*

Berolini, Calendis Ianuariis anni MDCCXXLI.

**Julius Ludovicus Ideler.**

## P R A E F A T I O

**P**auca sunt tantummodo, Lector benevole, de quibus Tecum colloquendum esse duco in initio operis huiusce, cuius ea est ratio, ille est ordo, ut cum primo statim obtutu possis intelligere. Ante hos sex fere annos liber, tunc vernacule scriptus, a me erat absolutus, bibliopola autem honestissimus voluit deinde, ut romana veste indueretur. Quod ego lubenter feci, ut apud externos etiam facilius posset legi. Hinc inde aliisque de causis, quas enumerare longum videtur, factum est, ut, sine mea culpa, liber adeo scrus prodeat in publicum. Quem iam nunc suscipias igitur benevolo precor animo ita, nisi fallor, comparatum et elaboratum, ut Tibi bibliothecae Aegyptiacae vice queat fungi. Contigit enim mihi tum praepriis peculiari Alexandri ab Humboldt eiusque fratris, immortalis viri, quem defunctum luget Germania, Guilelmi, benignitate ac liberalitate, ut omnia fere, quae hae in materie extra patriae fines nupera aetate lucem viderunt ipse conferre possem opuscula eaque modo maximae modo minimae molis; alia ab ipsis auctoribus benevolo animo mihi sunt transmissa, quibus grates hoc ipso loco meas dico quam maximas: aliarum denique non exiguum numerum suppeditavit mihi vel sedulus et officiosus amor custodum doctissimorum bibliothecae Regiae Berolinensis, vel benignitas optimi viri Bibliothecarii Gottingensis b. Reussii. Neque defuit mihi vel consilio vel auxiliis

cuiuscunque generis conquirendis venerandus ille senex, ex quo prognatus esse glorior. Quod si omnes vellem enumerare, qui libris suis me hoc in opere elaborando et exornando iuvarunt, finem praefandi nullum essem inventurus antequam eiusdem fere molis volumen alterum exarasset. Qua in re etiam bibliopolae honestissimo suae neque minimi momenti sunt partes. Itaque hisce verbis pium gratumque, quo omnes illos viros amplector animum publice profiteri volui. Vale, mi lector, atque hisce nostris studiis fave.

Berolini, Idibus Augustis anni MDCCCXLI.

**IULIUS LUDOVICUS IDELER.**



## I N D E X.

Introductio . . . . .	Pag. 3
<b>S e c t i o I.</b>	
De lingua Aegyptiorum eorumque scribendi ratione in universum . . . . .	» 19
<b>S e c t i o II.</b>	
De inscriptione Rosettana aliisque trilinguis inscriptionibus. — Succincta disquisitionum de natura demoticae scripturae historia. — De graecis, demoticis et hieraticis papyris . . . . .	» 85
<b>S e c t i o III.</b>	
Fundamenta hieroglyphicae literaturae . . . . .	» 99
<b>S e c t i o IV.</b>	
De hieroglyphis acrologiis . . . . .	» 166
<b>S e c t i o V.</b>	
Conamina Spohnii; systemata Seyffarthi . . . . .	» 179
<b>S e c t i o VI.</b>	
Disquisitiones de veterum Aegyptiorum historia ac rebus gestis ad fidem antiquorum monumentorum . . . . .	» 215

## A P P E N D I X.

I. Index chartarum papyracearum tam demotice quam graeco scriptarum prae reliquis memorabilium secundum locum, quo reperiatae sunt, res, de quibus agitur, et tempus, quo scriptae sunt, adnotatus . . . . .	» 3
II. Inscriptio Rosettana . . . . .	» 12
III. Inscriptio in podio obelisci Philensis . . . . .	» 14
IV. Inscriptio in insula Schleeh prope primam catadupam . . . . .	» 14
V. Papyrus Taurinensis prima . . . . .	» 15
VI. Papyrus Taurinensis secunda . . . . .	» 21
VII. Papyrus Taurinensis tertia . . . . .	» 22
VIII. Papyrus Taurinensis quarta . . . . .	» 22
IX. Papyrus Taurinensis septima . . . . .	» 23
X. Papyrus prima Zoiddis . . . . .	» 23
XI. Pactio Nechutis . . . . .	» 24
XII. Pactio Osoroeris . . . . .	» 25
XIII. Antigaphum Greyianum . . . . .	» 25
XIV. Literae commendatitiae Timoxeni . . . . .	» 26
XV. Mandatum comprehensorium . . . . .	» 26

XVI. Canon regum Thebanorum secundum Eratosthenem . . . . .	Pag.	27
XVII. Fragmenta veteris chronici Aegyptiaci . . . . .	»	29
XVIII. Tabula dynastiarum secundum Castorem Rhodium . . . . .	»	30
XIX. Tabula dynastiarum Aegypti secundum versionem Armenisam Eusebii . . . . .	»	31
XX. Dynastiae Regum Aegypti secundum Manethonem . . . . .	»	31
XXI. Manethonis liber primus . . . . .	»	42
XXII. Canon regum Aegypti secundum Diodorum Siculum . . . . .	»	46
XXIII. Canon decimae octavae dynastiae Manethonis secundum Theophilum . . . . .	»	47
XXIV. Obeliscus Hiermapionis . . . . .	»	49
XXV. De scriptis Manethonis . . . . .	»	51
XXVI. De columna Siraclieis . . . . .	»	52
XXVII. De regibus pastoribus . . . . .	»	52
XXVIII. Israelitae in Aegypto . . . . .	»	54
XXIX. Discessus Israelitarum ex Aegypto secundum Chacremoneum . . . . .	»	55
XXX. Chronologia Lagidarum secundum Porphyrium . . . . .	»	56
XXXI. Lettre de M. le Baron Guillaume de Humboldt a M. Champollion . . . . .	»	59
XXXII. Réponse de M. Champollion . . . . .	»	76
XXXIII. De reductione datorum temporis ex actate Lagidarum in Aegypto regum . . . . .	»	87
XXXIV. Index locorum veteris Aegypti, ubi templa monumentaque exstiterunt, quorum hodiernum fragmenta supersunt . . . . .	»	89

**HERMAPION**

SIVE

**RUDIMENTA HIEROGLYPHICAE**

**VETERUM AEGYPTIORUM LITERATURAE.**

---

*Miramur perisse homines : monumenta fatiscunt ;  
Mors etiam saxis nominibusque venit.*

## INTRODUCTIO.

---

Quum inter omnes constet, minime sufficere, si quis humani generis historiam velit conscribere, ut singula quaedam facta, quamvis per se neque memoratu indigna neque exiguae auctoritatis in diiudicanda populorum varia fortuna, componat atque temporis momenta rerum gestarum gloria prae reliquis insignia recenseat, sed illud cum maxime desiderari, ut primam originem explorare conetur, incrementa persequatur, primordia imperii de naturae viribus circuncirca agentibus et ab alia eaque graviore quam humana voluntate dependentibus explicare studeat; deinde ut instituat quaestionem, utrum varia ingenii indoles, corporis figura, loquendi, cum aliis communicandi ac deos adorandi ratio, morum praeterea consuetudinumque in vita tum publica tum domestica diversitas, argumenta offerant, silvam istam (siquidem cum silva hominum genus comparare licet), quae totum terrarum orbem a septem trionibus ad meridiem usque contegit, haud ex uno semine esse ortam, sed ex magna viridiorum copia paulatim coaluisse, an secus factum esse doceant; denique ut demonstret, quomodo gens ex gente nanciscatur, populus populum generet: id quoque a nemine in dubitationem vocari potest, vix aliunde tenebras, quibus humani generis incunabula obvelantur, aliqua saltem ratione dissipari posse, nisi diligenti traditionum collectione, quae in Gangeticis regionibus, in Nilotica valle et in campis Euphratem inter Tigrinque sitis ab antiquissimis inde temporibus conservatae circumferuntur. Nemini tamen unquam contigit, etiamsi omnes rivulos a Paropamiso, Ararato et Lunae in Aethiopia montibus defluentes unum in alveum conduxerit, ut obscuram illam solveret quaestionem, quando, qua ratione et unde terrae nostrae globus originem suam traxerit: neque mirum, quum ipsa problematis conditio eius sit modi, ut solutionem vix admittat et naturae potius scrutatori (geologo) sit relinquenda, quam rerum gestarum scriptori. Traditiones seniticae, quae in libris Veteris Testamenti depositae sunt et conservatae, haudquaquam sufficiunt, quippe quia recentioris sunt originis, omni fabularum genere referatae et nimis arcto terrarum tractu circumscriptae, praetereaque tam indoles Hebraeorum nationi propria quam diversorum, qui singulos libros composuerunt, auctorum manifestum consilium doctrinam theocratiae a sacerdotum corpore quasi representatae condendi effecerunt, ut verae historiae principia multis in locis aperte negligerentur. Quodsi igitur ex libris istis, quando criticae artis ope mysticum religionis velamen iis detrahas neque aliud quidquam in iis conspicias, nisi fontes historicos, Abrahami, Arabum circumvagantium (Beduinorum qui hodie vocantur) principis

patriam, generationum ex ipsa eiusque propagine procreatarum seriem discere licet, et intelligere, quomodo factum sit, ut posterius eius sensim sensimque in populum proprii iuris et a finitimis gentibus minime dependentem succreverint: frustra in iis vestigia quaeras, unde comprehendere queas, qua ratione humanum genus paulatim adoleverit, qui fontes fuerint culturae animi, quae denique vincula singulas gentes, generis humani disiecta membra, connecterent; quae ut scias, longe maioris profecto est momenti, quam ut uniuscuiusvis membri in patriarcharum familiis stemmata cognoveris. Atque opportune quidem hoc nostra demum aetate a plurimis eruditissimis viris intellectum est, quum libros illos, qui diu non orientalium tantum populorum, sed totius generis humani vetustissima documenta ferebantur, haud ita praecipue opinione, ut olim, sed vultu magis acuto et vinculis, quibus ingenia premebantur, exsoluti considerare valerent. Historia inde non exiguum fructum cepit, quod a trita via discedere ausum est, quippe quia disquisitioni latior iam patet campus fontesque admittuntur, qui si vulgatis non vultum limpidiore, certe non turbidiores sunt et lutulentiores.

Indiae tot saeculorum tenebris obrutae nupera aetate lux vix unquam exspectata affulsit. Lingua innotuit, qua populi, illarum regionum incolae, utebantur, ac quomodo cum persica, graeca, latina, germanica, lithuanica et slavonicis linguis cohaereat, hodie intellectum est, indeque multum frugis historiae, quae populorum terrarum orbem habitantium nexum et migrationes persequitur, redundaturum esse non est, quod dubites, et aperte patet ex iis, quae sex superioribus lustris viri eruditissimi iam iam praestiterunt. Sacri Indorum libri, *Wedás* et *Puranás*, inter quos eadem intercedit ratio, quae Pentateuchum inter et libros talmudicos, perennem obtulerunt fontem, ex quo res sana antiquitate gestas comperias; et cultus divini sacrarumque apud Indos caerimoniarum notitia, quam nostra aetas sibi paravit, haud minus quam cognitione socialium institutionum, quae communi vinculo *sanctae Gangae* accolae constrinxerunt maturamque animi culturam provocarunt et adiuvarunt, via qua humanum genus per terrarum orbem migravit omnesque pedetentim plagas implevit, multis iam modis illustrata est.

Ex India, nisi egregie fallimur, Aegypto si non ipsi incolae, artes saltem literariae advennerunt: ex India Nilicolae religionem et instituta socialia accipere: mutuaeque illa ratio, quae inter gentes hasce terrasque intercedebat, tam manifesta est adeoque facilis intellectu, ut ubi monumentorum vestigia presso pede sequeris, communicandi viam per Aethiopiae regiones <sup>1)</sup> sine errore fere possis indicare. Praesidia vero eius modi, qualia praesto sunt eruditissimis, qui de Indiae antiquitatibus quaestiones instituunt, desunt cui cordi est Aegypti historiam illustrare: Aegyptus enim per longam saeculorum seriem inde a Graecorum Romanorumque temporibus spissis tenebris obruta iacuit, donec exeunte tandem superiore saeculo Gallorum expeditio novos fontes aperuit, qui et nobis et posteris ea pollicentur, quae diu incassum sperata erant.

Quod dudum viri docti suspicabantur, veterum Aegyptiorum linguam eatenus tantummodo a coptica differre, qua in unaquavis lingua vestigia deprehendi possunt mutationum, quas socialia instituta, populi, qui ea utitur, ingenium, ipsaque, cuius limitibus circumscribitur, terra subeunt, nostra denique aetate longa factorum criticae artis ope comprobatorum serie extra omnem dubitationem positum est. Argumenta enim tum ab aliis viris,

tum praesertim a docto Gallo Quatremère <sup>2)</sup> prolata, tanti sunt ponderis, ut antiqua Aegypti lingua quasi deuo detecta dici queat. Sola autem idiomatis, quo Nilicolae olim utebantur, cognitio minime sufficere poterat ad terrae historiam enucleandam populique varia tum in vita domestica tum in commercio cum exteris nationibus fata illustranda: Aegyptusque tamdiu tenebris obruta iaceret necesse erat, quam testes deerant, qui quae ipsi suis oculis viderant, nos edocerent. Quae enim ex sacris Aegyptiorum libris et operibus, quae ex Graeca Romanaque antiquitate aetatem tulere, disci poterant, adeo erant tenuia, ut quae interiere, eo vehementiore dolore desiderarentur neque aliud quidquam intelligeretur, nisi Aegyptum ingentes olim revolutiones fatorumque vicissitudines subisse, quarum vix ulla ad nos usque notitia penetraverat.

At veterum Aegyptiorum literaturae, florentissimae aliquando abundantisque cuiusvis generis monumentis, vix parca quaedam vestigia remanserunt. Interierunt opera, quae sacerdotes Hermetis Trismegisti nomine inscribebant <sup>3)</sup>, 36525 numero <sup>4)</sup> auctore Manethone <sup>5)</sup>: nullum sacrarum hymnorum, quos Plato <sup>6)</sup> alique scriptores <sup>7)</sup> commemorant, fragmentum superest non magis quam librorum, qui Ammoni regi <sup>8)</sup>, Bityi prophetae <sup>9)</sup>, hierophantae Epeïdi <sup>10)</sup>, Suphi <sup>11)</sup>, Athoti <sup>12)</sup> et Nechepso <sup>13)</sup> regibus, sacerdoti Petosiridi aliisque tribuebantur: nihil restitit sacrarum annalium, quorum saepenumero apud graecos scriptores mentio iniicitur <sup>14)</sup>; nihil legum scriptarum <sup>15)</sup>, ut aliorum voluminum procul dubio genuinorum multitudinem silentio praetereamus, quorum tituli et argumenta ex graecis romanisque scriptoribus innotuerunt <sup>16)</sup>.

Attamen iacturam omnium fere Aegyptiacaе literaturae monumentorum, quibus charitarum papyracearum ex hypogeis recens erutarum copia aegre supplere potest, quum harum longe maxima pars domesticam civilemque populi vitam spectet, paucae tantummodo literarum artiumque conditioni rectius cognoscendae inservire queant, absque omni dolore sustineremus, si *περὶ τῶν βιβλῶν* <sup>17)</sup> veteris Aegypti nostram aetatem integre tulissent, quo nomine inscriptiones, quibus omnium templorum parietes, ingens stellarum numerus et cuiusvis generis monumenta oblecta erant, comprehendebantur: quas scilicet si interpretari valemus, uti hodie licet, tenebras, quibus Aegypti historia obruta iacet, dissipare possumus. Fragmenta, quae hodie supersunt, quamvis exigui numeri, si ingentem, qua Nilotica aliquando tellus abundabat, copiam memineris, tot tamen sunt et tanta, ut veterum Aegyptiorum literarium legatum, ubi dispersas reliquias collegeris, intmanem voluminum numerum implere possit. Quod eo mirabilius videtur, ubi revolutiones variasque adversae fortunae casus ac vicissitudines in mentem nobis revocamus, quae turbinis ad instar per longam saeculorum seriem irruerunt Aegyptumque devastare et gloriosi Pharaonum imperii monumenta cum aedificiis, quae a posteris generationibus sub Lagidarum Romanorumque imperio exstructa erant, subverterunt. Edax tempus, nisi ignis cum ferro barbarorumque rapacitate supervenisset, hisce monumentis, quae mitis Aegypto Iupiter in omnem aeternitatem duratura esse pollicebatur, procul dubio pepercisset <sup>18)</sup>. Aethiopum Beduinorumque <sup>19)</sup>, qui praeis temporibus Aegyptum plus semel inundarunt, irruptiones non multum damni Aegypto tulere, tum quia illa aetate monumentorum copia laud aequae magna erat, ac postea, tum quia communis religio <sup>20)</sup> eos commovebat, ut templorum publicorumque aedificiorum saucitatem venerentur. Assyrii exiguam tantummodo inferioris Aegypti

partem breve per tempus devastarunt: civilibus bellis palatia sane privataeque domus interire, templa vero cum adytis intacta manserunt.

Prima periodus, qua Aegypti monumenta fere omnia aut prorsus interierunt aut magnopere laedebantur, illud amplectitur temporis spatium, quo Persae infelicem terram inundarunt caecoque et fanatico religionis furore <sup>21)</sup> abrepti in deos Aegypti eorumque sacerdotes et templa saevierunt. Tunc Cambyses Iovis Hammonis templum comburi iussit <sup>22)</sup>, tunc ipsa cum cadaveribus sepulcra violata sunt <sup>23)</sup>. Postea, quum Ptolemaei reges legitimi Pharaonum imperii heredes praedicari cuperent idcircoque sacros ritus caerimoniasque observarent, aegyptios deos una cum graecis colerent, sacerdotum auctoritatem, quatenus regiae non obstabat, sustentare conarentur, anacletaria <sup>24)</sup> iudiciaque de regibus defunctis haberi solita conservarent, morumque populi vulgique etiam consuetudinum rationem haberent, multa, quae cecidere, monumenta restituebantur novorumque haud exiguus numerus magnis sumptibus erigebatur. Ac sub Romanis etiam, qui Aegypto, unde frumenti copia Italiae advehebatur, magis parcebant quam reliquis, quas sibi subiecerant terris <sup>25)</sup>, nova construebantur aedificia, vetera, quae partim diruta erant, antiquo splendori restituebantur <sup>26)</sup>. At iterum haec fere omnia concidere, quin in secunda, de qua dicendum est, devastationum periodo, quicquid pagani cultus in Aegypto supererat, a fanatica Christianorum grege vel prorsus extirparetur, vel saltem ita truncaretur, ut nihil remaneret, nisi deformia rudera, et ubique Christi cruci fixi, sanctorum martyrumque imagines in veterum Pharaonum locum succederent magnificaeque picturae tectoria calce obducerentur. Diruebat, igne ferroque vastabat Persa: trussillabat Christianus.

Christiani postquam plura per saecula haud tumultuose, sed quasi praemeditate certoque quodam ordine devastationis opus persequi poterunt, ab Arabibus loco pulsati sunt, quorum imperio tertia periodus conficitur. Arabes non fanatico peregrinarum religionum odio ad evertenda monumenta abripiebantur, quemadmodum Persae Christianique, sed aedificia demoliebantur, obeliscos destruebant, pylonesque evertebant, ut novis, quibus opus erat, aedificiis exstruendis materiam sibi compararent <sup>27)</sup>: quo accedebat, ut auri sacra fame compulsi (imprimis Beduini hac in re iam tunc, uti nostra etiam aetate, excollebant) pyramides aperirent, hypogea rimarentur, munias spoliarent multaque aedificia ad ima usque fundamenta perscrutarentur. Quin praeterea persecutionibus suis Christianos cogerent, ut in hypogea, quibus Libycorum et Arabicorum montium viscera abundant, tamquam sola refugia sese reciperent, novam eantque minus tumultuosam placidioremque vastandi rationem provocarunt, cuius vestigia hodieque non sine acerbo dolore peregrinatores intuentur. Saeculorum, quibus huius modi rerum status durabat, series mortuorum illis habitationibus, quas subterraneas urbes non sine iure appellaveris, penitus fere diruendis sufficiebat.

Arabes Turcis succubuerunt. Horrore implet vastationum vestigia, quae occupationem stragemque illam presso pede sequebantur; dirutarum enim Arabicarum urbium rudera ad extremos usque Nubiae fines tot sunt adeoque confusa, ut earum numerus definiti nequeat, tristicque terrae hodiernus status luculentissimus sit calamitatum testis. Turcae quoque novis aedificiis construendis materiam sibi pararent necesse erat, quumque nimis essent iuertes, quam ut nova saxa ex lapidicinis adveherent nec fere monumentorum



ex Pharaonum Lagidarumque aetate quidquam superasset, quod absque molestia auferri inque alium locum transportari potuisset, Romana aedificia diruere inchoabant, quae Turcis dominantibus prorsus evanuerunt. Quum praeterea in his integri lapides faciliore opera a rudere possent separari, quaecumque antiquioris originis reliqua erant, contemserunt contumaciamque, qua Pharaonum monumenta oblectabantur, propter innatam sibi segnitiam ne conabantur quidem vincere.

Quibus quatuor vastationum periodis si quinta nobis non esset addenda, cui tunc demum finis imponi posse videtur, ubi ultima veteris Aegypti monumenta priscique splendoris testes evanuerint, in caeteris humaniores Europae gentes a barbarici criminis liberare possemus. Reliquiarum, quas Galli annis superioris saeculi extremis in Aegypto adhuc invenerunt, quarumque magis minusve fidas imagines posteris saeculis in magno illo opere, quod plus semel a nobis laudabitur, transmiserunt, ne tertia quidem pars hodie restat. Nisi infelix terra dominum nanciscetur, qui proprio motu magnifica illa monumenta, quae nullis alius terrarum regionis cedunt, conservare studeat: nisi Aegypto dies veniet, qui nuper iuveni Graeciae illuxit, cuius viscera ab illo inde temporis momento nullus amplius Elgin rimabitur; ultimi qui hodiernum restant Aegyptiacae gloriae testes sique soli auctores, quibus in Aegypti historia enarranda fides tribui potest, haud magno abhinc temporis spatio ab Hebraeis, Graecis et Christianis meridionalis septentrionalisque Europae erunt sublati, qui literarum amorem praetextentes, squalida avaritia pernoti, Niloticam vallem perscrutantur vagasque, quae Libyae deserta incolunt, tribus rapacitate longe superant <sup>28</sup>).

Quum nuper contingeret, ut Anglus Young, Gallus Champollion aliique hieroglyphicae literaturae naturam perspicerent nexumque, qui inter hanc et reliqua Aegyptiorum scribendi genera intercedebat, comprehenderent, spissas illas tenebras, quibus prisca Aegypti saecula hominum oculis eo usque erant velata, novi diei aurora dissipavit. Quamvis etiannum in primordiis rudimentisque versemur; etsi posteris nostris magna errorum copia erit tollenda, ubi clarius rem intelligere licebit; quamquam homines quidam, quos alio loco suo nomine appellare non cunctabimur, historiam meris coniecturis componere sibi arrogare superbaque vaniloquentia cautis viris impedimenta obstruxerunt et scientiae progressus prohibuere, quamvis denique Copticae linguae leges et ingenium nos partim fugiant et literatura eum in modum nondum innotuerit, quem iure suo et imperiose expostulant, qui dilucidandis Aegypti antiquitatibus student: negari tamen nequit, decem, qui nuper praeterlapsi sunt, annis maiora esse praestita, quam quae ex tenuibus initiis exspectari poterant, quum hieroglyphicae scripturae naturam perspicere, singulorum monumentorum <sup>29</sup>) aetatem indicare <sup>30</sup>), populi historiam, cuius fidem interpretem fuisse Manethonem hodie scimus, illustrare <sup>31</sup>) et sacros Veteris Testamenti libros, praesertim monumentorum inferioris Aegypti ope <sup>32</sup>) multis modis explicare <sup>33</sup>) contigerit, ut bene de scientia meritus esse videatur is, qui viam, qua hucusque progressi licuit, delineare et quid praestitum sit, diserte ac luculenter explicare conatur. Idque nostrum est consilium in hoc opere faciundi, ita tamen, ut elementa tantummodo, quasi introductionem in archaeologiam Aegyptiacam, exponere studeamus; caetera iis relinquamus, qui vel grammaticam vel lexicon hieroglyphicum componere, aut ex officio Aegypti historiam conscribere moliantur. Vix autem erit, qui contendere audeat, veteris Aegypti fata et

disciplinas haud eadem cura dignas esse, quam inde a revocatione literarum ex orientalibus regionibus in occidentales Europae plagas, Graeciae antiquae impendere solemus, cuius incolae priscam ferocitatem nondum exuerant, ubi per annorum millia Aegyptus iamiam literas artesque coluerat <sup>34</sup>). Sunt, qui magnis illis numeris deterreantur, in quos quovis fere gressu incidunt, qui disquisitionibus de rebus in Aegypto gestis deque literarum artiumque in cana antiquitate conditione operam navant <sup>35</sup>), idcircoque quod fluctuare opinantur solum deserere malint, quam quovis gradu labari. Iniuria vero: naturae enim tempus nunquam defuisse, bene monuit Volney <sup>36</sup>).

---

ADNOTATIONES.

1) Arctissima vincula, quo Aegyptum inter et Aethiopiā ea aetate existiterunt, qua Pharaonum imperium potentiae ac prosperitatis culmen atigerat, post ea, quae ex nuperimis disquisitionibus patent, amplius in dubitationem vocari nequeunt. Quamvis huius non sit loci, rem in extremo operis nostri capite disertius exponendam nullis persequi, iam nunc tamen nonnulla argumenta adferenda censemus, unde nexus ille manifestum elucebit. Iam Galli eruditi, quibus monumentorum in Aegypto descriptio ab imperatore Bonaparte demandata erat, quamvis Nubiae monumenta ex tabulis tantummodo cognoverunt, quibus Nordenii et Brucii itineraria exornata sunt, opinionem proferre haud cunctabantur, utraque terram, Nubiam et Aegyptum, communi imperio olim fuisse subiectam. (Vide dissertationem in *Descript. de l'Égypte. Antiq. Descr.* Vol. III, p. 261 sqq. edit. II, 8.). Posthaec Nubiae monumenta magis innotuerunt complurium peregrinatorum opera, inter quos iustus laudibus commemoramus Logh (*Narrative of a Journey in Egypt and the Country beyond the Cataracts.* Londin. 1816, 4. imprimis p. 57—99), John Lewis Burckhardt (*Travels in Nubia, published by the Association for promoting the discovery of the Interior Part of Africa;* Londin. 1819, 4.), H. Light (*Travels in Egypt, Nubia, Holy Land, Mount Libanon and Cyprus in the year 1814;* Londin. 1818, 4.), G. Belzoni (*Narrative of the operations and recent discoveries within the pyramids, temples, tombs and excavations in Egypt and Nubia etc.* Londin. 1820, 4. *Voyages en Égypte et en Nubie, contenant le récit des recherches et découvertes archéologiques, traduites de l'Anglais par G. B. Depping;* Paris. 1821, 8.), Cailliaud (*Voyage à Méroé, au fleuve blanc, au-delà de Fazogl dans le midi du royaume de Sennar, à Syowah et dans cinq autres oasis, fait dans les années 1819—1822;* Paris 1827, 4 Voll. 8. cum Atl. in fol. max.), Gau (*Neu entdeckte Denkmäler von Nubien von der ersten bis zur zweiten Katarakte;* Stuttg. et Paris. 1822, fol.), Bankus, Buokingham, Beaschey, Slowman, Baillie, Hayot, Rüppell (*Reisen in Nubien, Kordofan und dem peträischen Arabien, vorzüglich in geographisch-statistischer Hinsicht;* Francof. ad Moen. 1829, 8.), imprimis vero Champollion (*Monumens d'Égypte et de Nubie; Livr. I. II.* Paris. 1835, fol.) et Hippolytum Rosellini (*I Monumenti dell' Egitto e della Nubia, Disp. I—XXXVI;* Monumentor. Vol. I. II. *Monum. civili* Vol. I. II. Pisa 1832—1835) eorumque comites (Gaetano Rosellini,

Bibent, Lenormand, L' Hôte, Bertin, Lahaux, Duchesno, Cherubini, Raddi, Angletti), qui argumentis adeo certis, ut nulla ratione refutari possint, demonstraverunt, Aegyptios aliquando imperium in superiore Nili vallo exercuisse. At vel absque hisce notionibus, quas recentiorum peregrinatorum laboribus debemus, tum Diodori Siculi (III, p. 175 Wesscl.) auctoritate, qui Aegypti regnum ab Aethiopyum colonia conditum esse tradidit (cf. Stephan. Byzantin. *de urbib. s. v. Aisloy.* Fourmont in *Mémoires de l'Académie des Inscriptions et belles-lettres*, Vol. VII, p. 504. Drnmanu, *Histor. antiquar. Untersuchungen über Aegypten*, p. 154), necum, de quo agitur, inter utramque vallem celeberrimis illis cataractis separatam, quae transitum ex altera in alteram aegre permittunt, comprobare licebat; tum habita praesidiarum ratione, quibus opus erat bellicosissimos Pharaonibus, et quae sola Aegyptus, omnibus istius modi rebus ad bellum necessariis egena, praebere non poterat. Ingesta illa si quis considerat monumenta, quae omni aetate admirationem ac fere stuporem moventur istis, qui Aegyptum adire, hoc aedificae saeculorum vim contemere videntur, iure suspicabitur potentiam Pharaonibus olim fuisse maiorem ea, quam imperium de valle Nilotica inferiore, ab extremo inde Delta ad Syene usque, praebere poterat. Huc accedit, quod inter hieroglyphicas figuras animalia deprehenduntur, quibus ipsa Aegyptus caret, Aethiopia abundat, quemadmodum prae reliquis leo toties repetitus; camelopardalis, quam Prokesch inter hieroglyphica erectam ac verae personarum circumstantium magnitudinis ratione (*Erinnerungen aus Aegypten und Kleinasien;* Viennae 1829—1831; 3 Voll. 8.; Vol. I, p. 313), Jomard inter anaglypha muro exteriori in sanctuario templi Hiermonthini inscripta iacentem detexit (*Description de l'Égypte. Ant. Descr.* Vol. I, p. 425. Rosellini, *Monum. dell' Egitto e della Nubia.* Part. II. *Monum. civili.* Vol. I, p. 215 sq.). Praeterea deprehenduntur elephas (*Descr. de l'Ég. A. D.* Vol. III, p. 56), cervus, iam ab Horapollone inter hieroglyphica enumeratus (*Hieroglyph.* II, 21. Cfr. Zoëga, *Nubi Aegypt. Imperat.*, p. 196, cuius opinionem probare noqueo, cervi imaginem una cum culta Milesii Apollinis in Aegypto pervenisse), aliaque plura animalia in Aegypto nunquam visa. (Vide Belzoni *Narrative* p. 57; Vol. I, p. 90 vers. gallicae). — Itaque concedamus licet Ludolfo (*Commentar. ad Histor. Aethiop.* Lib. I, cap. 1, nr. XLX, p. 57 sqq. ed. Francof. ad Moen. 1691, fol.) contra

Scaligerum (*de emendat. tempor. libr. VII. Comput. Aethiop.* p. m. 680) et qui huius sententiam probant disserenti, Hieronitas aliosque Semitarum catervas, a quibus hodierna Abyssiniarum gens originem duxit, remotis istis temporibus ex Arabia in Africam demigrasse caquo, quo hodie incolunt loca occupasse: nihil tamen secius ex iis, quae supra exposuimus, nihil aliud videtur consequi, nisi quod terras olim Aegyptiorum imperio subiectas sensim sensimque expugnauerunt, et Pharaonicum disputarunt, quod ex picturis sculpturisque in parietibus templorum monumentorumque, quae in Nubia Niloticae vallis parte reperiantur, aperte elucet. Recte enim docuit Car. Ritterus (*Erdkunde*, Vol. I, p. 556), onera, dona, ac tributa a captivis delincatis gestata, cutis colorem, vultus habitum, corporis staturam et vestimentorum formam semiticas gentes indicare. Gravis itaque utilitas est comparatio Meroëni inter et Aegyptum, qualem instituit Bochartus (*Geogr. sacra* IV, 28, p. 263), quum inde eluceat, quo tunc Aegyptiorum mores et instituta meridiam versus penetraverint. Quum alii, inter quo eruditiois laude primum locum obtinet Gosenius, aethiopicis literis ex graecis aliquando derivatas esse doceant, alii ex semiticas ortas esse arbitrentur, nuper Thiliorier in brevi quidem, sed ingeniosis disquisitionibus abundantem dissertatione, quae inscribitur: *Examen critique des principales groupes hieroglyphiques* (Paris. 1832, 4.) p. 66 inter eas singulasque, quae singulis respondent, phoneticas hieroglyphorum figuras admittentem intercedere monstravit eamque adeo manifestam, ut fortuito vix videri possit. (Cfr. etiam Wilkins in *Dissertatione de lingua Coptica*, quae reperitur in *Dissertationibus ex occasione Sylloges orationum dominicarum scriptis ad Ioann. Chamberlaynum*, Amstelæd. 1715, p. 93). Huc accedit, quod regum aegyptiorum vestitus in picturis, quae in templorum regiarum quo domuum muris tum exterioribus tum interioribus inque aliis Aegypti antiquis monumentis conspiciuntur, talis est, qualis hodiecum in Nubia et Abyssinia indui solet. Atque latius etiam hoc patet. Ita enim, ut nonnulla saltem exempla afferam, in magna illa status *μωελίθρα*, quae hodie in musco regio Taurinensi adseruatur, et Amonophin III (Memnonia Graecorum) representat, capilli cum in modum adorati sunt, quo nostra aetate apud *Barabras*, qui vocantur, Nubiae populum, fieri solet. In muro exteriori, qui meridiam versus spectat, porticus immensae in templo Carnaceni, olim Thebano, rex bellator, quem magnum Ramessen III Meimamun (ამიამუნ, dilectum Hommoni) esse scimus, manum clavam gestat, qualis bethique in Nubia deprehendi solet. Alia huius modi

exempla reperies in libro ab Anglo Bowdich conscripto: *An Essay on the superstitious customs and arts, common to the ancient Egyptians, Abyssinians and the Ashantees*, Paris. 1821, 4., quem nuper Roussii viri Ill. humanitas ex cimeliis bibliothecae regioe Goettingensis necum communicavit. (Vide Hoeren, *histor. Werke*. Vol. XIV, p. 186). Ipsa Aegyptus olim Aethiopiae nomine vocata esse videtur, uti patet ex verbis Eustathii ad Dionysii *Perieges.* v. 239: *ἑκλήθη δὲ τότε (ἢ Ἀιγυπτία) καὶ Αἴθιοπα καὶ Ἰουταία καὶ Αἰθιοπία*, nisi Aethiopiae Aegyptiae superioris nomina confusa sunt, quod saepius apud veteres scriptores (cx. gr. Curt. IV, 8, 2) factum esse videmus. Cfr. Perizonii *Origin. Aegypt. Investig.* Cap. I, p. 11 sq. (Lugd. Batav. 1711, 8.), Marshami *Canon. Chronic.* p. 141. Jablonskii *Syntagm. de Memnone* III, 2, p. 62 sq. Noehden in Boottigeri *Aemathica* Vol. II, p. 133. Kopp, *de diffie. interpretandi ea, quae vel vitiose aut suboscure scripta sunt* (Manhem. 1829, 4.) Vol. I, p. 142. Quo etiam spectare videtur, quod in sacris Hebraeorum libris (Jos. XVIII, l. XX, 3—6. Ezech. XXX, 4. Jerem. XLVI, 9) Aethiopiae et Aegypti nomina ita iunguntur, ut Aegyptum superiorem et inferiorem significari mihi persuasum habeam, quamvis aliter sentiat Gosenius, vir in huius modi rebus maxime auctoritatis (in *Commentar. ad Jes. proph.* Vol. I, p. 572). Arcto coniunctas olim fuisse Aethiopiae et Aegyptum patet praeterea ex verbis Philostrati (vlt. *Apollon. Tyan.* IV, 6: *ὄλετο Μερόην τε καὶ Καταδούνας ὠκεῖο Ἀιγυπτίας*), secundum quem Aethiopes indica gens erant, quo etiam pertinet quod Abyssinii ipsi se Indos vocare solebant (Valca. ad Soerat. *Histor. ecclesiastic.* I, 19, p. 13). Cfr. Philostr. l. l. III, 6: *ἦν γένος, οὗτο Ἀθιοπίας μὲν ἦσαν ἐνταῦθα, γένος Ἰνδοῦν. Αἰθιοπία δὲ οὐκ ἔστιν ἔτι. Syncell. Chronogr. p. 151, C: Αἰθιοπίας ἀπὸ Ἰνδοῦ νοσημαῖ ἄναστάντες πρὸς τῆ Ἀιγυπτίαν ἔκτισαν*, ubi praeter haec verba, procul dubio aliando intrusas, nihil additur (cfr. Parthey, *de Philis insula eiusque monumentis commentatio*, Berol. 1830, 8., p. 6). — Ex omnibus huius, quae modo prolata sunt, patet, non procul a veritate aberraturum esse eum, qui in Homeri versibus (*Odyss.* α', 23 sq.), ubi

*Αἰθιοπίας, τοὶ δὲ γὰρ διδούλαται, ἔκταται ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἀνακτεῖον Ἰνδοῦτος, οἱ δ' ἀνιόντος, commemorantur, Aethiopum orientialium nomine Indos significari patet (cfr. Herodot. III, 94. VII, 70. Strabon. I, 2, 16, p. 58 sq. XV, p. 690 D sq. p. 1012 B. Arrian. *Ind.* 6. Ephori *fragm.* ed. Marx, p. 142. *Götting. Magaz.* I, p. 308. Völkcr. *Geogr. Homer.* p. 88 sqq. Hoeren *Idem* etc. Vol. II,*

P. 2, p. 291) nec sine iure Lucanum dixisse arbi-  
tratur (Pharal. IX, 517 sq.):

Quamvis Aethiopicum populus Arabumque beatis  
Genitibus atque Indis unus sit Iupiter Ammon,  
nec forte fortuna praeterea indicarum urbium nomina  
cum aethiopicis mirum in modum congruere (*Mémoires*  
de l'Académie des Inscriptions, Vol. V, p. 330).

Quamvis autem nexus inter Indiam, Aethiopicam et  
Aegyptum, ut infra, praesertim in primo et sexto  
huius operis capite discretus exponemus, extra omnem  
dubitationem positus sit (cfr. denique Prichard,  
*Researches into the physical history of man*, Londin.  
1813, 8., Chap. VII, VIII; *Proofs of the common*  
*origin of the ancient Indians and Egyptians*, p. 318—  
472. Crawford, *Sketches chiefly relating to the*  
*history, religion, learning and manners of the Hindoos,*  
*with a concise Account of the present state of the native*  
*powers of Hindostan*, sec. edit. Londin. 1793, 8.,  
*Sketch XIX: Affinity between the Inhabitants of Hindo-*  
*stan and those of ancient Egypt*, Vol. II, p. 230—247),  
ex locis tamen supra laudatis valida argumenta repeti  
nequeunt, quum notum sit, quoties antiqui scriptores  
Indiae et Aethiopiae nomina confuderint (vide Cuper.  
*Observat.* IV, 7. Letronne, *Matériaux pour l'histoire*  
*du Christianisme en Nubie*, Paris. 1832, 4., p. 34,  
129 sqq.) ac quam late olim patuerit Aethiopiae nomen  
praeripimus ex Strabonis loco (I, p. 33 Cas.)  
eluceat, quom haec in re iam dudum laudavit Ludol-  
fus (*Commentar. ad histor. Aethiop.* I, 1. nr. XV,  
p. 55):

ἤθημι γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἄρχαίων Ἑλλήνων  
δόξαν, ὡς περὶ τὰ πρὸς Βορρῶν μέρη τὸ γένος ἐν  
ὄνόματι Σαΐδας ἰκαλον, ἢ Νομάδας, ὡς Ὀμηρος,  
ἔσται δὲ καὶ τῶν πρὸς ἰσημερίαν γνωσθέντων Κίλιαι  
καὶ Ἰβηρες, ἢ ὀνομαστικῶς Κιλίβεραι καὶ Κιλίδοκται  
προσηγορευτοί, ἐφ' ἣν ὄνομα τῶν καθ' ἑκάστην ἰδιῶν  
ταυτομένων διὰ τὴν ὄργανον, οὕτως τὰ μεταμεινῶν πάντα  
Ἀθιοπίαν καλεῖσθαι τὰ πρὸς Ἰουναί. — — —  
Ἡγεῖται δὲ καὶ Ἐφορος τὴν παλαιὰν περὶ τῆς Ἀθιοπίας  
δόξαν, ὅς φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Εἰρησῆς λόγῳ, τῶν  
περὶ τὸν ὀρεῶν καὶ τὴν γῆν τόπων εἰς τίσασα μέρη  
διηρημένον τὸ πρὸς τὸν Ἀνατολίην Ἰνδοὺς ἔχειν,  
πρὸς Νέτον δὲ Ἀθιοπίαν, πρὸς δὲσται δὲ Κιλίους, πρὸς  
δὲ Βορρῶν Ἰουον Σαΐδας· προστίθει δ' ὅτι μείζων  
ἢ Ἀθιοπία ἢ ἢ Σαυθία. Πρός γάρ, φησὶ, τὸ τῶν  
Ἀθιοπῶν ἴδιον παρατινῶν ἀπ' ἀνωτολῶν χιμαρῶν  
μῆχρι ὀνομαζοῦν ἢ Σαυθία δ' ἀντικατατίθει. Argu-  
menta itaque, quae in hac adnotatione protulimus,  
minime sufficere bene intelligentes infra alia eaque  
maioris momenti recensimus, id tantummodo hoc  
aduc loco momentis, magno opere errare eos, qui  
commercium Indiam inter et Nilii vallum prorsus negant,  
quum manifestum Indorum in rubro mari olim versa-

torum vestigium in insula Sokotorao nomine de-  
prehendatur, quod secundum v. Bohlen (*des alte*  
*Indien mit besonderer Rücksicht auf Aegypten*, Königsb.  
1830, 8., Vol. II, p. 139) a vocabulis sauseritica  
*Dwipa Sukhatara*, *insula fortunata*, derivandum  
est; quod accedit, quod auctores Silvestro de Sacy  
secundum Arabum traditiones Indi primi illius insulae  
incolae fuerunt. Vido Bochart, *Geogr. sacr.* I, 1,  
p. 346. Gosselin, *Geogr. systémat.* III, p. 14.  
Letronne, *Matériaux pour l'histoire du Christianisme*  
*en Nubie*, p. 137. Pott, *Etymol. Forschungen auf*  
*dem Gebiete des Indogermanischen Sprachstammes*, p.  
LXXX. Alex. v. Humboldt, *Krit. Untersuchungen*  
*über die geschichtl. Entwicklung der geogr. Kenntnisse*  
*von der Neuen Welt*, Vol. I, p. 281 sq. — Quae  
exposita sunt a Rüppellio (*Einige Mathmatischen*  
*über den alterthümlichen Zustand von Nubien*, in opere  
supra laudato, p. 95 sqq.) nemini sufficient.

2) Étienne Quatremère, *Recherches critiques*  
*et historiques sur la langue et la littérature de l'Égypte*,  
Paris. 1808, 8. Vide infra Cap. I. — Iam Kirche-  
rus, Salmasius, Mathurinus Voysiéri, alique  
Croze, Jablonskins, Zoëgas, Rossi, alique  
eruditi viri singula quaedam aegyptiaca vocabula apud  
graeos romanoque scriptores obvia ad radices copticae  
reducere conabantur: dubium tamen manebat, an  
horum vocabulorum origines in alia potius lingua, quam  
coptica, cuius prima vix rudimenta aegre innotuerant,  
essent quaerendo, cui opinioni favere videbatur, quod  
etymologiae a viris, quos commemoravimus, proposito  
maximam partem nimis erant aut incertae et fluctuantes  
aut violentae.

3) Iamblich. *de myster.* I, 1 init. Locis pri-  
maribus, quod asserenunero nobis tumidum erit et que-  
ridico integrum in hac adnotatione exhibemus, repe-  
ritur apud Clementem Alexandrinum *Stromat.*  
VI, 4, p. 633 sq. ed. Sylburg.; p. 757 Potter:  
Ἐφορον δ' ἄν καὶ ἄλλο μαρτύριον εἰς βεβαίωσιν τοῦ τὸ  
κάλλιστον ἐν τοῖς δογματικῶν τοῦ ἀφαιτοῦ τῶν φιλοσόφων  
παρ' ἡμῶν σχετικωμένους, ὡς ἐν διακρίσει τῶν καὶ  
παρὰ τὸν ἕλλον βαρβάρων ἀπερὶδίσθαι, τῶν εἰς ἰσάτην  
ἀφαιτον συντινόντων τινῶν, μάλιστα δὲ Ἀφροισίων τὰ τε  
ἄλλα καὶ τὸ παρὰ τὴν μετασημασίαν τῆς ψυχῆς δόγμα·  
μετῆσαι γὰρ οὐκίαν τινὰ φιλοσοφίαν Ἀφροισίων. Ἀντίκα  
τοῦτο ἐμφαίνου μάλιστα ἢ ἰεροσημῶν αὐτῶν θρησκεία.  
Ἡρώτος μὲν γὰρ προλέγεται ὅ ἐν τῆς μοναστικῆς  
ἐπιμαρμόνος συμβόλων· τοῖτάν φασὶ δύο βιβλίον  
ἀνιληγμένα δὲν εἰς τοῦ Ἐρμοῦ, ἄν ὄντιον μὲν ἔμινος  
περὶ τῆς θείων, λελογημένων δὲ βασιλικῶν βίβλου τὸ δεύτερον.  
Μετὰ δὲ τὸν ἔδδον ὁ ἄρσοσκόπος, ὁρρολόγιον τε μετὰ  
χείρου καὶ φοινίκου ἀστρολογίας ἔχον σύμβολα, πρότιον.  
τοῦτὸν τὸ ἀστρολογημένα τῶν Ἐρμοῦ βιβλίον, τίσασα

ὄντα τὸ ἀριθμῶν, ἀλλ' οὐκ ἀρίθμητος ἔχεν χρῆ· ὅν τὸ μὲν ἴσται περὶ τοῦ διακρίσμου τῶν ἀλλαντῶν φανομένων ὕστρων· τὸ δὲ περὶ τῶν συνόδων καὶ καισαμῶν ἤλιον καὶ οὐλήνης· τὸ δὲ λοιπὸν, περὶ τῶν ἀνατολῶν. Ἐξῆς δὲ ὁ ἱερογραφημάτων προφάσεται, ἔχων περὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βιβλίον τε ἐν χειρὶ καὶ κνώνα, ἐν ᾧ τὸ τε γραμμῶν μέλαν καὶ σχῆμας ἢ γράμματα· τοῦτον τὰ τε ἱερολογικὰ καλούμενα, περὶ τε τῆς κοσμογραφίας καὶ γεωγραφίας, τῆς τῆξως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς οὐλήνης, καὶ περὶ τῶν ἐπιπλωμένων, χωρογραφίας (vulgo χωρογραφίας) τε τῆς Ἀγύπτου καὶ τῆς τοῦ Νείλου διαγραφῆς, περὶ τε τῆς καταγραφῆς οὐκείων τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἀμυρομένων αὐτοῖς χωρίων, περὶ τε μέτρων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίων εἰδέναι χρῆ. Ἐπειτα ὁ στολιστῆς τοῖς προσημειωμένοις ἔπειτα, ἔχων τὸν τε τῆς δικαιοσύνης πῆχυν καὶ τὸ σπονδιῶν· οἷός τε τὰ παιδικτικὰ πάντα καὶ μοσχοσφραγιστικὰ καλούμενα. Ἄστα δὲ ἴσται τὸ εἰς τὴν τιμὴν ἀνήκοντα τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν, καὶ τὴν Ἀθηνῶν εὐσεβίαν περιέχοντα· οἷον περὶ Θυμῶντος, ἀπαρχῶν, ἔμνων, εἰχῶν, ποιμῶν, ἰουσιῶν καὶ τῶν τοῦτοῖς ὁμοίων. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ προσφῆτης ἔξειται, προσηγῆς τὸ ἀριθμῶν ἑλακτολησμένους· ἔφ' ἔσονται αὐτῶν ἑπιμνησίων τῶν ἀριθμῶν βοσάζοντες. Οἷός τε, ὡς ἐν προτάτῃ τοῦ ἱεροῦ, τὰ ἱερατικὰ καλούμενα ἢ βιβλία ἐκμανθάνει. περιέχον δὲ περὶ τε νόμων καὶ θεῶν, καὶ τῆς ἕλης παιδείας τῶν ἱερῶν· ὁ γὰρ τοῖς προσφῆτης παρὰ τοῖς Ἀθηνῶσι καὶ τῆς διακομῆς τῶν προσόδων ἑπιστάτης ἴσται. ὅσα μὲν οἷον καὶ τισοσάκωντα αὐτῶν ἀνομοκταῖα τῶ Ἐρημῆ γένουσι βιβλία· ὅν τὰς μὲν λ', τὴν πῶσον Ἀθηνῶσιον περιεχούσας φιλοσοφίας, αἱ προσημειωμένοις ἐκμανθάνουσι· τὰς δὲ λοιπὰς ἧς οἱ παστοφόροι, λατρικὰς οἷσας περὶ τε τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς καὶ περὶ νόσων καὶ περὶ ὀργάνων καὶ φαρμάκων καὶ περὶ ἑσφαλμῶν καὶ τελευταίων περὶ γυναικῶν· καὶ τὰ μὲν Ἀθηνῶσιον, ὡς ἐν βραχὺ γίνουσι, τοσαῦτα. Vide etiam Plutarch. de Isid. et Osir. p. 479, Tom. II, p. 375. Galen. de simplic. medicamentor. facultat. VI, 1. De libris hermeticiis supposititiis ad Fabricium Bibl. Graec. libr. I, cap. VII—XII.

4) De numero 36525 cfr. Syncell. Chronogr. p. 51 sq. Jackson, Chronologische Alterthümer, übers. von W. Indlcrim, p. 421 sqq. Ideler, Handb. der Chronologie, Vol. I, p. 191 sqq. Quamvis manifestum sit, numerum non de cyclo quodam esse interpretandum, agnoscamus tamen necesse est, qualem vim hac etiam in re astrologorum et apotelesmaticorum nunc habuerit. Sapientum enim non ipsam, de qua agitur, rem, sed solos numeros cum eius modi somniis cohaerere, infra plus semel significandi occasione habebimus, ideoque h. l. nihil nisi Zoëgae verba (de origin. et usu obeliscor., p. 505) adscribimus, qui eandem, quam nos, opinionem professus

est: Ab astrologorum, ait, rationibus petitus est voluminum numerus, quem Manetho profudit, nec certi quid inde eliciendum existimo, nisi illud eo scribente ad insignem multitudinem excrevisse libros Hermeticos. Nam Sothiaca periodus annorum mille quadingentorum sexaginta et unius, astronomis pariter atque geneethiacis celebrata, vicies quinque repetita efficit triginta sex millia annorum quingentorum viginti quinque, sive tot saecula, quot sunt dies in anno solari: tot ideo annis Aegyptium imperium usque ad Alexandrum durasse adstruit vetus chronographus Aegyptium apud Syncellum (l. l.), et hoc numero tamquam sacro et venerabili Hermetica scriptura definienda censuit Manetho.

5) Apud Iamblich. Myster. VIII, 1, 2.

6) De legg. II, p. 657 E. VII, p. 798 E. De priore loco cfr. infra not. 35.

7) Herodot. II, 79. Diodor. I, 53. 72. XVII, 50. Apud Plutarchum de Iside et Osiride p. 363, D commemoratur Θρίνος εἰς Ἐβρόν et p. 372 A. ἱεροῖς ἔμνοι τοῦ Ὀσιριδῶς (vide Wyttenbachii adnotationem, Vol. VII, P. I, p. 243), quasi ipse adhuc scriptor eos ante oculos habuerit. Cfr. p. 372 D: ὡς ἐπίταξ ἑπιγραφιστοῖς γενεθλοῖς Ἐθρου γέγραπται, Gregor. Nazianzen. Orat. XXXIX, p. 626. Reliquos locos vide apud Zoëgam, de origine et usu obeliscor. p. 509, not. 25.

8) Justin. Martyr. Cohortat. ad gentes, c. 38.

9) Iamblich. de Myster. VII, 5, p. 161.

10) Philo Byblius ap. Euseb. Praeparat. Evangel. I, 10, p. 41.

11) Syncell. Chronogr. p. 56, ed. Goar.

12) Anatomici argumenti. Cfr. Maneth. apud Syncell. p. 54. Humani corporis interiorum structurarum et organismum veteres Aegyptios bene novisse ex arte eorum corpora mortuorum medicandi (vide Rouyer in Descript. de l'Égypte, Mem. Mémoires, Vol. VI, p. 469) eorumque chirurgiciis operationibus (de quibus cfr. infra Cap. I, not. 7) aperte elucet. Plinius (Hist. natur. XXIX, 5) refert, reges Aegyptios cadaverum sectionibus non solum adhibuisse sed ipsos manum operi imposituisse. Cfr. etiam Macrobi. Saturn. VII, 13. Gellium Noct. Attic. X, 10. Jomard in Description de l'Égypte, Antiq. Descr. Vol. I, p. 315. Zoëga l. l. p. 256 not.

13) Galen. de simplic. medicamentor. facultat. IX, 2, 19 (Tom. XII; p. 207 ed. Kühn). Aëtii Tetrabibl. I, 2, 36. 47. IV, 3, 19. Plinii Hist. natur. II, 23. Fabric. Bibl. graec. II, p. 517. Marsham Canon. chron. saec. XVI, p. 474. sqq. (ed. Franeker. 1696, 4. qua semper usus sum).

Creuzeri *Symbol.* Vol. I, p. 396. Kopp. *de difficult. interpret. vitios. scripti.* §. 880, Vol. II, p. 368. Adde quoque monui in *Commentar. ad Aristotel. Meteorol.* Vol. I, p. 663.

14) Herodot. II, 100. Platon. *Tim.* p. 22 sq. Theophrast. *de lapidib.* p. 394 ed. Heins. Diodor. I, 43, 44. 63 ac scapulus. Strabon. VII, p. 461. Almelov. Ioseph. *contra Apion.* I, 6. Plutarch. *de Is. et Osir.* p. 445. Tom. II, p. 366. Aristid. *Aegypt.* p. 331 Jebb. Lucian. *de sacrifici.* §. 14, Tom. I, p. 538 Reiz. Syncecl. *Chronogr.* p. 51. Tatian. *Orat. ad Graecos,* cap. 1.

15) Diodor. I, 75, 94. Aolian. *Var. histor.* XIV, 34: τὰ τοῦ Ἐρμοῦ νόμια, quod Jablonskius in *Panth. Aegypt.* V, 5, 7. Tom. III, p. 165 corpus iuris Mercurii (quo nomine cuncti sacerdotes significantur; vide not. 17) interpretatus est. Drumannus autem (*Histor. antiquar. Universch.*, p. 123) pro νόμια alteram codicum lectionem νόμια retinere mavult, ita ut doctrina et sapientia sacerdotum Aegyptiorum intelligenda sit. Omnis iustitia sub Pharaonum imperio a sacerdotum casta exercebatur, ut apud Indos (*Manu* VIII, 1); sub Ptolemæis regibus summorum ducum arbitrio credita erat. Cfr. Peyron ad *Pgypt. Tourinens.* I, p. 54.

16) Ζοῦσα, l. I, p. 509—525.

17) Ita Synesius stelas vocat, quibus omnes in literis et artibus observationes inscribi solebant. Cfr. Kircher, *Prodrom. Coptic.* p. 173. Jablonskius, *Panth. Aegypt.* V, 5, 14. Tom. III, p. 177. Aristid. *Aegypt.* III, p. 609 ed. Jebb. κείνοι Αἰγυπτίους γὰρ ἀκριβέστερον εἰκόσ ἐίδέναι τὰ σφείτερα ἀδύνατον ἴσκει Ὀμηρον τὰ ἐν τῇ Σαίτησσι καὶ Ἐκαταίων τὰ ἐν Μελίτῃ, οὐ μόνον κατὰ τοῦδ' ὅτι τις ἂν σφείσειν ἀπὸ τῶν ἐκείνων καὶ κοινῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἴδιον κατὰ τοῦτον ἴσκει

εἶπεν, ὅτι διὰ παλαιότητα χρόνον καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ τῶν ἔξ ὀρανοῦ πεπονηθῆναι τὴν χώραν, καὶ τὸν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐπιφανῶν μάρτυρες εἶδεν αὐτοῖς, καὶ ἴστωρες ἀξίωχρον, καὶ πάντα φελοῦσσαν ἐν στήλαις ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀντ' ἄλλων κτημάτων. Galen. *init. orol. Aphorism. Hippocrat.* contra Iulianum: Ἐν Αἰγύπτῳ τῶν κατὰ τὰς τέχνας ἐπινοουμένων ἕκαστον ἐπὶ κοινῷ συνειδῶν τῶν πεποιθημένων κριθὲν ἐπινοήσασθαι βέλτοισι τοῖς ἀποκεκμημένοις ἐν ἱεροῖς χωροῖς. Procl. in Platon. *Tim.* p. 31: Αἰγυπτίους καὶ τὰ γινόμενα διὰ τῆς μνήμης αὐτῶν πύριστα\* ἢ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἰστορίας\* αὐτῆ δὲ ἀπὸ τῶν σπηλαίων, ἐν αἷς ἀπεργάζονται τὰ παράδοξα καὶ τὰ θαυμάσια ἕξια τῶν πραγμάτων, αἷτε ἐν πράξεισιν αἷτε ἐν ἰστορίαισιν. Achill. Tat. *Isagog. in Arati phaeonomen.* apud Petav. in *Uranolog.* p. 121: Αἰγυπτίους λόγος ἔχει πρώτους τὸν οὐρανὸν ὡς καὶ τὴν γῆν καταμετρήσασθαι, καὶ τὴν ἑκταμίαν τοῖς ἔξῃς ἐν στήλαις ἀναγράφειν. Ingeniosus Jablonskius, vir antiquitatum Aegyptiacarum linguasque Copticas cognitione prae multis excellens, l. I, p. 180, opinione protulit, sacerdotes hasce stelas sub dei Thoth sive Thautis nomine comprehendendas, ita ut huius divinitatis nomen nihil fuerit aliud, nisi appellatio, ut ita dicam collectiva sive mavis symbolice et divino cultu adorata representatio (venia sit et huic vocabulo, quod quae parum latino dictum sit, bene intelligo), qua cuncta sacerdotum casta, quatenus religionem, literas artesque Aegyptios docuerit, significatur\*). Opinione sane argumentum potest ab affinitate vocabulorum ἄσπυτ et ὄσπυτ sive ὄσπυτ columna (*Genes.* XIX, 26), quae vis fortuita dici potest. Mos, quae recens detecta erant, rerumque gestarum memoriam columnis, quae in templorum porticibus ponebantur, et stelis, quae in hypogaeis adservabantur, inscribendi (cfr. etiam van Rhoeer ad Porphyry. *de abstinentia* II, 21, p. 129) pluribus etiam post Christum natum sculis in Aegypto viguit\*\*).

\*) Quae si vera sunt, origo alarum in petaso graeci Hermetis derivari posset a penis, quae ἱεροσημομαεῖς Aegyptii capiti suo pone aures imponere solebant. Proponit hanc opinionem Hug (*Universaldiction. üb. den Mythos der Griechen,* p. 276): defecit Boettigerus (*Aethiaca* I, p. 109). At inre Drumannus (*Historisch-antiquarische Untersuchungen,* p. 119) vituperavit, quod ἱεροσημομαεῖς cum sacerdotibus πετρεοφόροις apte ad hunc viris confusi sunt. — Thautis opinio casum secundarium significatam esse, iam olim Inter Graecos fuisse qui arbitrabantur, ut elucet ex initio libri de *mythologia* a Lamblichio concepti, ubi haec leguntur: Θεὸς δ' αὖν λέγων ἤρπασεν, δ' Ἐρμοῦ, πάλαι δίδωσται κατὰ ἕνασ τοῦ ἱεροῦσιν εἶδος κείνου: δ' αὖ τὸν παρὰ Θεῶν εἰληθῆσθε ἱερατικῆσ πετραοφόροις, αἷτε ἱερίσ δ' αὐτοῦ ἐν ἕλαισ\* ἢ δὲ καὶ αὐτῆσ πετράων τὰ ἀσπύτ σφείσιν ἀνετίθησαν; Ἐρμοῦ πέσινα τὰ οὐκία συγγράμματῃ ἐπονομαζομένησ.

\*\*) Ne quis miretur, mores uosque veterum Aegyptiorum qui arce cum religione sua cohaerebant, hanc etiam temporis vigintiase, ubi christianam religionem dudum professabant, usum saltem christianum loquere prae reliquis inhaere afferunt. Constantini M. aeduo aenite in Aegypto vaccom occidere nefas habebatur, quomodo in antiprimitivis temporibus, ubi deae Athyr omne vaccorum genus consecratum fuerat (Jablonski, l. I, 1, 15, p. 27). Cfr. Athanas. *Histor. Arianor.* ad Monach. c. 56, p. 378. Facile intelligitur, populi mores, per loquum sacralium seriolem contumaciam servatos, legis auctoritate subito aboleri non potuisse: tantum communitatis est via, ut hodieque magnus rituum usumque in vita domestica numerum in Aegypto extat, qui ex Pharaonum temporibus originem ducunt. Cfr. Jomard in *Descript. de l'Égypte; Antiq. Descript.* Vol. III, p. 161—172. — Caeterum Isidis in Philaram insula cultus ad sextum

Certe disertis verbis Olympiodorus, in scholiis ad Platonis Phaedonem, Claudium Ptolemaeum, quem Sarapidis in Canobi urbe sacerdotem fuisse vero simile est (cfr. Buttmann. in *Museum der Alterthumswissenschaft*, Vol. II, p. 489 sqq.), stelis in-scripserit affirmat, quo de caelestium corporum revolutionibus observans deque motuum legibus doctissime sibi videbatur: *Ἰλέγετο δὲ οὗτος [ὁ Ἐνδεμίων] αἰεὶ καθέσθην, δίδει ἀστρονομὴν ἐν ἱερῆμας διέτριβε· διὰ καὶ φησὶ τὴν ἀλλήγρ' ἢ καὶ περὶ Πτολεμαίου φασὶν· οὗτος γὰρ ἐπὶ τισσάσκαοντα ἴηεν ἐν τοῖς λαγομίσις Πτεροῖς τοῦ Κανώθου φησὶ ἀστρονομία σχολάζων. διὰ καὶ ἀνεργάτω τὰς στήλας ἐκείν τὴν ἐπιμήνιον αὐτῶ ἀστρονομικῶν δογματῶν. Huiuscemodi stelis in opere suo historico conscribens usus est Manetho. Cfr. *Synecell. Chronogr.* p. 31 Goar (Eusebii *Chronica*, p. 6 Scal.): *πρώτους δὲ λαύον καὶ περὶ τῆς τῶν Ἀγυπτίων δευτασίας μικρὰ διαλαβὴν ἐκ τῶν Μνασθῶ τοῦ Σιβηρντίου, ὅς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλου ἀρχιερέως τῶν ἐν Ἀγύτῳ ἰδωλέων (Euseb. *ἰδωλέων*) χρηματισὸς ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριδιακῇ γῆ κινήτων στελέων, ἱερῶ, φησὶ, διαλέκτου καὶ ἱερογραφικοῦ (scr. ἱερολογητικοῦ) γρημίσις μηχανητισμῶν ἐπὶ Θωῶ τοῦ πρώτου Ἐρμοῦ καὶ ἱερηγεθισμῶν μετὰ τὸν κατακλεισθῆν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν ἰλληίδα (?) φωνῆν γρημίσιον ἱερολογητικοῦ (Warburtonus proponit ἱερογραφικοῦ) καὶ ἀποτιθέσθων (ἀποτιθέσθων Euseb.) ἐν βιβλίοις ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος ἐπὶ τοῦ δευτέρου Ἐρμοῦ (Euseb. *Αγαθοδαίμονος τοῦ δευτέρου Ἐρμοῦ*) πατρὸς δὲ τοῦ Τύτ, ἐν τοῖς ἀδέτοις τῶν ἱερῶν Ἀγυπτίων. Verba haec valde corrupta sunt. *Σηριδιακῇ γῆ* defendi potest loco *Iosephi Antiquit. Judaic.* I, 2. 3 ubi similitum stellarum κατὰ γῆν τὴν Σηριάδα mentio iniicitur. Vix tamen dubitare licet Valosium (in not. ad Ammian. Marcellin. XXII, p. 240) verum tetigisse, cum *Σηριδιακῇ γῆ* scribendum esse coniceret, quam alii deinde couiecturam probaverunt. Conferantur verba Ammiani Marcellini XXII, 13, p. 250: *Sunt et Syringes subterranici quidam et flexuosi secretus, quos, ut fertur, peritū rituum veteratorum, advenare diluvium praesciū,***

*metuentesque, ne caerimoniarum obliuēretur memoria, penitus operosis digestas fodinis, per loca diversa straxerunt: et exciis parietibus, volucrum ferarumque genera multa sculperunt, quo hieroglyphicas literas appellarunt, Latinis ignorabiles (cfr. XVII, 7). Aelian. *Hist. animal.* VI, 43: *σφραγῆς μὲν Ἀγυπτίας ἴδοντες οἱ συρραγίτις, ἴδονσι δὲ καὶ λαβηρέθουσι τινὰς Κρητικῆς ἱστορίας ἐν αὐτοῖ καὶ τὸ τῶν ποιητῶν φῆλον. μεμύριον δὲ ἐν περιόρμῃ ποικίλας τε ἀτραπὸς καὶ ἱερομῶν καὶ παρώδων οὕτω ἴσασι. XVI, 15: ἐν αὐτοῖς δὲ παρώδων τινὰς καὶ, ὡς ἐπιπῆν, σφραγῆς Ἀγυπτίας ἢ λαβηρέθουσι Κρητικῆς σοφίῃ τινὶ ἀπορρητῶ διαίοναντις οὐκία ἰαντοῖς ἀπέργαν, οὐκ εἰδῶντινῇ καὶ ἔρῳμα παρελθῆν ἢ ἐπαρεῖται τι, ἀλλ' ἰερομῶς καὶ διατριβῆς λοζῶ. Syncell. *Epist.* 104, p. 246. Strab. XVII, p. 808, a. Pausan. I, 42, 3, ubi pariter hypogea σφραγῆς appellarunt. Adde inscriptiones graecas latinasque in hypogaeorum Thebanorum parietibus apud Letrouano, *La statue vocale de Memnon, considérée dans ses rapports avec l'Égypte et la Grèce. Étude historique faisant suite aux Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte pendant la domination des Grecs et Romains* (Paris. 1833, 4.) p. 242. 248. 249. 251. Vidio Jomard in *Description de l'Égypte; Ant. Decor.* Vol. III, p. 12 sqq. Sturz, *de dialecto Aegypt.* p. 44 sq. Aliam opinionem professus est Rossi, *Etymologic. Aegypt.* (Romae 1808, 4.) p. 194. Adi denique Bochartum *Hierozoic.* Tom. II, p. 599 et Wesselingium ad *Diodor. Sicul.* Tom. I, p. 124, 60. — Caeterum unicus artium apud Aegyptios finis cert, notium, factorum et dogmatum memoriarum conservandi, uti dilucide demonstravit Champollion, *Précis du système hiéroglyphique des anciens Égyptiens*, edit. soc., Chap. IX, §. XI, p. 364. *Lettres au duc de Blacas d'Aulps relatives au Musée Royal Égyptien de Turin*, Paris 1824 — 26, 8., I, p. 9 sq. Hinc explicandam esse, unde sit factum, ut nulla pictura omnibus numeris sit perfecta et absoluta, quam satis haberent rem, de qua agebatur, evidenter iudicasse et omnia reliquam, quod praeterea addi poterat, tanquam superfluum ornamen-**

umque aerae nostrae seculum flaruit, uti patet ex verbis Prisci in *Exc. legat.* apud Labbe *Protreptic.* p. 40—41; *Min. vit. Procl.* p. 16 libiq. Boissonade p. 109; *Procop. Bell. Pers.* I, 19, p. 60; cfr. Letrouano, *Matériaux pour l'histoire du Christianisme en Nubie*, p. 35, p. 74 sq. — Moneundum praeterea videtur antiqui cultus aegyptiaci vestigia hinc illuc in christianis Aegyptiorum salutarumque gentium ritibus apparere. Ita, ut exemplum afferam, Sancti Christophori, qui, qualis olim Anubis, tanquam dux viarumque omnis generis gubernator colebatur, imago in ecclesis monasterii in monte Sinai capite canis pictus est. Cfr. Turner,

*Journal of a tour in the Levant* (London 1820, 8.), Vol. II, p. 431. Aegyptiaci dei emblemata ad Sanctum a Christianis cultum translatum esse videtur, nisi quis malit symbolicon illud media potissimum aevosa, salis nitatam conoscere, cuius exempla praebent quatuor evangelistarum seditimn capite in sede Sae Mariae Berolinensis, quibus animalium statuae sunt imposita. Effigies delineatae sunt in libro qui inscribitur: *Sächs. Verein für Alterthümer. Zeits. Bericht.* Leipzig 1826, 8. Tab. IX—XI. Cfr. Kopp, *de difficult. interpretandi ea quae vix vitiose aut rudibuscum scripta sunt*, Manhem. 1829, 4. Vol. I, p. 56 sq.



tum omitterent. Vido quoque hac super re disserit Costaz in *Descript. de l'Égypte, Antiq. Mém.*, Tom. VI, p. 101.

18) *L'effet du temps*, ait Champollion (*Lettres au duc de Blacas*, II, p. 9), est presque nul sur les constructions égyptiennes; et l'épreuve de trente-cinq siècles, qu'on si bien supportée quelques-uns des temples de Thèbes et de la Nubie, nous montre assez, que, pour renverser de tels travaux, le temps a besoin de l'action des hommes, plus destructive que lui-même. Lancret dicit in descriptione insulae Philaram (*Description de l'Égypte; Antiq. Descri.*, Vol. 1, p. 88): On est toujours surpris, en approchant de la plupart des ruines égyptiennes, de ne leur point trouver ces marques de vétusté qui caractérisent dans nos climats les anciens édifices: les joints n'en sont point usés, noircies, cassés; les pierres n'en sont point éclatées ni couvertes; et, après un si grand laps de temps, les monumens conservent encore un air de nouveauté. — Maximam vim arenae exercent ex deserto advectione, quae quotidie magis magisque vetera monumenta obruunt oculisque subtrahunt. Adscribo verba Galli Donon (*Voyage de la Basse et la Haute Égypte pendant les campagnes du Général Bonaparte*, Paris. 1802, 4., p. 58): Le Mokattam, qui sépare l'Égypte et la Libye, empêche les sables du désert de venir dévorer les bords du Nil. Dans ce combat perpétuel entre ce fleuve bienfaisant et ce fleuve destructeur en voit souvent cette onde aride submerger des campagnes, changer leur abondance en stérilité, chasser l'habitant de sa maison, en couvrir les murailles, et ne laisser échapper que quelques sommets de palmiers, derniers témoins de sa végétante existence, qui ajoutent encore au triste aspect du désert l'affligeante pensée de la destruction. Quae deserti aronum via, Strabonis aevo (XVII, p. 807) iam adeo valida, ut Memphidis interdum suburbia obtigerentur et templa diruerentur, veteribus Aegyptiis bene innotuit, qui ut campos in Nili occidentali ripa situs arenas dispartent, huic malo propter favonios caesuroque ibi spirare solitos praesens reliquis expositos, muros ex laterculis extraxerunt, quibus vallium in medio deserto plurimum dierum iturere ab habitatis locis distantiunt exitus clauderent, quorumque rudera nostra etiam aetate in imo Libycorum montium iugo a peregrinatoribus detecta sunt. Eundem in finem spineta plantare solabant, quae nec extirparentur, sancta declarabantur. Vide Athen. XV, 7; et quae disseruit Jomard in descriptione Abydi urbis in *Description de l'Égypte, Ant. Descri.* Vol. IV, p. 7 sqq. 33. 431. Quantum vim in obruendis monumentis arenae exercent ex deserto Libyco advectione imprimis patet, ubi celoberrimum illum sphyrgis colossus onto magnam in

vico Ghizoh pyramidem positum intueris: qui quum Romanorum adhuc aetate ab omni parte liber esset, uti ex inscriptionibus elucet, quae in basi, quum lapidem arenis liberare conaretur, detexit Salt, Anglorum in Aegypto consul, hodie ad pectus usque obrutus iacet. Cfr. v. Prokessch, *Erinnerungen*, Vol. I, p. 71, cuius etiam haec verba adscribimus (p. 85): „Wie viel mag nicht, rings um diese ungeheuren und urältesten Male der Sand der Wüste umhüllen! Ja, die Wüste wird die Bewahrerin für künftige Geschlechter, und das ist vielleicht kein geringer Dienst. — Granit- Basalt- und Marmortrümmern weisen auf Kunstwerke, die hier bestanden haben, hier in Stücken zer schlagen worden sind. Glaubenswuth und Geldgier, das sind die Zerstörungseffel, hinter denen Barbarei und Unwissenheit nur als unermügende Kinder Nachlesen halten.“

19) Populum sub pastorum (Hyksos) nomine notum, de quo in sexto huius operis capitulo uberius dicitur, multas in Aegypto domus non solum privatas sed publicas etiam deorumque cultui dicatas diruissae, patet ex Iosephi verbis contra Apion, I, 5, et exinde, quod, secundum Champollion (*Lettre au duc de Blacas*, II, p. 8), in antiquissimis, quae hodie vel integra vel ex parte saltem conservata supersunt, Thebarum aedificiis, quorum maxima pars sub Pharonibus duodovigesimae dynastiae condita est, extruendis Aegyptii dirutorum, quae eundem aliquando locum occupant, aedificiorum fragmentis usi sunt. Quae antiquiorum monumentorum fragmenta, varii generis picturis obiecta, sunt styli saeculi scioris operibus non multum inferiora. Cfr. *Description de l'Égypte, Ant. Descri.* Vol. II, p. 530; et quae de templo in Philaram insula observavit Lancret, *ibid.* Vol. I, p. 21.

20) Enstath. ad *Iliad.* α', p. 128 Rom. Priscus Rhetor in *Eclage. Legation.* graece ed. Hoenschel, p. 28. Adde locum Lucani, *Pharsal.* IX, 517 sq. iam supra in not. 1, p. 11 laudatum.

21) Quodsi captivi, quos in picturis partium regiae Karnacensis delineatos videmus, re vera Persae indicant (cfr. Minutoli, *Reise zum Tempel des Jupiter Ammon in der libyischen Wüste* etc. Berolin. 1824, 4., p. 271. *Nachträge zu meinen Werke, betitelt: Reise* etc. Berolin. 1825, 8., p. 236 sqq. Belzoni *Narrative* p. 242. version. gall. Vol. I, p. 388. Atl. pl. VI—VIII), quodsi igitur vera sunt, quae Tacitus refert (*Annal.* II, 60) Ramessem cum exercitu Medis Persisque positum esse, et si triumphum, quos in Aegypto redux rex ille egerat, illie locorum picturis expressi sunt, quodsi vera sunt argumenta in huius opinionis gratiam prolata, inter Passargardorum ruinas, quae hodie *Tschil-Minar* appellantur, prorsus similis

figuras deprehendi et Persepolitana aedificia eodem architecturae genere, quo Aegyptiaca exstructa esse, non iniuria aliquis suspicatur, veterem contumeliam vindicandi cupidinem Persas impulisse, ut tanto furore in Aegyptum sacriverent. Quod tamen attinet ad cognatum, quod in Aegyptiacis aedificiis ac Persepolitana observatur, constructionis genus, ne illa quidem coniectura opus est, utrumque populum olim e communi radice prodiiisse vel utrumque architecturae stylum ex India, communi in antiquissima aetate patria, secum portasse suoque coelo adaptasse, quum aperte referat Diodorus Siculus (I, p. 55 ed. Wess.), templa illa et palatia, quorum ruinae hodiernum in *Tschil-Minar* conspiciuntur, post captam a Cambyse Aegyptum ab Aegyptiacis hominibus Thebanorum ad instar exstructa esse: *ὅτι δὲ φασὶ τοὺς Πέρσας μετανεγκόντας τὴν ἐπιτολίαν ταύτην εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ τινας εἰς Ἀγύπτου παραλαβόντας κατασκευάσαι τὰ περιβόητα βασιλῆα τὰ τε ἐν Περσικῆσι καὶ τὰ ἐν Σόδοις καὶ τὰ ἐν Μήδιαι.* Vide quae haec de re disseruerunt Jollois et Devilliers in *Descript. de l'Égypte, Antiq. Descr.* Vol. II, p. 486 sqq. Ceterum opinio ista, vindictae cupidinem et stragis memoriam abolendi desiderium Persas eo abrupisse, ut quidquid possent igne ferroque diruerent, a Gallo Caylus proponita et a Costaz singulari acumine defensa est. Vide *Descr. de l'Égypte, Ant. Descr.* Vol. III, p. 206—208. De fanatico Persicorum regum furore peregrinarumque religionum odio ait Champollion, *Précis du système hiéroglyph. des anciens Égyptiens*, edit. II, p. 220: *Les princes Iraniens de cette époque eurent souvent à s'occuper de discordes religieuses et de schismes dont ils étaient eux-mêmes les fauteurs ou les persécuteurs: ils durent puiser dans ces lettres ensanglantées, ce fanatisme qui n'accorde aucune tolérance à nul culte étranger. Pour une raison contraire, les Grecs et les Romains, qui en fait de religion, croyaient retrouver partout leurs propres divinités, adoptèrent facilement tous les titres du protocole égyptien; et il y avait sans doute dans cette détermination autant de politique au moins, que de pitié ou de tolérance.*

22) Herodot. III, 25.

23) Herodot. III, 27. 28. 29. 37. Diodor. Sicul. I, p. 46. Strabon. XVII, p. 553 sq. Cas. Jablonski, *Panthe. Aegyptior. Prolegom.* §. LXIII, p. CLXXVII—CLXXIX.

24) Cfr. Drumau, *Historisch-antiquarische Untersuchungen über Aegypten, oder die Inschrift von Rosette aus dem Griechischen übersetzt und erläutert*, Regim. 1823, 8., p. 13 sqq. Delinatio eiusmodi inaugurationis deprehenditur in *Descript. de l'Égypte*, Vol. I, pl. X, no. 2, undo repetita est in volumine

tabularum, quod Creuzeri *Symbolicae* adiectum est. Tab. XVI, nr. 1. Adde Gesenii *Commentar. in Jes. prophet.* XLIX, 11. Vol. I, p. 619. Similia anaecleteria apud Persas Pasargadis haberi solebant, auctore Plutarcho *Artoxerz.* c. 3.

25) Letronne, *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte pendant la domination des Grecs et des Romains tirées des inscriptions grecques et latines* (Paris. 1823, 8.) p. 162. 185. 273 ac saepius.

26) Quod adhuc sub imperatore Septimio Severo factum est. Vide Xiphilin. *Epitom. Dion. Cass.* LXXVI, 16: *καὶ παύσατο γὰ καὶ τῶν ἀγαθῶν οὐκοδομημάτων ἐπιφέρει, καὶ οὐκ οὐδὲ τὸ ἰσχυρὸν ἔθνος, ὡς καὶ ἐκ κωνίης αὐτὰ καὶ ἐξ ἰδίων χρημάτων κατασκευασὼς ἐπέλασσε, πολλὰ δὲ καὶ μίσην ἐξ ἐπιτοκίας καὶ κατασκευῆς ἐπέθρον ἀνάλωκε.*

27) Cfr. imprimis Deonon, *Voyage dans la haute et basse Égypte*, p. 20. 65.

28) Cfr. v. Prokesch, *Erinnerungen etc.*, Vol. II, p. 45—49. Jomard in praefatione operis Galli Caillaud, *Voyage à l'Oasis de Thèbes et dans les déserts situés à l'orient et à l'occident de la Thébàide; fait pendant les années 1815—1818* (Paris. 1821, fol.).

29) Champollion, *Précis du système hiéroglyph.* edit. II, p. 225. In sequentibus priorem editionem littera A, posteriorem littera B significabimus.

30) Criterium, quo vulgo in antiquiorum monumentorum aetate definienda uti solent, a maiore vel minore incolomitate desumunt, Aegyptiacis aedificiis adaptari nequit. Iure enim ait Lancelot (*Descr. de l'Égypte, Ant. Descr.* Vol. I, p. 24): *Mille ans d'antériorité sont peu sensibles entre des édifices qui ont certainement plusieurs milliers d'années, et qui cependant sont encore si bien conservés.* Etiam alterum illud criterium, quod a maiore vel minore literarum perfectione petitur vel ex progressu derivatur, quem populus quidam a mimetica cogitatione exprimi prae ratione, quae procul dubio apud omnes gentes prima et nativa erat, quum rudibus ingenis prae reliquis conveniret aeque quasi ultro offerret, ad phonetica signa fuit, minime sufficit, ubi de monumentorum Aegyptiacorum relativa aetate definienda agitur; quamvis, uti suo loco videbimus, modus hieroglyphica signa variis modis coniungendi alius fuerit Pharaonum aetate, alius Ligerum Romanorumque. Ipsa autem novissimi usque signa in antiquissimis iam monumentis, alio licet nexu, deprehenduntur. Adscribimus, quae Champollion dixit (*Précis*, B, p. 329): *Nous ignorons, et pour toujours selon toute apparence, quels furent dans ce prétendu genre les premiers essais des Égyptiens. Il faudrait avoir sous les yeux des produits de l'enfance*



de son temps. Ne serait-il pas curieux de pouvoir vérifier aujourd'hui le témoignage du disciple de Socrate? Le grand temple du sud ne serait-il pas celui qui a donné matière aux observations de Platon, celui que les prêtres Égyptiens lui auront montré pour lui prouver la haute antiquité dont ils se glorifiaient? En effet, il n'y a peut-être pas, dans toute l'Égypte, d'édifice qui ait une apparence de vétusté plus prononcée que le grand temple du sud. Le caractère mâle et sévère de son architecture semble naturellement en placer l'époque à ces temps primitifs, où les arts ont commencé à être cultivés en Égypte. — — — Dans la bâtisse de la fondation d'un des principaux piliers de l'édifice, ait Denon Voyage p. 211, je trouvai des matériaux, sur lesquels étaient sculptés des hiéroglyphes aussi bien exécutés que ceux qui décoraient la partie extérieure.

D'après cela, quelle antiquité ne doit-on pas supposer aux édifices qui en avient été ornés! que de siècles de civilisation pour produire de tels édifices! que de siècles avant qu'ils fussent tombés en ruines! que d'autres siècles depuis que leurs ruines servaient de fondations! comme les annales de ces contrées sont mystérieuses, obscures, infinies!

36) v. Prokesch, Vol. I, p. 282, ubi hoc ingeniosi Galli dictum avert, sequentia, quae adscribimus verba adiecit: *Alle Forschungen im Reiche der Elemente, der physischen sowohl als der moralischen, sagen dasselbe. Dass wir mit unserer Geschichte nicht weit hinaufreichen; je nun, das will nur sagen, dass die Buchdruckerkunst um einige Jahrtausende zu spät erfunden wurde. Wir werden die künftige dafür schadlos halten.*"

## SECTIO PRIMA.

DE LINGUA AEGYPTIORUM EORUMQUE SCRIBENDI RATIONE IN UNIVERSUM.

**H**ieroglyphica veterum Aegyptiorum, quibus, si disertis Graecorum et Romanorum testimoniiis fides tribuenda, terrae historia <sup>1)</sup>, praesertim priscorum saeculorum fabulosa <sup>2)</sup>, sacri incolarum ritus, moralia dicta, inventa commemoratu digna <sup>3)</sup>, notiones astronomicae et geographicae <sup>4)</sup>, doctrina astrologica et apotelesmatica <sup>5)</sup>, disquisitiones de natura deorum mundique ab iis procreati <sup>6)</sup>, litterarum quibus excellebant, ut uno verbo dicam, summa <sup>7)</sup> continebatur, inde ab illo tempore, quo Graecae Romanaeque antiquitatis studium in occidentalibus Europae regionibus restaurabatur, doctissimorum et ingeniosissimorum virorum haud exiguum numerum occupavit. At nemini successit, huiusce cogitationes notionesque signis exprinendi rationis vim atque naturam ulla ratione perspicere. Tam singularis illecebra, quam reconditorum illorum signorum explicatio doctorum virorum sagacitati obtulit, quam spes novas detegendi humanae sapientiae fodinas, iterum iterumque novarum disquisitionum ansam dederunt, quae tum propterea irritae fuere, quia quae praesto erant, instrumenta suscepto operi non sufficiebant, tum quia, omni historico fundamento destituta, meris coniecturis vagisque hypothesis superstructa erant, ita ut quisvis in hieroglyphis reperisse sibi videretur, quae reperire speravit et desideravit. Quum nostrum hoc in opere sit consilium eas tantummodo disquisitiones amplius persequendi, quae inde a Gallorum in Aegyptum expeditione institutae, fausto nuper omine instauratae ac locupletissima, quam ante hos quinquaginta annos nemo aliquando adfuturam esse augurabatur, omnis generis subsidiorum copia adiutae, unice veram aenigmatis solutionem polliceri videntur, silentio praeterimus quidquid docti superiorum saeculorum de hieroglyphica veterum Aegyptiorum literatura somniavere magis quam disseruere, nec nisi obiter nomina commemoramus eorum, qui prae reliquis in hoc studiorum genere, quantum fieri poterat, excelluerunt, quamvis a veritate magis minusve aberraverint. Itaque nominandi sunt Valerianus <sup>8)</sup>, Mercatus <sup>9)</sup>, Athanas. Kircherus <sup>10)</sup>, Marsham <sup>11)</sup>, Fréret <sup>12)</sup>, Warburton <sup>13)</sup>, Jablonski <sup>14)</sup>, Gouget <sup>15)</sup>, De Guignes pater <sup>16)</sup>, d'Origny <sup>17)</sup>, Schumacher <sup>18)</sup>, Court de Gebelin <sup>19)</sup>, Koch <sup>20)</sup>, Tychsel <sup>21)</sup>, Zoëga <sup>22)</sup> omnium quos recensimus longe doctissimus et perspicacissimus, pluresque alii, quibus recentissimae aetatis eruditos nonnullos non sine iure videntur adnumerandi <sup>23)</sup>. Dum alii, inter quos nominandi sunt Plessing <sup>24)</sup>, Pfaff <sup>25)</sup> alique <sup>26)</sup>, veterum Aegyptiorum sapientiam, quae in proverbium fere abierat <sup>27)</sup>

quamque in hieroglyphicis inscriptionibus depositam arbitrabantur, adeo extollebant, ut exinde quasi ex communi fonte reliquorum omnium antiquitatis populorum culturam derivandam esse censerent, alii hieroglyphi nihil esse aliud opinabantur, nisi ornamenta architectonica <sup>29</sup>). Hic quoque, ut ubivis fere, veritas in medio sita est. Narrationibus decepti <sup>29</sup>), quas Graeci Romanique scriptores de Aegypti terra mysteriorum plena memoriae prodidere, veras esse sibi persuaserunt mysticas illas et allegoricas interpretationes, quas senioris aevi scriptores in mythis graphicisque monumentis adhibendas esse arbitrabantur, quam via incederent, quam non ingrediendam esse iam discrete monuerat Iamblichus <sup>30</sup>), scilicet mythos fabulasque ad causas physicas revocando. Haud igitur mirum, si ob mysticam illam interpretandi rationem in minimis levissimisque rebus pretiosissimae sapientiae, quam nostra etiam aetate non sine stupore quodam mirabundique intuentur, guttas depreheuderent sibi videbantur <sup>31</sup>), dum ne procul quidem mente sua tenere conceptis opinionibus obcaecata adsequi poterant, quae causae fuerint, ut Aegyptiorum populus tam altum talis culturae fastigium attigerit. Ab altera tamen parte negari nequit, doctos nonnullos quales Klaproth <sup>32</sup>), v. Bohlen aliosque sapientiam illam tot tantisque laudibus concelebratam nimia afficere ignominia, ubi nihil in ea nisi ineptiarum farraginem vesanaeque mentis deliria se videre posse affirmant. Praesertim is, quem ultimo loco nominavimus, doctissimus vir ingeniosissima illa comparatione, quam veterem inter Indiam et Aegyptum instituit, effecit, ut recepta opinio de Aegyptiorum cultura, quae literarum cognitione stabilita omnes populi mores legesque penetrasset, labefactaretur: at cave neget eum iustos terminos saepenumero transisse, quippe quia nimiam fidem tribuit testimonii Graecorum, qui ea aetate scripserunt, qua Saitici et Heliopolitani templi antistites, qui Platonis Eudoxique aevo summam sapientiae laudem nacti erant, ad extremam igrorantiam nequitiamque erant delapsi <sup>33</sup>).

Attamen silentio prorsus praeterire non possumus, quae graeci scriptores de veterum Aegyptiorum literatura nobis tradidere, imo ab eorum relationibus expositionem nostram ordiamur necesse est, quamvis negari nequeat, plura disquisitionis capita tunc denum sufficienter illustratum iri, ubi in hieroglyphicis inscriptionibus interpretandis inque hieroglyphicae literaturae origine ac natura melius cognoscenda amplius processerimus. Antequam ad exponendas scribendi et cogitationes exprimendi varias Aegyptiorum rationes transimus, necessarium videtur pauca de lingua, qua veteris Aegypti incolae utebantur, eiusque fati praemittere, cuius cum hieroglyphica arte nexum d'Origny <sup>34</sup>), Jomard <sup>35</sup>) alique complures bene intellexerunt, etsi alii, ac nuperima etiam aetate Quatremère <sup>36</sup>) et Ricardi <sup>37</sup>), eum prorsus negavere.

Quod si primo igitur loco oculos nostros convertimus ad vocabula Aegyptiaca, quae apud Hebraeos commemorantur scriptores Graecosque et Romanos, reperimus ea sive absque ulla mutatione in lingua Coptica, sive ita mutata, ut facili negotio (quod praesertim de compositis valet) ex abunde notis originibus derivari queant. Eiusmodi etymologiae, quibus prae reliquis apprimè studuit Jablonskius <sup>38</sup>), saepenumero in dubitationem sunt vocatae: obiciebatur enim, nec sine idonea, uti videbatur, ratione, siquidem linguam inter Copticam veterisque Aegypti idioma re vera nullum aliud existisset discrimen, nisi eae, quae cuiusvis populi linguae per saeculorum seriem oboriri solent mutationes, necesse esse,

ut omnium, ne uno excepto, priscorum Aegypti vocabulorum, quae tum apud Graecos Romanosque scriptores tum in sacris veteris testamenti libris conservata sunt, origines ex linguae Copticae radicibus possint explicari. Plures tamen existerent viri <sup>35)</sup>, inter quos prae reliquis Gallum Quatremère nominamus <sup>40)</sup>, qui hanc objectionem idoneis reiecerunt argumentis. Ac satis quidem ab omni parte videtur comprobatum, absque coniecturis fere nullam proponi posse etymologiam: quo accedit, quod eorum, quae aetatem tulere, Copticae linguae monumentorum tam exigua superest copia, ut veteris Aegypti linguae procul dubio aliquando sat locupletis longe minima vocabulorum pars nobis servata esse queat <sup>41)</sup>; quod praeterea Graecis Romanisque scriptoribus, qui huiusmodi vocabulorum mentionem fecere, adeo incognita fuit Aegyptiaca lingua, ut errores evitare vix potuerint, ideoque vocabula, de quibus erat disserendum, aut falsa explicuerint ratione, aut penitus deformata nobis tradiderint; deinde quod ipsi, qui de eiusmodi etymologiis disseruere vel scriptores hodie superstites vel clari tum temporis grammatici de verborum originibus minime certi esse potuerunt, quemadmodum neque Graecorum neque Romanorum neque alius ullius populi, quas proponere solent, etymologias extra omnem dubitationis aleam positas esse videmus. Accedit praeterea, quod compluria eorum, quae ea, quam indicavimus ratione servata sunt vocabula ad sacram, quae dicebatur, linguam, de qua infra nobis erit disserendum, pertinebant, cuius scientiam et interpretandi ius sacerdotes sibi reservaverunt <sup>42)</sup>, ideoque populo vel prorsus erant ignota vel vix explicabilia; quod Christiana etiam religio Graecis quibusdam vocabulis civitatem donavit ita, ut Aegyptiacorum non exigua copia prorsus interiret, eorum praesertim, quae ad terminologiam, ut ita dicam, technicam veteris religionis cultusque Aegyptiaci pertinebant <sup>43)</sup>; denique quod Memphitica tantummodo dialectus eum in modum nobis cognita est, ut exinde vocabulorum queamus derivare origines, dum paucissima modo sciamus de Sahidica, nihil fere de Basmurica dialecto.

Iam nonnulla adferenda sunt exempla, unde eluceat, veteris Aegypti idioma, cuius fragmenta apud Graecos Hebraicosque reperimus scriptores, congruere cum Coptica lingua. Herodoto teste <sup>44)</sup> *crocodilus χάμμη* vocabatur, quem Copti *κακρ* (Levitic. XI, 29 ac saepius) et hodierni Arabes *تمساح Temsah* appellant. Idem secundum Strabonem <sup>45)</sup> et Damascium <sup>46)</sup> audiebat *Σοῦχος*; atque hoc quoque nomen in Coptica lingua invenitur <sup>47)</sup>. *Vinum*, *πρη* apud Coptitas vocatum, Tzetzza auctore <sup>48)</sup> apud veteres Aegyptios *εραπς* appellabatur. *Ἀρπιδονάται* nomen erat sacerdotum classis cuiusdam <sup>49)</sup>, quod Zoëga <sup>50)</sup> aptissime explicuit Coptico vocabulo *perfneant proferentes sapientiam, κηλόσοφοι*. Horapollo ait <sup>51)</sup>: *βιβλος ἰερά καλουμένη ἄμβροης*, quo in nomine Zoëga <sup>52)</sup> copticum *λεφρη* sive *λεφρη* agnoscit, quod a *φρη*, *lectum, stratum* derivandum est pariter ac *λερε pistar* a *ερε cibus*, *λερε faber* a *με lignum*. Plutarchus dixit <sup>53)</sup>: *καὶ παρ' Αἰγυπτίους λέγεται Χενόορις ὁ κειτὸς ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος ὡς φασι φυτόν Ὀσίριδος*. Copticum *Πρημογερε* comparaverunt iam Salmasius <sup>54)</sup>, Jablonskii <sup>55)</sup>, Champollionus <sup>56)</sup> aliique <sup>57)</sup>. Nomen quod Iosepho dedit Pharo Pson to mphanes <sup>58)</sup>, uti in Vulgata scribitur, secundum Stum Hieronymum <sup>59)</sup> significavit *Salvatorem mundi*, qualem uti bene monuit iam Lud. Picques <sup>60)</sup> Coptitae *Προτῶφνερε* dixissent. Reliquae, quae propositae sunt huius nominis etymologiae <sup>61)</sup> minus sunt certae. Pharo autem Iosephum exclamari iussit *קַרְנַיִן*, quod Lutherus noster <sup>62)</sup> vernacule

reddidit: *Dieser ist des Landes Vater*: at iure monuit La Crozius <sup>63</sup>) in verbo isto, quod Coptice scribendum erat *σγβε πεα* et vertendum: *inclinate contra*, contineri edictum *προσκυψέτω* <sup>64</sup>), qua Iosephum rex honorare voluit. Quae exempla iam nunc sufficiant: alia alio dabimus loco <sup>65</sup>).

Quodsi igitur ex hisce argumentis non sine iure concludere nobis videmur, copticam linguam, uti iam contenderant Renaudot <sup>66</sup>), Jablonski <sup>67</sup>), Barthélemy <sup>68</sup>) alique complures, nihil esse aliud, nisi id quod per saeculorum seriem restiterat idiomatis, quo veteris Aegypti incolae olim erant usi, opinio a nobis post alios doctos viros proposita extra omnem dubitationem ponitur, ubi argumenta perpendimus, quae Quatremère eum in finem protulit, ut demonstraret, omni tempore Aegypti incolas, quamvis variae gentes alia post aliam eorum patriam invaserint, lingua usos esse prorsus diversa ab illa, quam victores loquebantur, indeque non sine maxima veritatis specie elucere, hanc linguam a patre filio nepotique transmissam, a prisca illa, qua indigenae reges Aegyptum dominabantur actate, ad Christianae usque aerae saecula esse servatam ac propagatam. Ex magna illa Taurinensi papyro, quae anno postquam Ptolemaeus Euergetes alter in thronum adscenderat quinquagesimo quinto (117 ante Chr. n.) scripta est <sup>69</sup>), patet, Lagidis etiam regnantibus priscum Aegypti sermonem eam fuisse linguam, qua in omnibus publicis et forensibus actionibus erat utendum, dum graeca privatis tantummodo colloquis inserviebat <sup>70</sup>). Opinatur Peyron <sup>71</sup>), doctus illius documenti editor, graecae linguae usum a foro minime fuisse exclusum, praesertim quum libelli supplices, notae, advocatorum lites eiusque generis alia eo maiore iure graece scribi debuerint, quo maior fuerit numerus Graecae originis virorum publicis officiis adhibitorum: omnia vero forensia acta, documenta, testimonia, in quibus de re Mancipi agebatur et quae in publicum usum destinabantur, pacta eiusque modi alia demoticis (i. e. profanis Aegyptiorum) literis scripta et Aegyptiaco sermone concepta fuisse; partibus deinde licitum fuisse, ut in usus suos familiares, fortassis ope interpretum publico iuramento obstrictorum (quibus vide ne adnumerandi sint ii, qui iam commemorantur *ἐρμηνέες* apud Herodotum II, 154 ubi vid. not. Baehtii) graecae versiones sibi compararent <sup>72</sup>). Hinc intelligitur, quantopere a veritate aberraverit Seyffarthus <sup>73</sup>), quem secutus est longe perspicacior vir v. Böhlen <sup>74</sup>), quum contenderet graecam et linguam et literaturam inde ab initio Lagidarum regni adeo in Aegypto invaluisse, ut non tantum in omnibus actis publicis ac forensibus adhiberetur, sed ut in privatorum etiam commercio nemo ea carere potuisset <sup>75</sup>). Contrarium elucet etiam ex inscriptione Rosettana <sup>76</sup>), papyris demoticis Ptolemaeorum aetate scriptis, quarum magna copia ex longe posterioribus etiam saeculis hodiernum superest <sup>77</sup>), et ex verbis Plutarchi <sup>78</sup>), quibus iam usus est Quatremère. Sub Romanorum etiam imperio Aegyptiorum linguam prisca integritate floruisse, Quatremère haud minus certis argumentis ex pluribus veterum scriptorum locis luculenter demonstravit <sup>79</sup>). Quodsi igitur in Aegypto primis post Christum natum saeculis vetero Pharaonum lingua incolae adhuc utebantur, coptica bibliorum sacrorum versio, quae consentientibus viris eruditis, inter quos praeter reliquos nominamus Renaudot, Wilkins, Münter, Woyde, Georgi <sup>80</sup>), secundo Christianae aerae saeculo iamiam exstitit, certissimum nobis praebet argumentum, Copticam linguam nullam esse aliam, nisi eam, qua veteris Aegypti incolae utebantur.



Concedendum quidem est, hoc tempore Graecam Romanamque linguam per totam fere Aegyptum in usu fuisse, nihilo tamen secius omnibus locis Aegyptiaca viguit et intelligebatur: imo fuere haud pauci qui unum tantummodo idioma intelligerent, inter quos Sanctus Antonius est nominandus, qui interprete utebatur <sup>81)</sup> et multas literas cooptice scripsit, quarum fragmenta nonnulla a Mingarellio <sup>82)</sup> sunt edita <sup>83)</sup>.

Copticam igitur linguam, quam rudem incultamque dicit Jannelli <sup>84)</sup>, iniuria, ne dicam contumelia afficiunt ii, qui eam uti Vossius, Harduinus, Sicardus <sup>85)</sup> alique corruptam esse censuerunt ex graeco idiomate, quia graecorum vocabulorum numerum inter propria receperit, quorum tamen copia minime tanta est <sup>86)</sup>, quantam esse voluerunt Michaëlis <sup>87)</sup>, Klaproth <sup>88)</sup> et alii. Sunt aut dignitatum nomina, qualia ex latina etiam lingua <sup>89)</sup> non ita pauca translata esse videmus, quemadmodum  $\alpha\sigma\tau\epsilon\rho\varsigma$ ,  $\kappa\omicron\lambda\lambda\alpha\kappa\epsilon$ ,  $\tau\rho\iota\theta\iota\sigma\tau\eta\varsigma$ ,  $\nu\omicron\tau\alpha\rho\iota\circ\varsigma$  etc. quibus vix carere potuerunt Aegyptii omni aetate vanorum titulorum prae reliquis gentibus auidiosos <sup>90)</sup>, aut termini technici ad rei publicae administrationem pertinentes, aut vocabula, quae ex versione *V. T. LXX* interpretum librisque Novi Foederis religiose servata in Copticam sacrorum biblicorum versionem transiere (quemadmodum *baptizare*, *βαπτίζειν* in Vulgatam transiit), aut denique talla, quae ab eius modi hominibus civitate donata sunt, qui complurium linguarum cognitione inter rudiores suos cives fulgere studebant <sup>91)</sup>. Alii praeterea docti fuere viri, inter quos nominamus celeberrimum Copticaeque linguae prae multis gnarum Patrem Guilelmum Bonjour <sup>92)</sup>, Blumberg <sup>93)</sup>, Barthélemy <sup>94)</sup>, Georgi <sup>95)</sup>, qui veteris Aegypti linguam Hebraicae affinem esse contenderint. Klaproth <sup>96)</sup>, quamvis ingentem esse diceret copiam Aegyptiacorum vocabulorum semiticae originis (*il y a une foule de mots égyptiens qui sont d'origine sémitique*), numquam plura protulit quam quinque; pauca praeterea v. Böhlen, qui eandem tuitus est opinionem. Atqui iam Renaudot <sup>97)</sup>, Hottinger <sup>98)</sup> alique eam reiecerunt: ac re vera numerus eius modi utriusque linguae vocabulorum, quae ita sunt comparata, ut nulla de eorum affinitate dubitationis ansa existere queat (quo ex. gr. pertinet pronomen personale primae personae  $\lambda\eta\omicron\kappa\alpha$ ), haud sane magnus est, praetereaque totius linguae indoles et structura semiticam respuit originem <sup>99)</sup>: imo fortassis ex ipsis, quae aetatem tulere, veterum Hebraeorum scriptis demonstrari potest <sup>100)</sup>, ambas de quibus loquimur lingnas non eiusdem radice fuisse stirpes <sup>101)</sup>.

Huius iam esse loci videtur, paulisper considerare linguae Copticae naturam, indolem, literaturam, et recensere adminicula, quibus hodie potest addici. Quo tempore Aegyptii proprium sibi alphabetum cum graeco commutaverint, haud omni dubitatione caret. Secundum Lacrozium <sup>2)</sup>, Georgium <sup>3)</sup> aliosque haec immutatio Psammeticho regnante facta est, cui opinioni repugnant inscriptio Rosettana et papyri longe posterioris aetatis, demoticis tamen literis exaratae. Eadem argumenta refellunt opinionem a Montfaucon <sup>4)</sup>, Jablonski <sup>5)</sup>, Valperga-Caluso <sup>6)</sup> propositam, sub Lagidarum regno factum esse hac in re initium. Secundum Zoëgam <sup>7)</sup>, qui provocat ad locum Aristidis <sup>8)</sup> iam supra laudatum, et Gallum Quatremère <sup>9)</sup>, qui verba Capitolini <sup>10)</sup>, de quibus pariter iam supra locuti sumus, argumenti gratia attulit, ineunte tertio deum nostrae aerae saeculo graecarum literarum usus invaluit. Quae postrema opinio haud procul a veritate aberrabit <sup>11)</sup>. Mihi quidem videntur Graeci in Aegypto populares ab initio facili-

tatis gratia graeco usi esse alphabeto, quod deinde quum Christiana religio magis magisque victoriam reportaret cultusque antiqui ministri et adseclae sensim sensimque interirent, paulatim invaluit vetusque, quod ab hieroglyphis originem duxerat, depulit, praesertim quum Christiani homines Aegyptiacas literas propter arctam cum veteri cultu coniunctionem abhorrerent. Haud absimiliter multi inter hodiernos Graecos latini literis utuntur <sup>22</sup>), ab illa inde procul dubio aetate, quo Francogalli et postea Venetiani terras ipsorum occupaverant. Graecum vero alphabetum quum omnibus linguae sonis exprimendis non sufficeret <sup>23</sup>), propriarum sibi literarum nonnullas Aegyptii receperunt <sup>24</sup>), quas a Syris depromptas esse inepte contendebat Sicardus <sup>25</sup>). Quod si re vera septem <sup>26</sup>), quae tum temporis accesserunt literae ab externa quadam gente essent adsumtae, quod nemo circumspector arbitrabitur, proxime procul dubio sese oblaturum foret Armenorum alphabetum, quod literarum  $\bar{\epsilon}$  et  $\bar{\alpha}$  signa iisdem sonis pronuntianda exhibet; quae observatio, quamvis minus ad rem nostram pertineat, novitate sua fortasse se commendabit <sup>27</sup>).

Opinio Zoëgae et Stephani Quatremère de copticarum literarum in citeriore aetate origine nominis *Coptorum* etymologia probari videtur, quod Macrizy aliique arabici scriptores, uti solent, a rege quodam Kopt sive Koptos derivant <sup>28</sup>); Salmasius <sup>29</sup>), Kircherus <sup>30</sup>), Wilkinsius <sup>31</sup>), Pococke <sup>32</sup>), Wahl <sup>33</sup>) aliique ab urbe *Copto* <sup>34</sup>); Duhernat <sup>35</sup>) a verbo  $\kappa\omicron\pi\iota\tau\epsilon\upsilon$  propter solitum Aegyptiis circumcisionis morem <sup>36</sup>); Morinus <sup>37</sup>), Renaudot <sup>38</sup>), Valperga <sup>39</sup>), Quatremère <sup>30</sup>), Rosellini <sup>31</sup>), aliique corruptum censent ex forma  $\Delta\epsilon\upsilon\pi\tau\iota\omicron\varsigma$  <sup>32</sup>). Qui quum omnes in eo consentiant, Graecorum Romanorumque aetate hoc nomen nondum in usu fuisse, contrariam opinionem tuitus est Uphagen <sup>33</sup>), qui argumenti gratia verba quaedam attulit Apuleii <sup>34</sup>), in quibus *adyta Coptica* commemorantur. Quum non solum qui in Aegypto degebant Christiani Iacobitae Copti appellarentur, sed aliae quoque, quae eandem fidem profitebantur gentes extra vallis Niloticæ fines <sup>35</sup>), mihi quidem hoc nomen a Iacobitis monophysitis originem cepisse videtur, ita ut hac denominatione orthodoxis Melchitis, qui concilii Chalcedoniensis (a. 451) decreta approbaverant, opponerentur. Iam aliquis posset opinari, hauc separationem ansam dedisse depulsiioni alphabeti aegyptiaci eiusque in locum deinde copticum, quod hodie vocatur, eo consilio esse substitutum, ut peculiaris literatura conderetur: quae tamen opinio eo refellitur, quod coptica SS. LL. versio longe est antiquior, qua de re deinceps.

Lingua coptica male simplex est et languida secundum tristem ac melancholicam populi naturam <sup>36</sup>), qui perpetuo hieroglyphorum usu et symbolorum post receptas etiam literas amore <sup>37</sup>) minime aptus erat linguam suam amplius excolendi. Antiquissimam esse hanc linguam docet discidium in tres dialectos <sup>38</sup>), quauvis Nilicolarum, qui ea utebantur, imperium sat arctis finibus fuerit circumscriptum. Dialectis nomina fuerunt *memphticae* (copticae vel bahiricae ab arabico nomine provinciae Bahirah), *thebanicae* sive *sahidicae* <sup>39</sup>) et *baschmuricae*, qua secundum probabilem Champollionis <sup>40</sup>) opinionem utebantur incolae provinciae, quae hodie Fayyum vocatur <sup>41</sup>) et sub Lagidarum imperio  $\nu\omicron\mu\delta\varsigma$   $\Lambda\gamma\iota\upsilon\omicron\iota\tau\iota\varsigma$  appellata erat. Postrema tamen dialectus, si pauca excipias fragmenta, hodie fere prorsus ignota est <sup>42</sup>). Quae inter has dialectos sit antiquissima, valde disceptatum est, neque hodie certis argumentis potest affirmari. Macrizy <sup>43</sup>), Iacroze <sup>44</sup>), Jablonski <sup>45</sup>), Wahl <sup>46</sup>), aliique sahidicam prisco aevo solam vixisse

contendunt indeque natam esse memphiticam; Georgi<sup>47)</sup>, Valperga - Caluso<sup>48)</sup>, Münter<sup>49)</sup>, Klaproth<sup>50)</sup>, caet. memphiticam antiquiorem esse arbitrantur. Mingarelli<sup>51)</sup> quaestionem diiudicare non est ausus. Quatremère<sup>52)</sup> omnes tres dialectos aequales fuisse eodemque viguisse tempore censebat, huiusque opinionis, quam et nos probamus, argumentum in Sect. III huius operis ex phonetica hieroglyphorum significatione deducetur<sup>53)</sup>.

Ante biennium fere nihil magis copticae linguae studio obstabat, quam grammaticarum lexicorumque defectus. Quamvis enim grammaticas conscripserint Bonjour, cuius opus ne hodie quidem lucem vidit<sup>54)</sup>, Blumberg<sup>55)</sup>, Raphaël Tuki<sup>56)</sup>, Scholtz<sup>57)</sup> et Valperga - Caluso<sup>58)</sup> [Didymus Turinensis], quamvis lexica componere conati sint Kircher<sup>59)</sup> et Mathurinus Veyssièrè Lacroze<sup>60)</sup>, doctorum tamen, quos recensui, virorum opera haud ita erant comparata, ut severioribus studiis satisfacere possent. Neque lingua penitus cognosci poterat ex scriptis, quae edidere Renaudot<sup>61)</sup>, Wilkins<sup>62)</sup>, Tromler<sup>63)</sup>, Georgi<sup>64)</sup>, Münter<sup>65)</sup>, Mingarelli<sup>66)</sup>, Carabelloni<sup>67)</sup>, Zoëga<sup>68)</sup> aliique<sup>69)</sup>, licet hisce libris multa inesse, quae et hodie optima sint frugis, minime negaverim. Superiore demum anno, postquam paulo ante novam composuit grammaticam<sup>70)</sup>, Tattam lexicon Lacroziano multo locupletius in lucem emisit<sup>71)</sup>, quem tamen totius operis adornatione atque accurata linguae cognitione longe superavit Amadeus Peyron, eius lexicon, indefessi per duo integra lustra laboris opus, eodem quo illud anno Augustae Taurinorum in lucem prodit<sup>72)</sup>. Nova grammaticae fundamenta hoc ipso temporis momento ponit amicissimus mihi Lepsius, qui iam Romae commoratur, neque dubito quin eius opus, quod avide exspecto, decessorum libros quavis ratione sit superaturum. Praeterea copticorum librorum manu scriptorum copia, quae in bibliothecis Europae hodiernum latent<sup>73)</sup>, haud exigua est, quibus publica luce donatis nova linguam Aegyptiacam cognoscendi instrumenta viris doctis minime deerunt<sup>74)</sup>.

Vix ullus copticus liber hucusque repertus est, cuius argumentum non spectaret ad Christianae religionis vel dogmaticen vel historiam. Exstat triplex Sacrorum utriusque Testamenti Librorum interpretatio<sup>75)</sup>: deprehenduntur homiliae, acta martyrum et sanctorum aliaque scripta huius generis complura. Nullus inventus est liber eum in finem conscriptus, ut historia vel geographia illustraretur: unum tantummodo medici argumenti fragmentum inter codices Borgianos viderat Akerblad<sup>76)</sup>, edidit deinde Zoëga<sup>77)</sup>. In disquisitionibus, quae ad historiam ecclesiasticam spectant, coptici libri, praesertim sahidici codices, quorum hodieque in monasteriis Aegypti superioris magna adservatur copia<sup>78)</sup>, non exigui sunt momenti<sup>79)</sup>, nec minus ubi agitur de antiquissima lectione Sacris Libris restituenda<sup>80)</sup>.

Stephanus Quatremère certissimis argumentis probavit, coptica lingua Aegypti inferioris incolas ad nonum usque Christianae aerae saeculum usos esse, et doctos, qualescunque tum temporis in Aegypto existere, viros decimo etiam et sequentibus saeculis linguae aliquam certe notitiam habuisse. Posterius elucet ex codicum recentiori aetate scriptorum, qui in bibliothecis Europae adservantur, copia. In superiore Aegypto, quam *al Saoud* vocant Arabes, coptica lingua diutius etiam in ore populi viguit, uti patet ex verbis Arabum Macrizy et Abu - Selah<sup>81)</sup>, quae composuit Quatremère<sup>82)</sup>, qui tamen

demonstravit, saeculi post Christum decimi sexti initio (Leonis Africani aetate) ibi quoque incolas vetere lingua haud amplius usos esse. Hodie *liturgica* tantummodo est lingua, quemadmodum Vetus Servica in Graeca Russiae ecclesia, ac valde exiguus Coptorum ille numerus, qui libros ecclesiasticos legere sciant, minor etiam eorum, qui intelligant. Omnia, quae inter sacros ritus cooptice recitantur, simul arabice explicentur necesse est <sup>83</sup>).

Dum Seyffarth <sup>84</sup>) et Klaproth <sup>85</sup>) veterem Pharaonum linguam longa saeculorum serie innumeras subisse volunt mutationes, donec istam, qua in copticis libris apparet, formam acceperit, alii, inter quos prae reliquis nominandi sunt Champollion <sup>86</sup>) et Peyron <sup>87</sup>), summi in hoc studiorum genere arbitri, non sine iure contendunt, linguae aegyptiacae formam ab antiquissimis inde temporibus haud immutatam esse, uide certissimum argumentum repetiverunt, quo demonstraretur, ipsam copticam linguam esse idioma, quo prisci veteris Aegypti incolae usi essent. Quum infra plus semel occasio nobis sese sit oblatura eandem rem uberius ac disertius tractandi, hoc loco satis iudicamus in nota <sup>88</sup>) doctissimi Rosellini verba adscribere, in quibus suam de ratione, quae Coptorum inter et Pharaonum linguam intercedat, opinionem exposuit. Quum brevem, unde ea de promptissimum, commentationem paucis visam esse arbitremur verbaque haud exigui sint momenti in historicis viri docti disquisitionibus, de quibus in ultima huius operis sectione dicitur, diiudicandis, lectorum gratiam nobis meruisse opinamur.

Priusquam finem imponimus nostris de veteri Aegyptiorum lingua disputationibus et ad scripturae explicationem transimus, restat ut paucis verbis propositae a Seyffartho opinionis rationem habeamus, quippe quia, licet per se spectata non magni sit ponderis (uti omnes fere reliquae eiusdem viri opiniones ac sententiae, nuperrima delapsi aetate in errores, quales vix evitare potest genus illud semidictorum hominum, artis criticae ignarum, iudicii acuminis egeum, quod tamen nihilo secius minime cunctatur res dubias magna sui fiducia decernere), occasione tamen nobis praebet quaestionem tractandi, quam superioribus iam saeculis plures viri docti tetigere, nostra deinde aetate v. Böhlen curatius ac subtilius examinavit, et quam nemo hisce studiis haud prorsus alienus maximi esse momenti infuturabitur, quaestionem scilicet de affinitatis vinculo, quo Aegyptios aliquando Indosque iunctos esse arbitrauit.

Contentit enim Seyffarth <sup>89</sup>), in hieroglyphicis inscriptionibus componendis veteres Aegyptios sacra usos esse dialecto, a vernacula populi lingua magis minusve diversa, quam Chamaicae linguae <sup>90</sup>) nomine appellare commendavit. Potissimum huius sententiae argumentum repetit ex verbis iam supra <sup>91</sup>) allatis Manethonis, quae servata sunt a Georgio Syncello: *Μανέθω χρηματίας ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριδικῇ γῆ <sup>92</sup>) κεμένων σιηλῶν ἱερῶ φησι διαλέκτῳ καὶ ἱερογλυφηκοῖς γραμμασι κεχαρακτηρισμένων ὑπὸ θεῶν, τοῦ πρώτου Ἐρμού καὶ ἱερογλυφιστῶν μετὰ τὸν κατακλυσμόν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνίδα φωνήν.* Quodsi eorum probamus opinionem, qui, uti Warburton <sup>93</sup>), de Brosses <sup>94</sup>), Jaucourt <sup>95</sup>), Blair <sup>96</sup>), Palin et Lanjuinais <sup>97</sup>), Abel Remusat <sup>98</sup>), Champollion <sup>99</sup>), Seyffarth <sup>100</sup>), Matter <sup>1</sup>) aliique, hieroglyphicam Aegyptiorum scripturam minime occultam ac reconditam scribendi genus fuisse censent, sed quod ab omnibus Aegypti incolis intelligi potuisset, vix alia de re cogitare licet, nisi de exquisitiori quodam

ac sublimiori, quod in sacris tantummodo publicisque rebus adhiberetur, dicendi genere. Praesertim Champollion, cuius verba in nota adscribimus <sup>2)</sup>, certissimum haud deesse monuit argumentum, quo probari posset, omnes populi classes, nulla tribu excepta, significationis hieroglyphorum aliquam certe notitiam habuisse, quum illae etiam muniarum cistae, quae vulgi cadavera amplectebantur, et hypogeorum, in quibus infimae sortis hominum corpora componebantur, parietes hieroglyphicis inscriptionibus tectae sint, praetereaque stelarum, amuletorum gemmarumque, quibus hieroglyphica signa insculpta sunt, tanta reperta sit copia, ut dubitare non liceat, quin praeter sacerdotes, alii quoque qualem haec signa vim ac significationem habeant, intellexerint. Atqui hocce argumentum speciosius quam verius est. Quemadmodum enim infimae etiam sortis hominum cadavera, quamvis minus artificiose, medicabantur; nec tamen inde concludere licet, artem corpora condiendi omnibus omnis generis hominibus notam fuisse, eamque alios etiam praeter sacerdotes <sup>3)</sup>, qui Tarichentae et Choachytae appellabantur, exercuisse, ita procul dubio publicum erat sacerdotum munus cistas exornandi, hieroglyphicis inscriptionibus opercula tegendi et funebres libros (de quibus cf. sectionem huius operis secundam) addendi. Mortuorum propinqui suis erga affines officiis satisfacisse putabant, ubi sacri ritus erant observati, quos religionis leges in reponendis ac conservandis corporibus praescribebant, nec tamen nota iis fuisse videntur, quibus hac in re opus fuerit. Secundum disertum enim testimonium graecorum romanorumque scriptorum, qui profecto longe plura de hieroglyphis Aegyptiorum tradidissent, si intelligentia signorum omnibus incolis communis fuisset, solis sacerdotibus <sup>4)</sup> erat reservatum hieroglyphica interpretandi ac ne illis quidem omnibus, sed iis tantummodo, qui apud veteres scriptores *ιερογραμματεῖς* et *προφῆται* appellantur <sup>5)</sup>. Qui quamvis ex frequenti usu familiaritatem cum hieroglyphica materia sibi contraxissent, certis tamen adminiculis, quemadmodum lexici hieroglyphicis, qualia apud Clementem Alexandrinum <sup>6)</sup> commemorantur, carere non poterant. Herodotus, qui summa necessitudine sacerdotes Aegyptios attingebat, adeo ut multas res cum eo communicarent, quae a vulgo prorsus ignorabantur, de hieroglyphicae scripturae, cuius paucis tantummodo in locis mentionem fecit, natura altem servavit silentium; ideoque eius modi rebus eam adnumerasse videtur, de quibus (II, 3) dixit: *τὰ μὲν νυν θεῖα τῶν ἀπηρημάτων, οἷα ἦσαν, οὐκ εἰμι πρόθυμος ἐξηγήσασθαι, ἕξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτέων μόνον, νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσων περὶ αὐτέων ἐπιστάσθαι· τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτέων ὑπὸ τοῦ λόγου ἕξανακαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι.* Hinc necesse est existimemus anteriorem hieroglyphicam scripturae naturam solis sacerdotibus cognitam atque sacram illam dialectum huic scribendi generi peculiarem fuisse.

Quodsi contendere vellem sacram hanc, qua sacerdotum corpus in hieroglyphicis inscriptionibus utebatur, dialectum a sanscritica lingua haud diversam fuisse, non sine iure omnis criticae artis expertem me esse praedicandum ipse lubens confiterer illisque comparandum viris, qui antiquitatum Aegyptiacarum illustratione occupati, propter artis vera a falsis diiudicandi iuscitiam saepenumero a cautiore hominibus merito sunt reprehensi. Attamen ubi perpenditur Aegyptios cum Indis artibus aliquando vinculis coniunctos fuisse remotissima illa aetate, qua rerum gestarum memoria nondum consignari solebat, non est, cur tibi non persuadeas in hac sacerdotum dialecto primitivi, quo antequam in Aegyptum advenerunt utebantur, idiomatis elementa esse conservata inque prisca Nilolarum lingua

vestigia aliunde allati sermonis apparere. Quodsi veteres Aegyptii ipsi praetendebant, missas esse quondam a Nili ripis in Indiam colonias, inde minime licet concludere, eos affinitatis vincula, quibus utraque gens iuncta erat, perspicue agnovisse: fastus ex nimia gentis suae admiratione natus, cuius causa ad gloriam aspirabant, vetustissimam se esse orbis terrarum nationem 7), effecit ut inepte contenderent ex Aegypto ad omnes reliquos terrarum populos ductas esse colonias 8), de quibus Ister, Callimachi discipulus, peculiare opus conscripsit 9). Sed non est, cur longiori refutationi immoremur, quum alii iam satis hac de re disseruerint, inter quos nominandi sunt Simon 10), Kannegiesser 11), Ritter 12). Argumentis paulo ante allatis refellitur opinio, quam Mosheim 13), Huet 14), Lacroze 15), Schmidt 16), Brucker 17), Bayer 18), Warburton, Jablonski aliique proposuerunt, ab Aegyptiis duce vel Osiride vel Sesostride expeditionem in Indiam esse factam ibique relictam coloniam. Contraria opinio ex India, fortasse trans Aethiopia 19), unde Diodoro teste 20) Aegyptii in Niloticam vallem descendere, colonos aliquando advenisse, nostra aetate extra omnem dubitationis aleam posita esse videtur, nec sine iure Anglus Jones 21) Aethiopes, qui Meroën usulam habitabant: priscos Aegyptios atque Indos unam aliquando gentem fuisse contendebat. Burkhardto 22) picturas in templorum Nubiae parietibus intuenti subito sculpturae in templo prope Suraten in memoriam venerere. Milites Indici (*Seapoyes*), quibus Angli utebantur ad fugandos ex Aegypto in fine superioris saeculi Gallos, in ruinis templorum Thebaidis deorum veteris Aegyptii figuras tamquam suorum adoravere inque genua procubuerunt, quasi in solo essent natali et ad gentis suae incunabula venissent 23). Jones aliquando Indis Isidis imaginem monstravit, quam primo obtutu laetitiaque exultantes Naturae esse deam sibi persuaserunt 24). Neque nostra solummodo aetate eius modi observationes a perspicacibus viris factae ac saepenumero repetitae sunt 25), sed veteres iam similia animadvertero 26). Prae reliquis vero nuperrima aetate v. Bohlen veterum Aegyptiorum Indorumque affinitatem ex utriusque gentis ingenio ac moribus 27), corporis constitutione 28), rerum gestarum fama 29), animalium cultu 30), totius populi in plures ordines sive castas divisione 31), artium monumentis 32), religione ac cultu in universum alisque, quae utrique genti erant communia, adeo clare ac diserte probavit, ut opinio a compluribus doctis viris, inter quos prae reliquis nominandi sunt Langlès 33), Mignot 34), Meiners 35), Hartmann 36), Herder 37), Forster 38), Heeren 39), Bredow, Wachler aliique 40), proposita ac defensa sacerdotes certe Aegyptios Indicae fuisse originis, hodie extra omnem fere dubitationem posita sit.

Iam facili modo potest explicari, qua factum sit ratione, ut Aegyptii hieroglyphico scribendi genere uterentur, quale apud nullam aliam orbis terrarum gentem deprehendi bene iam monuerunt d'Origny 41) et Zoëga 42). Quemadmodum enim apud rudes quosdam Americae septentrionalis ac meridionalis populos, praesertim illos, qui, ubi Europaeis innovaverunt, aliquatenus saltem a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque iamiam transierant, uti Mexicani 43), praeterea apud Phoenices 44), Scythas 45), Graecos 46) ipsosque Indos 47); apud quos verae hieroglyphice scribendi artis nullum apparere vestigium 48), imagines symbolicae et allegoricae in usu fuerunt eum in finem compositae, ut quae cogitabant exprimerent, haud vero quemadmodum apud Aegyptios 49), ut linguae sonos is, qui tales imagines interpretari volebat, in iis expressos reperiret, ita vero simile est colonos illos,

qui Indiae religionem eorumque, mores ac consuetudines, ritus et instituta ad Nili fluminis ripas transtulerunt, apud aborigines Aegypti incolas similem cogitationes exprimendi resque gestas enotandi modum deprehendisse, cuius primam originem in studio rem de qua agebatur quam curatissime fieri poterat delineandi esse quaerendam vix licet dubitare. Populi deinceps ingenio sacerdotum cura magis magisque excolto ex meris picturis symbolicum scribendi genus formabatur, unde denique phoneticam et alphabeticam scripturam prodixit<sup>50)</sup>, ex iis quae paulo post disseremus clare elucebit et iam exinde patet, quod veteres Aegyptii bibliothecas habuisse dicuntur<sup>51)</sup>. Sacerdotum deinde ordo symbolicam istam scripturam, qua iam ante inventas literas usus erat, ita excoluit ac perfecit, ut omnibus, quae exprimenda essent, inservire posset, eaque utebatur quotiescunq; de rebus religioni cultuique cognatis ageretur, quo etiam rerum gestarum memoria pertinebat, quippe quia rex vel a sacerdotum corpore dependebat, vel ex eo electus erat, vel in eum anacletis receptus<sup>52)</sup>. Nihil igitur mirum, si sacerdotes res cogitationesque vocabulis patriis interdum nuncupabant; neque frustra origines complurium, quae ad religionem sacramque cultum pertinebant nominum ac vocabulorum in sanscritica lingua quaeres, quod exemplorum copia nuper demonstravit v. Bohlen<sup>53)</sup>. Talis igitur erat secundum meam opinionem *ισρά* illa *διάλεκτος*, cuius Manetho mentionem fecit<sup>54)</sup>: singulis tantummodo elementis, quae facili negotio poterant secerni, a patrio populi sermone differebat, haud tamen tantopere, quantum sacerdotum, qui ex India immigravit, ordo ab Aegypti incolis aboriginibus<sup>55)</sup>. Caeterum vix dubitare licet, quin sensim sensimque haec elementa in popularem etiam sermonem transierint cumque eo coaluerint, quam opinionem *voeces hybriidae*, qualem in fragmento quodam Manethonis<sup>56)</sup> exemplum est servatum, comprobare videntur.

Sed iam satis de prisca Aegyptiorum lingua<sup>57)</sup>. Ad varia scripturae genera transcuntibus nobis primo loco sese offerunt tot disputationibus famosissima illa Clementis Alexandrini verba<sup>58)</sup>, quorum ope fere unusquisque, qui nova hieroglyphica explicandi principia detexisse arbitrabatur, opinionis suae veritatem demonstrari posse censuit. Haud igitur mirum, si diversissima ratione a viris doctis explicata sunt, inter quos hoc loco prae reliquis nominandi videntur Bandini<sup>59)</sup>, Warburton<sup>60)</sup>, de Brosse<sup>61)</sup>, Gibert<sup>62)</sup>, Zoëga<sup>63)</sup>, Letronne<sup>64)</sup>, Weiske<sup>65)</sup>, Gulianoff<sup>66)</sup>, Heeren<sup>67)</sup>, Klaproth<sup>68)</sup>, Matter<sup>69)</sup>, Jannelli<sup>70)</sup>, et qui locum peculiari dissertatione illustravit E. Dulaurier<sup>71)</sup>. Ne latina interpretatione explicationem tacite occupemus, ipsa graeca verba adscribimus:

*Ἀντίκα οἱ παρ' Αἰγυπτίους παιδευόμενοι πρῶτον μὲν πάντων τῶν Αἰγυπτίων γραμμάτων μίθοσον ἐκμανθάνουσι τὴν ἐπιστολογραφικὴν καλουμένην· δευτέραν δὲ τὴν ἱερατικὴν, ἢ χρωάτιν οἱ ἱερογραμματεῖς· ὑστέρη δὲ καὶ τελευταίαν τὴν ἱερογλυφικὴν, ἧς ἡ μὲν ἔστιν διὰ τῶν πρῶτων στοιχείων κυριολογικὴ, ἡ δὲ συμβολικὴ· τῆς δὲ συμβολικῆς ἡ μὲν κυριολογεῖται κατὰ μίμῃσιν, ἡ δ' ὡπερ τροπικῶς γράφεται, ἡ δ' ἀντικρὺς ἀλληγορεῖται κατὰ τινὰς αἰνιγμούς. Ἕλιον γοῦν γράφαι βουλόμενοι κύκλον ποιοῦσι, σελήνην δὲ σῆμα μυροειδές, κατὰ τὸ κυριολογούμενον εἶδος· τροπικῶς δὲ κατ' οἰκειότητα μεταγόντες καὶ μετατιθέντες, τὰ δ' ἐξαλλάττοντες, τὰ δὲ πολλαχῶς μετασηματίζοντες χαράττουσιν. Τοὺς γοῦν τῶν βασιλέων ἐκαινοῦς θρολογουμένους μύθοις παραδίδοντες, ἀναγράφουσι διὰ τῶν ἀναγλυφῶν. Τοῦ δὲ κατὰ τοὺς αἰνιγμούς τρίτου εἶδους εἶγμα ἔστω τὸδε· τὰ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἄστρον διὰ τὴν πορείαν τὴν λοξὴν ὄρεων σώμασιν ἀπέικασον, τὸν δὲ ἕλιον πρὸ τοῦ καθάρου<sup>72)</sup>.*


Haec igitur Clementis Alexandrini verbis tamquam fundamento uti solent ii, qui systematis hieroglyphici nova rudimenta proponere conantur; tamquam obrussa, qui propositorum systematum pravitatem evincere student. Quaeritur, num iure iis tanta tribuenda sit auctoritas, quanta tribui solet, an forsitan ipse Clemens aut nullam prorsus aut exiguam tantummodo Aegyptiacae scripturae notitiam habuerit et ea, quae protulit re non examinata ex antiquioribus scriptoribus hauserit. Mihi quidem propter rationem hucusque non perspectam et mox adferendam re vera minime tanti esse momenti videntur, quanti plurimi docti viri censuerunt. Distinguit Clemens inter tria scribendi genera

- 1) epistolographicum
- 2) hieraticum
- 3) hieroglyphicum


aitque illos veterum Aegyptiorum, qui curatior uterentur disciplina, a primo genere initium, in tertio finem fecisse ita, ut tribus quasi cursibus seu gradibus a facillioribus ad difficiliora perrexissent. Quum igitur Herodotus <sup>73)</sup> ac Diodorus <sup>74)</sup> duo tantummodo scribendi genera cognoverint *δημώδη* (*δημοτικά*) *γράμματα* et *ἱερά*, illud vero aperte epistolographico, hoc hieroglyphico respondeat, nisi quis *δημώδη γράμματα* duo priora Clementis genera amplecti malit (cui sententiae magni ponderis testimonia et argumenta obstant infra disertius adferenda), quaeritur quam ob causam hieraticum scribendi genus a duobus illis scriptoribus, qui certe eandem, si non diligentiorum etiam de natura aegyptiacae scripturae notitiam sibi parare poterant, silentio sit praetermissum. Respondet Letronne <sup>75)</sup> (neque negari potest hanc dubitationes tollendi viam aptissimam videri), *ἱερά γράμματα*, quae ab Herodoto ac Diodoro vocantur, duo posteriora Clementis genera, hieraticum et hieroglyphicum amplecti, quum hieraticum nihil sit aliud, nisi *tachygraphia hieroglyphorum*, quod superiore iam saeculo intellexerat Tychsen <sup>76)</sup>, quamvis negaret hieraticam scripturam literis constare, quum sibi persuadere non posset, quod singulari acumine Deguignes diu iam ante fieri posse docuerat <sup>77)</sup>, ex imaginibus ne truncatis quidem inque plures partes divulsis, alphabeticam scripturam oriri <sup>78)</sup>. Quod si hanc de hieratici scribendi generis natura opinionem veram esse ponimus, uti nostri aevi de Aegyptiorum scriptura notiones inibent <sup>79)</sup>, Clementis dictum, Aegyptios magistros a demotico scribendi genere discipulos ad hieraticum, deinde vero ad hieroglyphicum deduxisse prorsus ineptum esse patet, quum nemini in mentem venire possit, discipulo tachygraphicae scripturae cuiusdam signa explicare, anteaquam ipsius scripturae leges illi tradiderit. Accedunt verba Antonii Diogenis <sup>81)</sup> apud Porphyrium <sup>82)</sup>: *ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοῖς ἱερεῦσι συνήν ὁ Πυθαγόρας καὶ τὴν σοφίαν ἐξέμαθε καὶ τὴν Αἰγυπτίων γωνήν. γραμμάτων δὲ τρισσὰς διαφορὰς, ἐπιστολογραφικῶν τε καὶ ἱερογλυφικῶν καὶ συμβολικῶν, τῶν μὲν κοινολογουμένων κατὰ μίμησιν, τῶν δὲ ἀλληγορουμένων κατὰ τινὰς αἰνιγμῶς*. Censuit quidem Zoëga <sup>83)</sup> verba quae adscriptissimum secundum locum Clementis Alexandrini esse emendanda ita, ut hieratici etiam scribendi generis apud Diogenem mentio fieret ac reliqua cum iis congruerent, quae Clemens tradidit <sup>84)</sup>: sed iure, nisi magnopere fallimur, iamiam Tychsen monuit <sup>85)</sup>, Clementis Alexandrini narrationem minime ex accurata Aegyptiacae literaturae cognitione prodiisse, sed desumptam esse ex alio quodam vetustiore opere, unde simul esset explicandum, quare Ecclesiae Pater hieraticum et epistolographicum scribendi genus haud disertius explicaverit, quippe



quia ea aetate, qua is, quo auctore usus est, scriptor suum opus composuit, eius modi explicatione, qualis Clementis aeo sane desiderabatur, minime opus fuisset. Iam brevi conspectu ea, quae Clemens disseruit, ante oculos lectorum ponamus tali schemate usi:



Quodsi cum hoc diligentius comparamus verba, invenimus Clementem haud omnium singularium hieroglyphice scribendi generis partium exempla attulisse, quod sane orationis perspicuitas integritasque argumentationis, quibus aliis in locis constanter studere solet Clemens, poposicisset, sed pro arbitrio alterius exemplum esse adlatum alterius omissum. Nequit praeterea negari scriptorem, qui ipse accuratiorem rei, de qua agitur, cognitionem haberet, exempla longe aptiora eligere potuisse, quam quae a Clemente prolata deprehendimus, ideoque ex omnibus, quao attulimus argumentis manifesto nobis elucere videtur, Clementem ex antiquiore quodam, quem non indicavit, scriptore hausisse, cuius in libro singulorum scribendi generum natura disertius exposita erat exemplisque illustrata, et, quum nullam rei tractatae cognitionem ipse haberet, in seligendis rebus, quas commemoratione prae reliquis dignas existimavit, parum sapientem sese praeluisse et in graves errores incidisse ita, ut eius verba minime, quod eruditi viri fere omnes voluerunt, certam ac firmam auctoritatem praebere queant. Hinc simul explicandum, quam ob causam phonicorum hieroglyphorum in Clementis loco laudato nulla mentio facta sit. Quum constans esset eruditorum opinio, nullam hieroglyphica interpretandi methodum esse probandam, quae non congrueret cum verbis Ecclesiae Patris, haec ita explicare desudatum est, ut phonicorum hieroglyphorum (cfr. sect. III) usus inde eluceret. Quae reperisse sibi videbatur Zoëga <sup>86)</sup> in verbis *ἀλληγορεῖται κατὰ τινὰς αἰνιγμοῦς*, longe alium in modum explicandis, uti patet ex loco Cyrilli <sup>87)</sup>: Letronne <sup>88)</sup> in verbis: *διὰ τῶν πρώτων στοιχείων κυριολογική*, quamvis iam Tychsen <sup>89)</sup> docuerit, *πρώτα στοιχεία* esse prima rudimenta primasque et simplicissimas rerum figuras et imagines, et Koppins <sup>90)</sup> quid vocabulum *κυριολογικός* proprio significet, bene indicaverit <sup>91)</sup>. Itaque lubenter schema, quod adhibitis Herodoti, Diodori et Inscriptionis Rosettanae verbis proposuit Letronne:



commutamus cum illo, quod dedit Dulaurier:

Hieroglyphica scribendi methodus duplici signorum genere usus est	}	1. cyriologicorum, quae res simplici figuræ imitatione reddunt. — <i>κυριολογικὰ μύθοδες διὰ τῶν πᾶσι τῶν στοιχείων. Hieroglyphes figuratifs propres</i> secundum Champollion.	}	<i>α.</i> ca, quae res compendiarie nota, quae prima tantummodo figuræ rudimenta exhibet, reddunt: <i>κυριολογούμενον ἰδίως; cyriologumenaenae notae</i> secundum Zoëgam; <i>Hieroglyphes figuratifs abrégés et conventionnels</i> secundum Champollion.
		2. symbolicorum, quae distinguantur in		<i>β.</i> tropica. <i>γ.</i> aenigmatica.

opinionemque tuetur ex phoneticorum hieroglyphorum in loco Clementis omissione nullum argumentum contra systema a Champollione repertum repeti posse.

Surgere tamen aliquis potest, qui quaerat, quomodo factum sit, ut Clemens, qui in ipsa Aegypto viveret atque aetate, qua hieroglyphorum notitia, uti in fine huius sectionis demonstrabimus, nondum interierat, aegyptiæ literaturæ naturam perspectam non haberet? Atqui illius saeculi homines, quorum fames erat propulsata, ubi veteris Graecorum doctrinae parca quaedam frustula gustaverant, ex Alexandrini musei opere quodam institutionem haurire maluerunt, quam ex ipsa vitae consuetudine sibi poterant comparare. Praeterea si illo argumento aliquis vellet evincere, Clementis verba unice veram hieroglyphicæ scripturae doctrinam praebere, quo tandem modo esset explicandum, Plotinum<sup>93)</sup> nullam de hieroglyphicæ literaturæ natura et Aegyptiorum scribendi genere in universum habuisse notitiam, quum tamen paulo etiam ante Clementem viveret, Lycopoli, Aegypti urbe, natus esset et undecim per annos eruditissimi illius aevi hominis Ammonii, qui κατ' ἐξοχήν a Graecis ὁ μέγας φιλόσοφος appellabatur<sup>94)</sup>, discipulus fuisset. Causis, quas proferent viri dicti, ut haec Plotini ignorantiam explicant, in nostrae opinionis gratiam uti haud cunctabimur.

Scripturae genus, communis vitae negotiis aptum et hieroglyphica arte longe facilius ac simplicius, etiam si veteres scriptores nihil de eo tradidissent nullumque in monumentis, quae aetatem tulere, vestigium appareret, apud Aegyptios olim in usu fuisse pro certo affirmari potuisset. In hypogeis prope Ilithyiam urbem antris, quae Gallo Costaz scribendae dissertationis (optimae procul dubio omnium, quae magno illo opere: *Description de l'Égypte* inscripto continentur<sup>95)</sup>), occasionem dedere, in pariete tabula ad agriculturæ illustrationem pertinens reperta est, qua delineatum est, quomodo frumentum invehatur, in area calcetur, grana evannantur et ventilentur, in saccis reponantur locisque huic fini idoneis condantur, praetereaque viri quidam cernuntur numerandis saccis occupati, quorum unus eorum numerum et quid in unoquoque contineatur enotat. Quod hieroglyphicis signis factum esse minimo est vero simile ideoque tabulam illam, de qua diximus, accurate contemplatus Costaz, cui enchorium scribendi genus erat adhuc prorsus ignotum, hocce iudicium tulit: *Cette peinture prouve que les Égyptiens faisaient usage de l'écriture dans les détails de l'économie politique, et fortifie les motifs que l'on a de penser qu'indépendamment de l'écriture hiéroglyphique, qui était réservée pour les choses sacrées, ce peuple avait une écriture cursée dont il se servait pour exprimer ce qui était relatif aux affaires de la vie civile*<sup>96)</sup>.

Quod enchorium scribendi genus secundum Platonem <sup>97)</sup> et Diodorum <sup>98)</sup> apud omnes Aegyptios in usu fuit. Secundum verba Herodoti supra laudata a dextro latere ad sinistrum scribebatur, et Plutarcho auctore <sup>99)</sup> viginti quinque literis constabat. Quod in papyris demoticis maior literarum numerus deprehenditur, tum inde explicandum, quod ibi non *uiciali* scribendi genere, sed *cursivo* quod vocare solent scribae usi sunt, tum quod siglarum haud exigua admista est copia. Vana itaque est coniectura a Gallo Barthélemy <sup>300)</sup> proposita, literarum formam variam fuisse secundum vocalem, cuius ope pronuntiata erat. Iam Tychsen <sup>1)</sup> monuit, in charta papyracea graeca Borgiana <sup>2)</sup>, quae pariter in Aegypto olim scripta est, graecarum etiam literarum formas fere tot apparere, quot singulas literas, ita ut  $\alpha$ ,  $\delta$ ,  $\epsilon$ ,  $\sigma$ ,  $\nu$  decem et quindecim etiam diversis formis scriptae deprehendantur. Sed non privato tantummodo usui enchorium scribendi genus erat destinatum, imo etiam publicae inscriptiones deprehenduntur eiusmodi literis exaratae, v. c. inscriptio Rosettana <sup>3)</sup>, quam prope Pselchin veterem hodie *Wady-Dakkeh* appellatam in Nubia inferiore reperit Burkhardt <sup>4)</sup>. Procul dubio enchoria scriptura in ipsa Aegypto originem cepit neque ex semiticis alphabetis, imprimis phoenicio derivata est, quam opinionem tuitus est etiam Gesenius <sup>5)</sup>, quum Caylo, Büttnero, Tychsenio aliisque auctoribus *phoenicio-aegyptiaci* alphabeti mentionem iniiceret. Iniuriaque versibus Lucani <sup>6)</sup>:

*Phoenices primi, famae si creditur, aui  
Mansuram rudibus vocem signare figuris.  
Nondum fluminae Memphis contexere byblos  
Noverat: et saxi tantum volucresque feraeque  
Sculptaque servabant magicas ?) animalia linguas —*

usi sunt nonnulli, ut demonstrarent Aegyptios literas suas a Phoeniciis accepisse. Ineptam opinionem a Wilkins <sup>8)</sup>, Blumberg <sup>9)</sup>, Tromler <sup>10)</sup> propositam, hieraticam scripturam esse copticam, demoticam graecam in Aegyptum translata, aut Kircheri <sup>11)</sup> et Didymi Taurinensis <sup>12)</sup> coniecturam, epistolographicum scribendi genus esse copticum, hodie sedulo refutare ipsis etiam illis opinionibus foret ineptius: sola sufficit talium nugarum commemoratio. Quo usque nostra aetas in demoticae literaturae interpretatione processerit, altera huius operis sectione uberius dicitur.

Scripturam hieroglyphicam compendiarium veteres Aegyptios habuisse, patet ex Petronii loco <sup>13)</sup>, eaque in historicis operibus, qualia adhuc Manetho ante oculos habuit <sup>14)</sup>, conscribendis utebantur. In notissimis etiam Apuleii verbis <sup>15)</sup>: *Iniecta dextera, senex comisissimus ducit me protinus ad ipsas fores aedis amplissimae: ritumque solemnem apertionis celebrato ministerio, ac matutino peracto sacrificio, de opertis adyti profert quosdam libros literis ignorabilibus praenotatos: partim figuras cuiuscemodi animalium, concepti sermonis compendiosa verba suggerentes; partim nodosis et in modum rotae tortuosius, capreolatimque condensis apicibus, a curiosa profanorum lectione munita —* aperte libri hieratice scripti significantur, in quibus singula hieroglyphica signa hieraticis intermixta erant, quod saepius factum esse intelligimus ex pluribus papyris hieratice exaratis <sup>16)</sup>. Seniore aevo quando hieraticarum literarum mentio fit, veluti apud Heliodorum <sup>17)</sup>, Rufinum <sup>18)</sup>, Socratem <sup>19)</sup>, Sozomenum <sup>20)</sup>, Theophanem <sup>21)</sup> aliosque <sup>22)</sup>, hieroglyphica signa videntur esse intelligenda.

Quod ad hieroglyphicum attinet scribendi genus, ad quod nunc procedit disputationis series, in sequentibus huius operis sectionibus veterum recentiorumque doctorum virorum opiniones componemus et quosque nostra aetate in eius interpretatione progredi licuerit, indicabimus. Itaque nihil hic nisi paucas quasdam observationes adicimus, quae ad exteriorem, ut ita dicam, habitum spectant. Ac primo quidem loco dicendum videtur de numero hieroglyphorum, quorum qui mille reperiri dixerit, haud procul a veritate aberravit. Bruce<sup>23)</sup> olim DXIV, Zoëga<sup>24)</sup> in solia qui Romae exstant obeliscis DLXXII numeravit, dum integrum eorum, quae ipsi innotuere signorum numerum nongentorum quinquaginta octo esse ait<sup>25)</sup>. Secundum Champollionem<sup>26)</sup> reperiuntur DCCCLXIV signa vere diversa. Seyffarth, quum calligraphicum adhuc systema, de quo in quinta huius operis sectione dicitur, defenderet, minimum signorum numerum esse sex mille dicebat<sup>27)</sup>, ac computando invenit excedere posse numerum sexcentorum septuaginta quinque millium<sup>28)</sup>. Hodie vero, postquam in locum calligraphici hieroglyphicae artis principii apotelesmaticum substituit, nec in posterum ipsis systema pugnare videretur cum aliorum inventis nunc extra omnem dubitationem positis, commemorat tantummodo<sup>29)</sup> *hieroglyphicas illas figuras 1000 et quod excurrit*. Postrema verba satis astate adiecit, ne suas ipse opiniones invertere videretur<sup>30)</sup>.

Monendum deinde de ordine, quo hieroglyphica signa sese excipiunt. Tartaricae gentes, Sinenses, Japoni et Coreani *κιοηδόν* scribunt, superne deorsum literas dirigentes: Hebraei, Samaritani, Syri, Chaldaei, Arabes aliaeque semiticae gentes a dextra ad sinistram: Indi, Armenii, Georgii, Aethiopes omnesque occidentales populi a laeva ad dextram. Aegyptii tribus hisce modis, nunc a sinistra ad dextram, nunc a dextra ad sinistram, nunc superne deorsum, imo etiam inferne sursum scribebant. Hinc non difficile explicatu, quomodo factum sit, ut nonnulli signorum complexus, non considerato singulorum signorum ordine, certa ratione ubivis adornati deprehendantur eandemque constanter significationem retineant adeo, ut eodem modo legendi sint quando reliqua textus signa dextrorsum quam ubi sinistorsum spectent. Quam observationem satis uti videtur facilem primus fecit Gallus Thilorier<sup>31)</sup> eaque ingeniose usus est ad definiendam quorundam complexuum pronuntiationem, quorum violenta interpretatio plures viros doctos prohibuit, quominus Champollionis hieroglyphica legendi methodum probarent. Quo pertinet signorum complexus quo patris (πατ) aegyptiaca) notio exprimebatur et quem Champollion τωγ legebat, quod vocabulum Aegyptiis ignotum a radice ταγε sive τασγε *producere* derivandum esse statuit; porro signa, quibus regis notio indicabatur et quae idem Champollion εογτην sive εογτηα pronuntianda esse censuit a radice ετη derivanda, quae *dirigere* *εξετεινεν* significat, sed non *dirigere βασιλειων*. Infra in tertia huius operis sectione uberius disputabimus de inversionis principio pluribus signorum complexibus applicando ita, ut tunc demum prodeant voces vere aegyptiaca. Interea id solummodo monemus, ingeniosae huius ac feracis doctissimi Galli observationis ope plures res sane obscurissimas satis luculenter explicari posse. Ita omnium consensu comprobatum est, Aegyptiorum deam Νηθ, ηνο (no, Champollion, *Grammaire Égyptienne* I, p. 123), in attributis cum Graecorum Dea Ἀθηνῶν congruere<sup>32)</sup>, ita ut eius cultum priscis temporibus ex Aegypto in Graeciam transiisse ipsunque nomen ex Aegyptiaco deflexum esse viri docti putaverint. Quam opinionem

veram esse ex inversionis, de quo diximus, principio quisque statim sibi persuadebit. Primus etiam, quantum scimus, Thilorier monuit <sup>31)</sup>, simile principium in multis linguae copticae primitivis vocabulis comparere. Etenim non solum eius modi vocabulorum numerus, quae a dextra ad sinistram et a sinistra ad dextram sine pronuntiationis discrimine legi possunt, satis magnus est, quomodo ex. gr. τὸτ, ἄκχ *manus*; ἄκχ *caput*; ἡἡἡ *vulnus*; ἡἡἡ *collum*; ἡἡἡ *quies*; ἡἡἡ *antrum*; τἡἡτ *miscere*; κῡκ *reverti*; ἡἡἡ *contemnere*; ἡἡἡ *ulcisci*; ἡἡἡ *apportare*; ἡἡἡ *differre* (in aliud tempus); ἡἡἡ *facere* <sup>32)</sup>; ὅἡἡἡ *hora*; ἡἡἡ *sistere*; ἡἡἡ *decorificare*; ἡἡἡ *bos*; ἡἡἡ *lavare*; ἡἡἡ (memphit.), ἡἡἡ (sahidice) *et*; ἡἡἡ *uvipidiatus fricare*; ἡἡἡ, ἡἡἡ *abscindere*; ἡἡἡ *coquere*; etc. — sed singulae etiam literae, imprimis ḫ, nullam certam in vocabulis sedem habent, v. c. ḫḫḫ, *gene aeternitas*; ḫḫḫ, ḫḫḫ *greges*; ḫḫḫ, ḫḫḫ *voluntas*; ḫḫḫ, ḫḫḫ *tranquillum esse*; ḫḫḫ (sahidice), ḫḫḫ (memphitica) *expectare*; ḫḫḫ (sahid.), ḫḫḫ (memphit.) *labi*; ḫḫḫ (sahid.), ḫḫḫ (memphitica) *luna*; ḫḫḫḫ, ḫḫḫḫ (unde Herodoteum, de quo supra egimus, *χάμψα* *crocodilus*; ḫḫḫ (ḫḫḫḫ, *Τυφών* <sup>33)</sup>), ḫḫḫ (ḫḫḫḫ) *serpens*; — aliaque vocabula inversione aut mutato phoneticorum signorum ordine significationem vel ampliore vel etiam contrariam accipiunt, quo ex. gr. pertinet <sup>34)</sup>:

ḫḫḫ *moveere.*

ḫḫḫ *multum.*

ḫḫ, ḫḫ *sol.*

ḫḫḫḫ *grex, insipiens.*

ḫḫḫḫ *mons.*

ḫḫḫ *pes.*

ḫḫḫ *initium.*

ḫḫḫḫḫḫ *in animo secum portare, volutare.*

ḫḫḫ *mille; arena in maris litore.*

ḫḫ, ḫḫ *Horns.*

ḫḫḫḫḫḫ *iudicii acumine clarus.*

ḫḫḫḫḫ *excelsus, sensu morali.*

ḫḫḫ *caput.*

ḫḫḫ *finis.*

Mutata literarum adornatio cernitur etiam, monente eodem Thilorier <sup>35)</sup>, in flexione (ex. gr. ḫḫḫḫ, plur. ḫḫḫḫḫḫ: ḫḫḫḫ *via*, ḫḫḫḫḫḫ), in verborum compositione (ex. c. ḫḫḫ *cor*, ḫḫḫḫ *suum cor*) et in dialectorum discrimine, uti exempla supra allata demonstrant. Quae facile inde explicari possunt, quod veteres Aegyptii hieroglyphicorum signorum complexus intueri potius quam pronuntiare consueti, varia eos ratione pro vario literarum ordine pronuntiabant, unde temporis progressu factum, ut tales verborum ut ita dicam *variationes* in ipsam populi linguam transirent. Neque haec sola res est, qua vis conspiciatur, quam hieroglyphica ars in veterem Aegyptiorum linguam et posterioris aevi scribendi rationem exercuit. In ipso coptico alphabeto vestigia hieroglyphorum conspiciuntur. Quum enim graecae literae non sufficerent ad exprimendos omnes linguae Aegyptiacae sonos, qua de re iam olim conquestus est Aristides <sup>36)</sup>, signa, quibus sonos Graecis ignotos exprimerent, ex demotica scriptura depromserunt, quae quum ex ipsa hieroglyphica esset derivata, factum est, ut additae sex literae (ḫ enim literarum esset nexus, ex ḫ et ḫ, superscripto compositus) hieroglyphicorum quorundam signorum eundem sonum indicantiam similitudinem servaverint, quod de ḫ litera iam Jomard monuerat <sup>37)</sup>, de reliquis demonstrarunt Champollion et Thilorier. (Vide nostram tab. I.) Vim, quam in ipsam linguam exercuerit hieroglyphicum scribendi genus, exemplis comprobavit Champollion <sup>38)</sup>, quum moneret per tantam saeculorum serie <sup>39)</sup>, qua populus a fera ruditate ad humanitatis fastigium

<sup>31)</sup> Cum ḫḫ, ḫḫ compara radicem sanscriticam *krī* et latinum *creare*.

honestarumque artium omnis generis culturam processerat, remansisse tot animalium nomina in ipsa linguae infantia secundum sonos animalium naturales ficta, ex. gr. ἰα *asinus*; λέων *leo*; βοε *bos*; κροτὴρ *rana*; γάλαξ *felis*; γῆρας *sus*; πετενικὸν *upupa* (apud nos *Wiedehopf*, quod pariter ex vocis imitamento fluxit); εἰς sive εὐρεῖ *serpens*, alia; — tantam onomatopœiticorum copiam v. c.

κεκεκε, rad. *cen*, *sonare*

(animadvertas utrumque vocabulum aegyptium et latinum esse cognata: redeunt enim ad sanscriticam radicem *swan sonare*. Cfr. Pott, *Etymolog. Forsch.*, I, p. 255).

σπυ σputum.

σοφοει σpuere.

στοστοεισ *mandere*.

σιλα *illidere*.

σιλαρα *sistrum*.

κραρα *strepitus*.

δραρα *dentibus frendere*.

τατα *stillare*.

(τα, *stil*—).

τητητη *tintinnabulum*.

τατα *devorare*.

ρορα *terere, runcinare*.

λολα *concutere*.

σεσε *stertere*.

νεγ, νεγε *flare*.

— magnum praeterea vocabulorum numerum, quorum inter sonos notionenque exprimentam aliqua intercedat similitudo, ex. gr.:

κορκορ *temporis momentum cito praeteriens*.

ρερε *confestim*.

ογα *vox*.

γογογο *laudare, blandire*.

βρα *fulgur*.

Nostrum *Blitz* comparandum est, quod sicut aegyptiacum vocabulum cohaeret cum radice sanscritica *bhriddsh*; splendero. Cfr. Pott, *l. l.*, p. 236.

σπσπ *diruere*.

λαλα, λολα *se oblectare*.

Conferatur verbum germanicum in vulgi ore usitatum *luleien* i. e. *nilhil seri facere*.

Praeterea Champollion, ut nexus inter linguam et hieroglyphicam scripturam melius etiam pateret, monuit saepenumero in vocabulis, quibus simplices et a rei materia seiunctae notiones significantur, vestigia deprehendi symbolice et metaphoricè exprimentendi generis. Quo ex. gr. pertinent vocabula <sup>40)</sup>:

ρετινα *pusillanimus, timidus*.

εαρεν *lenti cordis (animi), patiens*.

εαρεν *excelsi cordis, inflati animi homo*.

εαρεν *infirmi cordis, timidus*.

ρετα *duri cordis, inexorabilis*.

ρετα *duplicis cordis, incertus*.

ταρα *praeclusi cordis, pertinax*.

ογα *cor comedens, poenitens*.

Cfr. Homeri *Iliad.* ζ. 201: ὄν θυμὸν καρδίαν. Cicero, *Tuscul. Quaest.* III, 26.

αον *sine corde, amens*.

ερε *cor veniens, meditari*.

φαστηντ *cor miscere, persuadere.*  
 παρηκτ *cor ponere, confidere.*  
 φρητ *cor dare, observare, perquirere.*  
 παρηκτ *cor invenire, scire, intelligere.*  
 μερηκτ *cor implere, satisfacere.*  
 ερητ *manum dare, auxiliare.*  
 ρησ ηρο *componere os, silere.*  
 ρησολαετ *componere viscera, misericordem esse.*  
 ηρησολαετ *sustinere viscera, misereri.*

Adeo totus Aegyptiorum populus aenigmata, uti in omni vitae consuetudine, ita in sermone etiam amavit et sedulo studio quaesivit, ut in vocabulis, quae simplicissimas exprimebant notiones, saepenumero ingeniosissimae atque efficacissimae metaphorae deprehendantur, ex. gr.:

αρηρητ *qui muscas quaerit, acarus.*  
 ηρηλα *acuti oculi, impudens.*  
 ελαρητ <sup>41)</sup> *cor in oculo habens, ingenuus, (offenherzig).*  
 ρηλα *linguam iactare, calumniari.*  
 λαερητ *entrem in lingua habens,*  
 λαλαετ *cui viscera in lingua sedent, } gulosus.*  
 εληρητ } *nasum suspendere.*  
 λερητ }  
 ροληε <sup>42)</sup> *facies caeli, annus.*  
 ερησοληε } *vox caeli, tonitru.*  
 ρησοληε }  
 ηρησοληε *duri colli, (hartnäckig), pertinax.*

Post hanc depressionem redeamus, unde profecti sumus, ad ea quae hieroglyphorum spectant adornationem. Qua de re haec ait Zöëga <sup>43)</sup>: Ordo in lectione observandus is esse videtur, ut initio facto a columnae vertice, in iis quae dextrorsum spectant primus locus tribuatur ei notae, quae nobis prima est a sinistris, in iis vero, quae sinistrorsum convertuntur ei, quae proxima est a dextris. Nam praeter quod hac ratione antecedens figura sequenti dorsum obvertere et eam post se relinquere agnoscitur, etiam in repetitis inscriptionibus, dum propter loci angustiam nota aliqua ex superiori spatio ad inferius sit removenda, hoc in ea fieri videmus, quae ex illa nostra ultima erat superioris spatii; — et alio in loco <sup>44)</sup>: Hieroglypha modo exarantur a dextris ad sinistra, modo a sinistris ad dextra, modo et columnatim pinguntur, ut Sinensium characteres. Rarissime occurrit scribendi modus inferne sursum, qualis deprehenditur in Mexicanorum libris <sup>45)</sup>: frequentior, praesertim ubi magnis picturis hieroglypha addita sunt, ratio est signa superne deorsum adornandi, qualem nonnulli viri docti, inter quos prae reliquis nominandi sunt Adler <sup>46)</sup> et Michaëlis <sup>47)</sup>, haud apud Tartaricas solum gentes, sed apud Syros quoque reperisse sibi videbantur <sup>47b)</sup>: longe omnium vero frequentissima scribendi methodus fuit a dextris ad sinistra, unde factum, ut plurimae papyraceae chartae a sinistris ad dextra sint convolutae, quia literarum ordo contrariam sequebatur directionem <sup>48)</sup>. Eodem autem iure hieroglypha a dextris ad sinistra et a sinistris ad dextra scribi potuisse inde patuit, quod in

multorum templorum plinthis ab utroque disci alati <sup>40)</sup> latere eadem inscriptio hieroglyphica repetita deprehenditur, sed contraria directione ita, ut animalia in utraque parte faciem ad discum convertant. Quod iam observaverat sagacissimus Jomard <sup>50)</sup>, quamvis ne minimam quidem phoneticam hieroglyphicae artis principii suspicionem haberet. Hinc patet, quantum a veritate aberraverint Prokesch <sup>51)</sup>, quum scuta regum nomina titulosque continentia omnia eadem directione, a dextris scilicet ad sinistra, legenda esse contenderet, et Spohnius <sup>52)</sup>, quum disquisitionum suarum initio omnia hieroglyphica a dextris ad sinistra esse interpretanda censeret. At, postquam paulo ulterius in explicatione hieroglyphicae scripturae processit, sententiam Zoëgae, quae hodie omnibus probata est, verissimam esse intellexit <sup>53)</sup>. Occurrunt etiam inscriptiones *βουστροφῶν* exaratae <sup>54)</sup>: quamvis certa lex, qua huius scribendi generis natura constituitur, ut lineae alternatim directionem mutant et altera incipiat ab eodem latere, ubi antegressae finis reperitur, minime observata sit, sed linearum aliae a sinistris ad dextra, aliae pro libero scribae arbitrio contraria directione scriptae deprehendantur. Fortasse tali scribendi ratione singulae disputationis segmenta indicabantur.

Restat ut cum Champollione <sup>55)</sup> hieroglyphica secundum varios perfectionis gradus curaque, quam iis exarandis impensam videmus, in plures classes distribuamus. Itaque distinguenda sunt

I. Hieroglyphica pura (*Hieroglyphes pures*), ubi omnes res summa accuratone et, quantum fieri poterat, secundum naturam delineatae ac pictae sunt. Figurae vel supra planum paululum eminent (*en bas-relief*); vel, ut diutius essent duratura, more Aegyptiis sculptoribus peculiari <sup>56)</sup> parietibus incisae sunt (*reliefs en creux*), quod tunc praesertim factum videmus, ubi in lapidem erant exaranda; vel denique ferramenti tenuissimo acumine instructi ope sola lineamenta lapidi sive metallo incidebantur, ut figurae exstinctis etiam coloribus possent agnosci. Vide tab. II, fig. 1.

II. Hieroglyphica ichnographica (*Hieroglyphes profilés*), verae sciagraphiae rerum, quae in puris hieroglyphis summa cura erant delineatae. Duplex eorum species discerni potest: altera, quando interiores lineamentis circumscriptae partes tenui atramento vel vitro metallico varie colorato ornabantur peculiaremque splendorem nanciscabantur (fig. 2), altera ubi easdem partes uno tantummodo colore obducebantur (fig. 3). Hisce ichnographicis quae appellavimus hieroglyphis maxima inscriptionum pars exarata est, quae in stelis, statuis, scarabaeis, feralibus urnis, amuletis aliisque eius modi rebus deprehendantur.

III. Hieroglyphica linearia (*Hieroglyphes linéaires*), qualia in omnibus fere chartis papyraceis et in mumiis cistis reperiuntur. Res paucis tantummodo lineis, ita tamen, ut probe agnosci possent eorum species, delineabantur. Hoc hieroglyphorum genus proxime ad scripturam accedit, longissime a vera pingendi arte distat (fig. 4). Saepenumero a viris doctis cum hieraticis signis, quae ab his longe differunt, (fig. 5) confusa sunt.

Ubi hieroglyphica summum perfectionis fastigium attingunt, quo Aegyptii artifices adscenderant, nulli alius gentis aetatisve artificis eiusdem generis cedunt. Adscribimus infra in adnotatione <sup>57)</sup> quae Prokesch de hieroglyphorum in obeliscis prope vicum Luxor, quorum alter nuper Parisiis est adductus, exaratorum summo nitore manuit. In fragili



arenario saxo, quod facili opera corrodebatur, hieroglypha non ita exarabantur, ut in superficie eminent, sed incidebantur: haud tamen altius, quam necesse erat, ut excavati canales colores recipere possent. Qui colores mirandum in modum temporis edacitati resistebant atque ipso fere lapide superstites remanserunt, uti eleganter dixit Prokesch in descriptione ruinarum Ilithyiae urbis <sup>58</sup>). Quodsi contra lapis nimis erat asper et durus, parietes primum praeparata calce inducebantur, quo facto colores quidem proprio suo nitore conservabantur <sup>59</sup>), lineamenta vero solitam subtilitatem ac venustatem amittebant. Tali methodo usi sunt artifices, qui parietem portici in templo meridionali prope vicum *Medinet-Abu* hieroglyphis, quae sex digitorum altitudinem habent, contexerunt <sup>60</sup>). Ut hieroglypha laterculis imprimerent Aegyptii, ligneis formulis usi sunt <sup>61</sup>), quemadmodum Babylonii ubi suas cuneiformes literas coctis lateribus imprimere volebant <sup>62</sup>). In corio candentibus typis metallicis expressa sunt <sup>63</sup>).

Omnia hieroglypha, praeter linearia, coloribus obducta erant <sup>64</sup>). Variorum colorum <sup>65</sup>) applicatio minime arbitraria erat <sup>66</sup>), sed certis quibusdam et immutabilibus legibus subiecta, quamvis delineandae rei naturae haud ubivis accommodata <sup>67</sup>). Quando exstruendi aedificii pars quaedam erat absoluta, hieroglyphis tegebatur, neque ulla habebatur reliquarum partium ratio <sup>68</sup>).

Iam hoc unum nobis reliquum esse videtur, ut in fine huius sectionis ad quaestionem respondeamus, ad quam usque aetatem hieroglyphorum cognitio vignerit et quae potissimum causae exstiterint, ob quas causas adco interierit, ut nulla fere eius vestigia deprehendi possent. Dum Rosettana inscriptio et scuta regia in monumentis Aegyptiacis certissima praebent argumenta, hieroglyphorum in publicis rebus usum sub Lagidis Aegypti regibus minime desiisse, verba quaedam Diodori Siculi <sup>69</sup>) suspicandi ansam dedere, huius scriptoris aevo hieroglyphorum doctrinam haud eadem certe ratione divulgatam fuisse, quam superioribus saeculis, quippe quia, rebus aliter se habentibus, dubitationes de regia nomine in Mycerini pyramide exortas <sup>70</sup>) tollere facile fuisset. Atqui partim scuta regia (*cartelli reali*, *cartouches royaux*, de quibus in sectione III. dicitur), quorum series ad Getam usque et Caracallam descendit <sup>70b</sup>); partim Taciti narratio <sup>71</sup>), sacerdotes Aegyptios Germanico hieroglyphicas templorum inscriptiones explicuisse; partim chartae papyraeae hieroglyphico-hieraticae et hieroglyphico-demoticae prioris aevi <sup>72</sup>); denique Hermapionis interpretatio inscriptionis in obelisco Ramesseo <sup>73</sup>), hieroglyphorum significationis cognitionem Romanorum aevo minime in Aegypto interiisse demonstrant. Quamvis Pauw <sup>74</sup>), Vil-loisson <sup>75</sup>) alique Hermapionem praestigiatorem fuisse censerent, Zoëga <sup>76</sup>) tamen, quocum consensus Quatremère <sup>77</sup>), bene monuit, loquendi formulas in Hermapionis interpretatione vere aegyptiacam originem retolere; hodieque, tot hieroglyphicis inscriptionibus lectis et explicatis, vix ab ullo homine in dubitationem vocari potest, quin Hermapion ille, cuius nomine opus nostrum inscripsimus, veram interpretationem proposuerit. Neque argumentum, quod contrariae sententiae faveret, inde potest repeti, quod hucusque non contigerit obeliscum ipsum Romae reperiundi. Etsi enim Pigafetta <sup>78</sup>), Marsham <sup>79</sup>), Gibert <sup>80</sup>) eum agnovisse sibi videbantur in Lateranensi obelisco, quem olim Constantinus imperator in magno circo Romano erigi iussit; alii, inter quos nominamus Bargaeum <sup>81</sup>), Mercatum <sup>82</sup>), Kircherum <sup>83</sup>), Blanchinum <sup>84</sup>), Zoëgam <sup>85</sup>) in eo, qui hodie in foro piazza

*del populo* vocato erectus est et quem olim Augustus ex Aegypto Romam transtulit; Bailey <sup>86</sup>) in Flaminio qui vocari solet: argumenta tamen ab hisce viris prolata minime sufficiunt, ita ut vix dubitare liceat, quin Ramesseus obeliscus vel prorsus interierit vel hodiernum terra sit sepultus. Quodsi perpenditur praeterea serior etiam aevo sparsa quaedam vestigia deprehendi, ex quibus elucet, singulos quosdam viros verae hieroglyphorum significationis aliquam certe habuisse notitiam, quamvis certum sit Arabem Ahmad bin Abubekr bin Wahschil <sup>87</sup>) in horum virorum numero non esse recensendum, uti alii voluerunt (vide infra section. IV.), non sine iure sententiam proponere nobis videmur, ea demum aetate ultimam interiisse traditionem, qua sors cecidit Aegypto in Hermetico opere apud Apuleium <sup>88</sup>) olim praedicto: *Futurum tempus est, cum appareat Aegyptios incasuum pia mente dicinitatem et sedula religione servasse, et omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. E terris enim ad caelum est recursura divinitas, linqueturque Aegyptus, terraque quae fuit sedes religionum, viduata numinum praesentia destituetur. Alienigenis enim regionem istam terramque complentibus non solum neglectus religionum, sed quod est durius, quasi de legibus a religione, pietate, cultuque divino statuetur praescripta poena, prohibitio. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque temporum, sepulcrorum erit mortuorumque peritissima. O Aegypte, Aegypte, religionum tuarum solae supererunt fabulae, et aequae incredibiles posteris tuis, solaque supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus, et inhabitat Aegyptum Scythes, aut Indus, aut aliquis talis, id est vicina barbaria. Divinitas enim repetet caelum, deserti homines toti morientur, atque ita Aegyptus Deo et homine viduata deseretur. Te vero appello, sanctissimum flumen, tibi que praedico: torrenti sanguine plenus ad ripas usque erumpes, undaeque divinae non solum polluentur sanguine, sed totae rumpentur, et vicis multo maior erit numerus sepulcrorum; superstes vero qui erit, lingua sola cognoscetur Aegyptius, actibus vero videbitur alienus.*

Sed non solum interitus populi Aegyptiaci ab aliis gentibus pedetentim se excipientibus oppressi causa fuit, cur omnis de hieroglyphicae artis natura notitia paulatim evanesceret: mystica etiam illa Neoplatonicorum et Gnosticorum interpretandi ratio et magica somnia, quae hieroglyphis tanquam fundamento superstruebantur verae significationis praecocem oblivionem provocarunt. Iam Rufinus <sup>89</sup>) funestam hancce superstitionem acerbè notavit: *Caenopi quis enumeret superstitiosus flagitia, ubi praetextu sacerdotalium literarum, ita enim appellant antiquas Aegyptiorum literas, magicae artis paene erat publica schola.*

Hac igitur factum est ratione, ut sensim sensimque medio aevo Aegypti historia spissis tenebris obvelaretur et ultima doctrinarum relationumque vestigia evanescerent, quas Aegyptiacorum sacerdotum sapientia deposuerat in hieroglyphicis inscriptionibus, quibus templorum aedificiorumque omnis generis rudera hodiernum contexta deprehenduntur. Capta demum a Turcis Constantinopoli, quum Graecae artis ac sapientiae fragmenta ad occidentales Europae plagas transferebantur et nova studiorum praebabant incitamenta, aenigmatica veteris Aegypti scripturae, quae per annorum millia in Romanis obeliscis conservata saepe virorum doctorum cognoscendi cupiditatem moverat, interpretationem conari coeptum est. Huius non est loci singula eruditorum conamina recensendi, praesertim quum nihil fere frugis ex somniis ideographicis Kircheri eiusque adseclarum hauriri possit. Ubi hodie Caesaris

Domitiani nomen phoneticis signis scriptum legitur, Kircherus <sup>90)</sup> hanc inscriptionemprehendisse sibi visus est: Generationis vis benefica, domino superno infernoque potens, affluxum sacri humoris, ex supernis demissum, augmentat Saturnus, fugacis temporis dispositor, et beneficum numen agrorum fecunditatem promovet, in humanam naturam potens; — ac nostra etiam aetate Bellermann <sup>91)</sup> eiusmodi interpretationes proposuit cautumque vituperavit Zoëgam, qui in talibus viarum lubricis incedere volebat. A Gallorum demum in Aegyptum expeditione <sup>92)</sup> nova archaeologiae Aegyptiacae aera inchoanda est, et lapide Rosettano duce, de quo in sequenti huius operis sectione dicitur, meliorem interpretandi viam viri docti ingressi firmumque criticarum disquisitionum fundamentum nacti sunt. In magifico opere, quod in Gallia imperatoris Napoleonis auspiciis inchoatum, Ludovico XVIII. favente deinde absolutum est <sup>93)</sup>, inque descriptione itineris per inferiorem superioremque Aegyptum a Gallo Denon facti <sup>94)</sup>, primum Aegyptiacae artis monumenta maiori cura ac fide <sup>95)</sup> delineata erant: et quum Mahomedi Ali victoribus Nubia, Dongala, Sennaar et Kordofan, quarum terrarum aditus eo usque Europaeis non patuerat, aperirentur, repetita vice a doctis Gallis et Italis, Anglis et Germanis peragratae sunt, quibus melior tum ipsarum terrarum tum veterum monumentorum notitia debetur. Qua laude praeter reliquis clari sunt Legh, Burkhardt, Light, Belzoni, Bankes, Cailliaud, Gau, Edmonstone <sup>96)</sup>, Rüppell, v. Minutoli, v. Prokesch <sup>97)</sup>, quorum opera maximam partem iam supra laudavimus (Introduc. not. 1, p. 8). Accedit, quod tum plura publicata sunt opera, quae amplam hieroglyphicam materiem tabularumque Aegyptiacae artis monumenta exhibentium multitudinem continent, quemadmodum a Young <sup>98)</sup>, Burton <sup>99)</sup>, Hamilton <sup>400)</sup>, Champollion <sup>1)</sup> et Rosellini <sup>2)</sup>, tum in Europaeis museis, praesertim Londini, Parisiis, Lugduni Batavorum, Augustae Taurinorum, Berolini, Vindobonae, Neapoli, Romae, tanta omnis generis monumentorum copia adservatur, ut certa spes sit Aegyptiacam archaeologiam nova in dies incrementa esse capturam.

## ADNOTATIONES.

menti graecae inscriptionis spectabant, quemadmodum Ameilhon <sup>7</sup>), d'Anse de Vil-loison <sup>8</sup>), Cousinéry <sup>9</sup>), Drumann <sup>10</sup>); tum alii, qui totam inscriptionis rationem et potissimum hieroglyphicae partis adornationem dilucidare conabantur <sup>11</sup>). Quorum nonnullos infra progrediente oratione plus semel nominandi occasionem habebimus.

Præcipua causa, cur Rosettana inscriptio haud eius modi confestim fructum tulit, qualem viri docti prodire sperabant, in manca hieroglyphici textus, cuius extremâ tantummodo pars illaesa remansit, conditione quaerenda est. Expectare licet et alios lapides triplici inscriptione similiter instructos aliquando effossum iri: iure enim Raoul-Rochette <sup>12</sup>) monuit, monumenta eiusmodi, qualia lapidem Rosettanam stelenque <sup>13</sup>) in museo regio Taurinensi adservatam, de qua proxime dicitur, sub Lagidarum Romanorumque dominatione haud rara fuisse neque ulla ratione fieri potuisse, ut inter tot illius aetatis priscorum temporum reliquias, ambobus tantummodo lapidibus exceptis, omnia interierint; causamque, cur ad hunc usque diem nondum plura fuerint reperta, in eo esse quaerendam, quod ii, qui prisci aevi monumenta in terrae visceribus hodie recondita effodere studebant, solis hypogeis, sepulcris, templorum penetralibus operam impendissent; loca vero, quae templis circumiacent, et pronorum rudera prorsus neglexissent, ubi, si talia omnino quaerere lice-ret, unice reperiri possent <sup>14</sup>).

Ista, quam paulo ante commemoravimus, στήλη Musci Taurinensis <sup>15</sup>) spes eorum, qui antiquitatibus Aegyptiacis operam impendunt, maiorem etiam in modum fefellit, quam Rosettanus lapis. Ut enim omitamus, demoticam scripturam, cuius elementa hoc quoque loco *εγκρίματα γραμμάτων* appellantur <sup>16</sup>), adeo esse deleta, ut nulla linea, immo ne unicum fere vocabulum integrum illaesumque remanserit, haud vero simile est textum hieroglyphi-cum, qui longe minoris est ambitus, quam duae reliquae inscriptionis partes, eiusdem cum illis esse argumenti; quin etiam contrarium fere demonstravit Peyron, nonnullarum hiero-glyphicarum complexionum explicatione <sup>17</sup>). Quocum congruit, quod in fine graecae inscrip-tionis (lib. 30) additur decretum, *εὐδε ψήγισμα ἀναγράφαι ἐπὶ στήλην λιθινὴν τοῖς τε ἑλληνικοῖς καὶ ἑγχωριοῖς γραμμασι*, in quo hieroglyphorum nullam, quemadmodum in Rosettana inscriptione, mentionem factam esse videmus.

Quibus monumentis trilingui (vel potius bilingui) inscriptione ornatis complures eru-diti viri obeliscum in Philarum insula ab Anglo Bankes repertum ac deinde ab Italo Belzoni in Angliam transportatum adnumeraverunt <sup>18</sup>). Quamvis autem observationes Gallorum St. Martin <sup>19</sup>), Champollion <sup>20</sup>) et Letronne <sup>21</sup>) inter graecam inscriptionem et hieroglyphicam aliquam existisse nexus rationem extra omnem dubitationem ponunt, ex iisdem tamen elucet, vix probabile videri, priorem posterioris esse versionem <sup>22</sup>). Quod ex ipsa etiam, nisi egregie fallimur, graeca inscriptione patet, quae in podio reperitur, cuius in vicinia obeliscus ille, in quo hieroglyphica inscriptio deprehenditur, repertus est. At nemo, puto, obeliscum illum podio iunctum *στήλην* vocasset.

Expeditionem bellicam, quam, filio suo Ismaële Pascha duce, Mohammed Ali contra servos Caucasigenas (*Mamlûk*, i. e. *serci καὶ ἑξοχὴν* vocatos) in Nubiam quidem fugatos, ad inde iterum iterumque Aegyptum irruentes et devastantes direxit, archaeologiae Aegy-ptiacaë vix minorem, quam Francogallorum in fine superioris saeculi expeditionem, fructum iam supra diximus tulisse. Quâ, quamvis ipse Ismaël occideret, feliciter absoluta, Nubia



Europaeorum disquisitionibus prima vice patuit, indeque reliquiarum veteris Aegypti haud exigua copia tum ab ipsis Europaeis tum ab Arabibus loca illa incolentibus in Aegyptum translata inque ipsa Aegypto, exsuscitato denuo fervore, reperta est. Itaque fieri potuit, ut (praesertim industria indefessorum virorum Salt, Drovetti, Minutoli, Grey<sup>24</sup>), Passalacqua, Casati, Anastasy) magnus chartarum papyracearum numerus in Europam transferretur, quibus antiquitatum Aegyptiacarum amor mirum in modum augebatur, quamvis nemo ne unius quidem voluminis argumentum indicare potuerit. Plurima eius modi volumina anno huius saeculi vicesimo tertio Berolinensis bibliotheca regia<sup>25</sup>) adservabat, quo ex collectione nobilissimi viri Minutoli venerant<sup>26</sup>). Primus omnium Anglus Young, Medicinae doctor Londinensis, qui eo usque physicis tantummodo inventis inclauerat, quid in hisce papyris contineretur paulo certiori ratione indicavit.

Quum enim Boeckhii demonstrasset, chartam quandam papyraceam Berolinensem graece scriptam emtionis pactum continere pensique tributi sigillarii apocham<sup>27</sup>); quumque Young animadvertisset, etiam nonnulla demotice scripta volumina papyracea similem ac graecis quidem verbis conceptam apocham in margine habere; eius animum confestim subiti cogitatio, complures papyros demotice scriptos eiusdem cum graeco illo, quom Boeckhii explicuerat, esse argumenti. Quae felicissima suspicio mox in certitudinem transit, quum papyrum enchoricum ex collectione Casatiana [nr. 4 \*)] cum graeco volumine conferret [nr. 5], quod in possessione erat Angli supra commemorati Francisci Grey, atque intellexeret, graecam chartam Greyianam nihil aliud continere, nisi versionem argumenti chartae enchorice scriptae Casatianae<sup>28</sup>). Hinc fieri potuit, ut multa nomina propria in textu Aegyptiaco enuclearet; multas literarum formas sonosque vocis respondententes definiret; significationem complurium complexuum explicaret, quamvis nondum omnium elementorum potestatem determinare posset; denique ut nonnulla numerorum demotica signa indicaret. Quo in negotio quid frugis ex inscriptione Rosettani lapidis repeti et expectari posset, evidentissime patuit, quum Young vim complurium literarum ac signorum iam antea ex illa intellexisset, eaque notitia instructus feliciori successu gauderet. In reliquis etiam chartis papyraceis demotice scriptis, quae in Anglicis Museis ac bibliothecis adservabantur, graecasque pensi tributi sigillarii apochas in margine habebant, earundem apocharum ope multa explanare potuit, quum in illis nomina virorum, qui emtionis pactionem pepigere; potissimae, de quibus agebatur, res; interdum etiam dies pactionis repetitae essent. Quibus factis Young disquisitionum suarum de voluminibus enchoricis summam publici iuris fecit in opere inscripto:

*Account of some recent discoveries in hieroglyphical literature and egyptian antiquities including the author's original alphabet, as extended by M. Champollion, with a translation of five unpublished greek and egyptian manuscripts. Londinae 1823, 8.*

Licet mirum videri possit, in exiguo huiusmodi voluminum papyraceorum numero tria (papyrum enim Berolinensem numero 36 signatum nihil aliud esse nisi alterum Casatiana chartae exemplar, mox docbimus) eandem pactionem filiorum Ori, Choachytarum

\*) Numeri huiuscomodi uncis inclusi ad catalogum systematicum chartarum papyracearum referendi sunt,

quem in Appendice sub nr. 1 duce Reuvens dedimus.

in Memnonius Thebaicis, continere; imo, quod infra suo loco probabitur, in aliis etiam quatuordecim voluminibus in Europam translatis eiusdem familiae, cuius complura membra Ori nomen gerebant, res ac negotia tractari; denique magnum reliquorum etiam papyrorum, qui hucusque innotuerunt, numerum ad incolas Memnoniorum Thebaicorum pertinere: facile tamen haec res inde explicatur, quod omnia ista volumina, quae Salt, Drovetti, Casati, Anastasy, Grey, Minutoli aliique emebant, ab Arabibus in eodem antro sepulcrali prope Thebas reperta, imo ex eadem olla <sup>29)</sup>, qua deposita erant, protracta sint <sup>30)</sup>.

Anno huius saeculi vicesimo quarto Kosegarten, professor Gryphiswaldensis, qui dudum Rosettanae inscriptionis interpretationi operam impenderat, volumina demotice scripta bibliothecae Berolinensis examinavit. Papyrus, cuius paulo iam antea mentionem fecimus, numero 36 signatus, prae reliquis propter magnitudinem suam et literarum elegantiam ac munditiam diligentiori examine dignus videbatur; quo suscepto Kosegarten, quum plura nomina in textu enchorico obvia cum titulis legere posset, v. c. *Ptolemaei, Cleopatrae, Alexandri, Arsinoë, Berenices, Philopatoris, Philometoris, Philadelph, Eupatoris, Epiphanis, Evergetae* etc. ac significationem complurium complexuum ex inscriptione Rosettana nosset, v. c. eorum, qui *deus, di, rex, templum, sacerdos, antistita, athlophora, canephora* etc. significant, mox hanc chartam eiusdem esse argumenti ac Casatianam Lutetii Parisiorum adservatam ideoque illius esse sive apographum sive archetypum intellexit [nr. 5]. Etiam reliqua Berolinensia volumina enchorice scripta Kosegarten pacta emtionis continere censuit, iis exceptis, quae numeris 49 et 50 signata erant, in quibus nominum indices agnovit, qualem ex charta papyracea musei Borgiani Velitrensis publici iuris fecerat Nicolaus Schow <sup>31)</sup>, aut qualis in fine pactionis ab Osoroëri de fundi cuiusdam venditione factae deprehenditur. In posteriore enim charta index adicitur quadringentorum octoginta sex hominum, qui fortasse tamquam mancipia ad ipsum, de quo agebatur, fundum pertinebant <sup>32)</sup>. Deinde Kosegarten coniecturas suas eruditorum examini subiecit in commentatione iuscripta:

*Bemerkungen über den aegyptischen Text eines Papyrus aus der Minutolischen Sammlung. Von Joh. Gottfr. Ludw. Kosegarten. Gryphiswaldae 1824, 4.*

quam deinde excepit uberior

*Commentatio I. de prisca Aegyptiorum literatura. Vimarinae 1828, 4.*

Qua in commentatione Kosegarten in brevem conspectum omnia composuit et adornavit, quae eo usque de enchorico scribendi genere certiora innotuerant, additis argumentis necessariis ex versionibus graecis. Ac primo quidem loco posuit alphabetum demoticum, cuius elementa congescit ex nominibus, quae graecorum papyrorum ope explanavit [vide tab. IV], deinde comparisonem variarum siglarum sive signorum symbolicorum cum hieroglyphicis figuris ac figurarum complexibus eiusdem significationis [vide tab. V, A], denique explicationem nonnullorum verborum enchorico compendio scriptorum [vide tab. V, B], quam in fine exceperunt signa hieroglyphica, hieratica et enchorica tempestatum anni ac mensium, \*) a Champollione reperta <sup>33)</sup>. Tertio deinde capite proposuit et explicuit signa

\*) Cfr. Tab. VI. Signum, quod exhibuimus sub litera a, apud Sinos numerum millo significat. Quod

idcirco apposuimus, ut similitudo pateret, quae inter hoc ac hieroglyphicum eiusdem significationis intercedit

numerorum, quae primus repererat Anglus Young, deinde vero ex apographis, quae ex Aegypto ei transmiserant Salt et Anastasy denuo derivavit Champollion, denique tanquam suum inventum iteravit Italus San-Quintino<sup>34</sup>), sed adeo complicate et mendose, ut furtum primo statim obtutu posset animadverti<sup>35</sup>).

Singulare ac memoratu dignum est, quod notarum numericarum in literatura hieratica et demotica duplex genus deprehenditur. Alterum, quod cifrarum vulgariarum genus appellari potest, in enumeratione annorum, hominum, aliarumque rerum adhibetur et secundum systema decimale, a dextra tamen ad sinistram scribitur, unde fit, ut numeri nostri 18, 56 eiusque generis alii in systemate enchorico scribantur 81, 65. Alterum numericarum notarum genus una tantummodo in re, quantum hodie scimus, adhibitum est, in indicandis singulis mensium diebus, quamobrem huiusce generis notae inde a prima ad eam solummodo figuram usque innotuerunt, qua tricesimus dies in chartis papyraceis significari solet. Earum forma, quam in tabula VII. delineavimus<sup>36</sup>), a primo notarum genere differt, praetereaque numeri compositi haud secundum systema decimale, sed simplicium iuxtapositione efformantur.

Dum Anglus Young volumina enchorice scripta collectionis Greyianae explanare studet ac praesertim chartae papyraceae operam impendit<sup>36</sup>), quae tria documenta demoticis literis scripta exhibet, Augustae Taurinorum in collectione Drovettiana, quae in Aegyptium illius urbis museum transierat, graeca eiusdem causae acta reperta sunt, inter quae versio quoque graeca trium illorum documentorum deprehendebatur. Quam Amedeus Peyron cum tredecim aliis libellis eandem causam spectantibus edidit in opere inscripto:

*Papyri graeci Regii Taurinensis Musei Aegyptii editi atque illustrati ab Amedeo Peyron.* Pars I. <sup>37</sup>), Taurini 1826, 4. Pars II. <sup>31</sup>), Taurini 1827, 4.

Quum ab illustratione graecorum voluminum explicatio chartarum demotice scriptarum potissimum pendeat<sup>36</sup>), occasione oblata duorum opusculorum titulos adiicimus, quorum argumentum arcte cum *Papyris Taurinensibus* ab Amedeo Peyron editis cohaeret:

*Papiri Greco-Egizi ed altre Greci Monumenti dell' I. R. Museo di Corte, tradotti ed illustrati da Giovanni Petrettini, Corcirese, etc.* Viennae 1826, 4.

et:

*Papiri Greco-Egizi di Zoide dell' Imperiale R. Museo di Vienna illustrati da Amedeo Peyron.* Torino 1828, 4. <sup>40</sup>) —

quibus ultimo loco addimus commentationem a Champollione et Angelo Maio editam, quae inscribitur:

*Catalogo de' papiri egiziani dalla biblioteca Vaticana e notizia più estesa di una d' essi con breve previo discorso e con susseguenti riflessioni.* Romae 1825, 4.

Cuius libri germanica etiam interpretatio proliit inscripta:

*Die Aegyptischen Papyrus der vatikanischen Bibliothek. Aus dem Italiänischen des Angelo Mai von Ludwig-Bachmann.* Lipsiae 1827, 4.

Quod opusculum prae reliquis gravissimi erat momenti, quippe quia ex eo charta papyracea demotice scripta innotuit [Appendic. I, nr. 84], quae duodecimo anno Psammetichi I. regis

<sup>36</sup>) Numeri fracti, qui in hac tabula conspiciuntur, desumpti sunt ex libro Angli Young inscripto

*Rudiments of an Egyptian Dictionary*, p. 4, de quo mox dicitur.

(anno a. Chr. n. 638) exarata est; unde igitur enchoricae literaturae sub ipsis Pharaonibus usus apparuit. San-Quintino <sup>41)</sup> eodem tempore alia nonnulla volumina temporum iniuriam effugisse docuit [nr. 85 — 90], quae regnante Psammeticho et sub Persarum imperio demotico scribendi genere exarata sunt.

Aegypticae linguae et literaturae cognitio novos deinde progressus fecit, quum lectio Anastasiana, a Batavorum rege emta, museo academiae Lugdunensis tradita esset. Cui quum peculiare studium navasset musei huius director Reuvens, tres epistolas ad Letronnium scriptas publici iuris fecit, in quibus de singulis chartis papyraceis tam graeco quam demotice scriptis aliisque eiusdem collectionis monumentis ageret. Inscrubuntur:

*Lettres à M. Letronne sur les papyrus bilingues et Grecs et sur quelques autres monuments gréco-égyptiens du Musée d'antiquités de l'université de Leyden par C. I. C. Reuvens. Lugd. Batav. 1830, 4. Accedit volumen tabularum in forma maxima.*

Papyrus LXV., rituale magicum continens, maximam partem literis hieraticis exarata est: prostat tamen in ea magnus vocabulorum numerus demoticis literis scriptorum, inter quae circiter trecenta sunt et triginta, quibus pronuntiationis ratio graecis literis superscripta est. Quae, ut ita dicam, transscriptiones ubi integrae in publicam lucem erunt prolatae ac divulgatae <sup>42)</sup>, gravissimi procul dubio erunt ponderis in explanandis hieratice ac demotice scribendi generibus, quamvis Kosegarten <sup>43)</sup> non sine iure monuerit, eas tribus vel quatuor saeculis iuniores esse quam emtionis pactiones enchorice scriptas, de quibus supra egimus; neque dubium videri, quin tanto temporis spatio vis singulorum literaturae elementorum sensim sensimque fiterit immutata. Nihilo secius ex iis alphabetum enchoricum a Young et Kosegarten propositum multis modis locupletatum est, ideoque in tab. VIII. dedimus alphabetum Reuvensii, quo cum priore illo [tab. IV.] collato mutationes ac differentiae iuventibus statim patebunt <sup>44)</sup>.

Quaecunq; hucusque viri docti, quos enumeravimus, in illustrando demotice scribendi genere praestiterunt eorumque disquisitionum summam continet opus Youngii, quo nondum typis penitus absoluto, ex vita decessit. Inscrubitur:

*Rudiments of an Egyptian dictionary in the ancient enchorial character; containing all the words, of which the sense has been ascertained. To which are prefixed a memoir of the author, and Catalogue of his works and essays. Londini 1831, 8.*

Quo ex opere iisque, quae in superioribus exposuimus, patet, hucusque formam ac potestatem quinquaginta fere signorum phoneticorum esse repertam; circiter trecentorum literarum complexuum significationem innotuisse, at pronuntiandi rationem in plurimis latere; notarum denique numericarum a prima inde usque ad sexagesimam aliquorumque fractorum numerorum formas esse cognitatas. Quidquid in hisce adhuc desideratur, ab ingeniosissimi Itali Salvolini, qui hodie Lutetiae Parisiorum degit, sagacitate exspectamus.

In hac secunda operis nostri sectione vix aliud quidpiam egimus, nisi ut libros indicarem, unde quid ad nostram usque aetatem in hocce, de quo disseruimus, studiorum genere praestitum sit, disci posset, et ut ea, quae exposuimus, aliquot tabulis explanarem. Alia quaedam scitu digna de papyris aegyptiacis graecisque lector in Appendice [nr. I] inveniet, ubi duce Reuvens catalogum potissimorum voluminum papyraceorum, secundum locum, quo reperta sunt, et argumenta dispositorum adiecimus <sup>45)</sup>. Quum insti-

tuti nostri ea sit ratio, ut linguam literaturamque veteris Aegypti exploratoris compendium tradamus, quo consultum veniant, ubi de praesidiis doctrinae solliciti sunt, sufficebat, ea quae hucusque a viris eruditis ad explanandam demoticam veteris Aegypti literaturam disputata sunt, in brevi conspectu ponere: neque huius esse loci videbatur, quum solam hieroglyphicam literaturam diligentius explicandam nobis proposuissemus, ut nosmet ipsi in arenam conscenderemus ac disquisitiones de rebus controversis institueremus. Accuratiores contra expositio iure in sequenti huius operis sectione expectabitur, in qua fundamenta hieroglyphicae veterum Aegyptiorum literaturae ac recentiorum systematum a viris eruditis eum in finem, ut hieroglyphicarum inscriptionum argumenta illustrarentur, propositorum dilucidatio continebitur.

---

## ADNOTATIONES.

\*) Qua de re breviter sed parum sufficienter disputatum est in libro, qui inscribitur: *Uebersicht der bisherz gemachten Versuche zur Entzifferung ägyptischer Hieroglyphen. Nach Brown von Mor. Frizzsch* (Lips. 1828, 8.), p. 74 sqq. Cfr. praeterea quae Kosegarten dixerit in *Jahrb. für wissenschaftl. Kritik*, 1828, Nov. p. 694 sqq. brevemente commentationem inscriptam: *The enchorial language of Egypt. From the third number of the Dublin University Review*. Dublin 1833, 8. Lovitor tantummodo ac in transitu commemoramus ea, quae arbitrati ac reperisse sibi visi sunt Spohnius, Seyfarthus et Champollion. De dumviris, quorum nomina primo loco posui, eorumque disquisitionibus infra in quinta huius operis sectione uberius dicitur. Nihil immorati sumus exponendis alphabetis, quae superiore saeculo proposuerunt Caylus (*Recueil d'Antiquités Égypt.* etc. Tom. I, p. 65 sqq. V, p. 77) et Büttner (*Vergleichungstafeln der Schriftarten verschiedener Völker in den vergangenen und gegenwärtigen Zeiten*, St. I, Götting. 1771). De quibus vido, quae ipse proficitur Büttnerus, l. I., p. 12. 13.

1) Palin (*Novelles Recherches sur l'inscription en lettres sacrées du monument de Rosette*, p. 4) arbitratur, partem superiorem camquo sphaericam avulsam esse, quum Arabes in muro erigendo lapide uterentur. Quae tamen opinio soli coniecturae innititur, quam auctor suos interpretationis causa proposuit et quae omni probabilitate destituitur, ubi ipsam lapidem intueris.

2) Cfr. lin. 54 text. graeci (Append. nr. II). Solus Bailey (*Hieroglyphicor. origo et natura*, p. 72) contrariam opinionem tenuit est. Vido quo contra monuit Drumann, *Hist. antiquar. Unterr.*, p. 266. Fidem genuinamque originem inscriptionis solus in dubitationem vocavit Italus Bossi: argumenta autem ab eo proposita dudum refutavit Drumannus, l. I., p. 18 — 21.

3) Exemplar o gypso reperit Berolini in museo instituti artium mechanicarum (*Gewerbsinstitut*).

4) *Lettre sur l'inscription égyptienne de Rosette, adressée au Cit. Silv. de Sacy*. Paris. 1802, 8.

5) *Lettre au Citoyen Chaptal, Ministre de l'Intérieur, au sujet de l'inscription égyptienne du monument trouvé à Rosette*. Paris. 1802, 8.

6) Cfr. quae ingenue fassus est Silv. de Sacy in *Magazin Encyclopédique*, Année VII, Tom. V,

p. 492 not. Spohnius contra opinabatur, se integrum inscriptionem demotica intellexisse et explicuisse. Vido *Specimen I* in opere inscripto: de *lingua et literis veterum Aegyptiorum* (Lips. 1825, 4).

7) *Éclaircissements sur l'inscription grecque du monument trouvé à Rosette*. Paris. 1803, 4.

8) *Lettre à M. Ackerblad sur un passage de l'inscription grecque de Rosette in Magazin encyclopédique*, Ann. VIII, Tom. VI, p. 70. — *IIde Lettre à M. Ackerblad sur le titre de Dieu donné aux rois payens et aux empereurs grecs chrétiens, et sur l'ancienneté du grec vulgaire*. Ibid. Ann. IX, Vol. II, p. 174. — *IIIe Lettre à M. Ackerblad sur les fêtes solennelles des Égyptiens et des Grecs anciens et modernes et sur le dialecte macédonien*. Ibid. p. 313 sqq.

9) *Première lettre à M. Rostan sur l'inscription de Rosette. Dédication de Ptolémée V. in Magazin encyclopédique*, 1807, Vol. III, p. 106. — *Sec. lettre. Minuité de Ptolémée V.* Ibid. 1807, Vol. V, p. 51. — *Trois. lettre. Recherches sur l'époque de ce monument*. Ibid. 1808, Vol. III, p. 76. — *Quatrième lettre. Système monétaire de la dynastie des Lagides*. Ibid. 1810, Vol. I, p. 283. II, p. 5. — De re numaria Aegyptiorum sub Lagidarum imperio prae reliquis comparanda sunt, quae dixerit Letronne in commentatione libro periodico: *Journal des Savans* inserta seorsimque deinde impressa (p. 10 sqq.), cuius titulum vido infra in Append. nr. XV, not. 1.

10) *Commentatio in quosdam Inscriptionis prope Rosetam inventae locos*. Regiom. 1822, 8. *Historisch-antiquarische Untersuchungen über Aegypten, oder die Inschrift von Rosette, aus dem Griechischen übersetzt und erläutert*. Ibid. 1823, 8. Posterioris opus longe gravissimum est omnium, in quibus de inscriptionis argumento agitur.

11) *An account of the Rosetta stone, by order etc. of the society of Antiquaries of London*. 1811. [Palin] *Analyse de l'inscription en hieroglyphes du monument trouvé à Rosette*. Dresd. 1804. *Nouvelles Recherches sur l'inscription en lettres sacrées du monument de Rosette*. Florent. 1830, 8. v. Schlichtegroll, *Ueber die bei Rosette in Aegypten gefundene dreifache Inschrift*. Menach. 1818, 4. Franc. Giampetri, *Sulla iscrizione di Rosetta, lettere al Signore Abb. Enrico Campbell* in libro periodico: *Giornale enciclop. di Napoli*, Mart. 1820, p. 291 sqq. Cfr. praeterea *Remarks on the greek Inscription upon the Rosetta stone*

in *Classical Journal* Vol. X, p. 19. Sept. 1814, p. 66 — 79. Quae Champollion junior de demotica et hieroglyphica inscriptionis Rosettanae parte commentatus est (cfr. Champollion-Figeac, *Annales des Logides*, Vol. I, p. 11. 411), lucem nunquam videri. In Anglia Granville Penn graeca verba edidit in opere inscripto: *The greek version of the decret of the Egyptian priests in honour of Ptolemy the Fifth*, surnamed Epiphanes, from the stone inscribed in the sacred and vulgar Egyptian etc. Londini. 1802. Ex hac editione fluxerunt eae, quae curaverunt Millin in *Magasin encyclopédique*, Ann. VIII. Vol. II, p. 504 sqq. Beck in *Commentat. Soc. philolog. Lips.* Vol. III, p. 274 sqq. Heyno in *Commentat. Soc. Götting.* Vol. XV, p. 260 sqq. Hamilton in *Remarks of several parts of Turkey. Part. I. Aegyptiaca, or some account of the antient and modern state of Egypt, as obtained in the years 1801, 1802* (Londini. 1809, 4.), p. 431 sqq. (cum versione aulica). Postea Societas Antiquarium Londinensis omnes tres inscriptionis partes sua magnitudine in tribus foliis delineari curavit inque peculiari folio addidit coniecturas (maximam partem infelicitissimas) Porsoni, quibus lacunas in fine linearum graeci textus explere conatus est. Haece tabulae, quae librum supra commemoratum: *Account of the Rosetta stone etc.* comitabantur, Monachii in Bavaria, dirigente Schlichtegrolli, repetebantur in sex foliis, ita tamen, ut figurae nou aeri inciderebantur, sed lapidi inseriberentur. Prodicunt deinde sub titulo: *Inscriptio perantiqua sacris Aegyptiorum et vulgaribus litteris itemque graecis, in lapide nigro prope Rosettam invento et nunc in Museo Briannico asservato insculpta, societatis Antiquarium Londinensis sumtu ad formam et modulum ipsius lapidis primum edita, postea arte lithographica domestica repetita, Monachii in Bavaria 1817, fol. max.* Adde praeterea *Descript. de l'Égypte, Antiq.* Vol. V, tab. 52. Denique commemoranda est editio Spohnii in operis: *de lingua et litteris veterum Aegyptiorum* volumine II, tab. I. XI. XII., quarum prima demoticam, secunda hieroglyphicam (addita versione et verborum separatione), tertia denique graecam inscriptionis partem exhibet. — Commentarius Letrounii de graecis inscriptionis Rosettanae verbis (cfr. *Recherches sur l'Égypte, Introd.*, p. XLII) nondum apparuit, quod eo magis dolendum est, quo difficultates gravissimae, quae historicum inscriptionis argumentum, idque vis minoris momenti quam comparatio verborum aegyptiacorum cum graeca versione, exhibet, talem tantumque virum exspectant, cui solus in hoo studiorum genere par est Boeckhius nostras. De auctoritate fideque historica lapidis Rosettani lectu digna sunt, quae scripsit Drumannus

(*Histor. antiquar. Unters.*, p. 22 sqq.), cuius verba germanica adscribimus: *Das Denkmal heißt nicht bloß einzelne Punkte auf bekanntem Gebiet auf, sondern es versetzt uns in ein ganz neues: und wenn Nebelgestalten im Hintergrunde bleiben, welchen ich Schleier völlig abzuziehen nicht gelingt, so hat es großen Werth, auch nur aufmerksam auf sie geworden zu sein. Und von welchen Urhebern stammt es, und von welchen Zeiten seugen sie? Menschen einer grauen Vorzeit scheinen nach einem langen Schlaf zu erwachen und mit Staunen und Unwillen eine neue Ordnung der Dinge zu bemerken, um sich dann aus Noth mit ihr zu befreundend und der Nachwelt von ihr Kunde zu geben. Wir sehn Priester, die Träger uralter Satzungen und Ansprüche, mit uralten Stiflungen und ehernen Formen, gleichsam in ein zierliches Hofgewand eingezwängt, aber gerüstet mit den Waffen priesterlicher Schamheit, vor den Thron eines jungen Königs treten, welcher nichts mit ihnen gemein hat, als ein von einem Eroberer ererbtes Land, in den Kreis macedonischer und griechischer Grossen, welche ihrem Volke, wie ihrem Glauben frennd, aus der verhassten Lagidenstadt in den alten Sitz der Pharaonen eingezogen sind; wir hören ihre Schmeicheleien, wodurch sie auf verlorenem Boden wieder festen Fuß zu fassen hoffen, und erblicken in einem Spiegel, welchen sie uns vorhalten, das Bild der Welt, welche sie vernichten möchten und verherrlichen müssen. So wird es ungewiss, ob die Ausbeute für die Geschichte der Aegyptier, oder für die Geschichte des Priesterthums und des menschlichen Hersens grösler ist. — De opere inscripto: *Études sur l'écriture, les hiéroglyphes et la langue de l'Égypte et sur l'inscription de Rosette, suivies d'un Essai sur la langue Punique par M. l'abbé comte de Robiano*, Paris. 1834, fol. cfr. quae monitionis in *Jahrb. f. w. Krü.* 1836, April. nr. 64 sqq. Commentarius de hieroglyphica inscriptionis parte, quem promissit Rosellini (*Monum. stor.* Vol. II, p. 349 not.) nondum apparuit. Continebitur enim tertio historicorum Monumentorum Aegypti et Nubiae volumine. Contra nuperrime Salvolini amplissimum commentarium publici iuria fecit in primo volumine egregie operis inscripti: *Analyse grammaticale raisonnée de différens textes égyptiens*, Paris. 1836, 4. quem, uti promissum est, sequetur explicatio ac dilucidatio partia demoticae. Atque hoc etiam de opere, ad quod provocandi in decursu operis saepenumero occasionem habebimus, disserui in *Jahrb. f. w. Krü.*, 1837, Febr. nr. 21 sqq.*

12) Vid. commentationem inscriptam: *Sur quelques antiquités grecques et égyptiennes du Musée Royal de Turin; rapport fait à l'Académie Royale des Inscriptions et belles-lettres dans la séance du 1er octo-*

bre 1824 in annualibus inscriptis: *Journal des Savans* 1824, Novembre, p. 687 sqq.

13) *Stele*,  $\sigma\tau\eta\lambda\eta$  (quod vocabulum, quasi technicum, ab omnibus receptum est), secundum Græcorum loquendi morem vocabatur *lapis inscriptione instructus*. Cfr. *Schol. ad Soph. Electr.* 722:  $\sigma\tau\eta\lambda\alpha\iota\ \kappa\alpha\theta\epsilon\sigma\tau\epsilon\iota\ \lambda\acute{\iota}\theta\omicron\varsigma\ \epsilon\pi\eta\gamma\epsilon\mu\acute{\alpha}\tau\alpha\ \tau\iota\omega\upsilon\ \chi\omicron\upsilon\tau\epsilon\iota\varsigma$ . Jablonski, *Panrh. Aegypt.* V, 5, 13. Vol. III, p. 173 sqq. Drumann, *Histor. antiquar. Unterstsch.* pag. 263. Magnitudo aut forma (quod aliquis concludere posset ex verbo  $\kappa\alpha\theta\epsilon\sigma\tau\epsilon\iota\ \lambda\acute{\iota}\theta\omicron\alpha$ ) nullius hac in re erant ponderis. Vido Lotronno, *Recherches sur l'Égypte*, p. 379. Sola inscriptio causa erat, cur lapis hoc nomen acciperet. Harissimus vocabuli usus ad statuum designandam apud Græcos extolli tantum ævi scriptoribus occurrit, v. c. apud Tzotz. *Chiliad.* VI, 64.

14) Inscriptio similis fere argumenti quam Rosettana, in honorem regis Hori dynastiae decimae octavae composita, deprehenditur in monumento egregie conservato musæi Taurinensis, de quo vide quo disseruit Champollion, *Lettres au duc de Blacas*, I, p. 53 sqq. Nos hæc verba apponimus: *Ces deux monuments [lapis Rosettanus et monumentum in honorem regis Hori] ont un même objet; les divisions générales des textes sont pareilles, et les principaux articles de l'un se retrouvent, et précisément selon le même ordre, dans l'autre. Je rencontre donc, dans le Musée de Turin, un modèle très-antique de ces décrets rendus pour conserver et conserver la mémoire de la pitié des rois, et celle de leurs bienfaits envers la nation égyptienne [i. e. erga sacerdotum ordinem.] Ce fait curieux démontre en même temps que le culte et le sacerdoce des rois est beaucoup plus ancien en Égypte que l'arrivée d'Alexandre, et qu'en cela comme dans presque toutes les formes du culte et du gouvernement, dans les coutumes et même dans les formules de simple étiquette, les rois Grecs d'Égypte n'innovèrent rien, et s'efforcèrent de suivre, le plus qu'il leur fut possible, les usages de l'antique monarchie, qu'une longue série de siècles avoit irrévocablement sanctionnés. Lapidem cum triplici inscriptione, quo saltem in exteriori adoratione cum Rosettana congruebat, socii Instituti Aegyptiaci repererunt Cahiræ miro sacrao aedis Turcarum insertum, de quo hæc scripsit Jomard (*Descript. des antiquités de la ville et de la province du Kaire*, p. 10 in *Descript. de l'Égypte, Antiq. Descr.* Vol. II, édit. in fol.): *Si, par bonheur, le consul Maillet, du temps duquel, sans doute, la pierre occupoit déjà cette même place, l'eût découverte intacte et envoyée aussitôt en France, on auroit possédé dès cette époque un monument plus précieux que la pierre de Rosette même, et abordé avec plus d'avantage le problème des hiéroglyphes; car il est**

*plus étendu que cette pierre, et divisé, comme celle-ci en trois parties: l'écriture hiéroglyphique en haut, l'écriture vulgaire ou démotique au milieu, et l'écriture grecque en bas. Dans la pierre de Rosette la première partie est réduite au tiers environ du texte entier. Le nombre des lignes n'est que de vingt-huit, et cette lucarne a de beaucoup diminué les espérances qu'on avoit fondées sur un monument aussi précieux; le grec cinquante-deux lignes seulement. Mais la pierre du Kaire avoit soixante-et-quinze lignes de grec, vingt-sept de démotique et vingt-six d'hiéroglyphes. On n'a guère aujourd'hui que les deux cinquièmes ou la moitié de cette dernière, et de plus elle ne laisse voir distinctement qu'un petit nombre de signes de chacune des trois écritures; elle est usée, et les caractères sont tellement altérés, qu'il est impossible d'en tirer aucun parti, moins encore que de la pierre de Menouf. A peine a-t-on pu déchiffrer dans le grec le nom d'un Ptolémée. C'est pour ce motif qu'on l'a laissée lors de l'évacuation de l'Égypte, dans le palais de l'Institut, où elle avoit été déposée: cependant on auroit bien fait de la transporter en France, et de la conserver comme un débris précieux de l'antiquité; car les vestiges seuls des trois différents caractères étoient un fait important pour l'archéologie, pour l'histoire du pays, et pour celle de son langage.*

15) Animosissima Young cum Mercaturo gallicae in Aegypto procuratore (consul général de France) Drovetti, in cuius possessione  $\sigma\tau\eta\lambda\eta$  illa erat, anteaquam cum reliquis collectionis Drovettianae monumentis a Sardiniae rege comparabatur, exemplaris & gypso faciendi conditiones proposuit, snumque doctrinam et ius, quod inde derivavit, possessionis verbis extulit (*Account of some discoveries in hieroglyphical literature*, p. 36), quae idcirco adscribimus, quin compluribus eiusdem viri de Champollione dictis locum afferunt: *Whatever may be M. Drovetti's decision I trust that this application, from one who flatters himself that he is the only person living, that can fully appreciate the value of the object in question, will at least not be disagreeable to him.*

16) Cfr. Heliodori *Aethiop.* II, p. 119 Lugd.:  $\tau\alpha\rho\lambda\upsilon\ \tau\eta\varsigma\ \dots\ \gamma\epsilon\mu\acute{\alpha}\mu\alpha\iota\ \lambda\upsilon\zeta\omega\lambda\omicron\iota\varsigma\ \chi\alpha\tau\epsilon\sigma\tau\epsilon\alpha\omicron\varsigma$ .

17) Cfr. dissertationem inscriptam: *Illustrazione d'una stele Greca del R. Museo Egizio di Torino in Memorie della R. Accademia di Torino. Class. di Sc. Mor. Stor. e Filol.* Tom. XXXIV, p. 1 sqq. ubi hieroglyphicae inscriptionis delineatio et explicatio conamque lacunosae inscriptionis graecae deprehenditur. Anteaquam ipsa illa commentatio Inceem vidi, praevie quaedam monuit Peyron in dissertatione: *Saggio di studi sopra papiri, codici cofiti, ed una stele trilingue del Reale museo Egiziano in iisdem Comment. Acad.*



Reg. Taurinensis, Vol. XXIX, p. 4 sqq. [Germanica versio inscribitur: *Untersuchungen über Papyrusrollen, koptische Handschriften, und eine Siele mit dreifacher Inschrift im königlichen ägyptischen Museum zu Turin von A. Peyron. Uebersetzung aus dem Italiänischen von C. A. F. Bonn* 1824, 8. Cfr. imprimis p. 20 sqq.]

18) Vide Lotroune in *Journal des Savans* 1821, Nov. 1822, April. *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte pendant la domination des Grecs et Romains* (Paris, 1823, 8.), p. 297 sqq.

19) *Journal des Savans* 1822, April, p. 216 sqq.

20) *Revue Encyclopédique*, Vol. XIII, p. 512 sqq.

21) *L. l.*, p. 338 sqq.

22) Adde praeterea *Allgem. Literat. Zeit.* 1822, nr. 174. Inscriptio graeca infra deprehenditur in Append. nr. III.

23) Cfr. lin. 19. Hoc quoque in loco hieroglyphicae inscriptionis nulla mentio facta est.

24) Georgius Franciscus Grey [Georg Francis Grey, Esq.] divitem Anglam Fridericum Honniker [Sir Frederik Henniker, Bart.] in itinere per plagas orientales comitabatur, quod ille oblectationis gratia suscepit. Cuius itineris descriptio prodit Londini 1823, 8. inscripta: Sir Henniker Notes during a visit to Egypt, Nubia, the Oasis, mount Sinai and Jerusalem.

25) Quae volumina hodie in museo Aegyptiaco (in palatio *Monbijou* dicto) adservantur.

26) Cfr. imprimis Soyffarth, *Beiträge zur Kenntniss der Geschichte, Litteratur, Kunst und Mythologie des alten Aegyptens*, Fascic. I. Lips. 1824, 4. Si quis scire cupiat, qualis in hisce voluminibus contineri opinatus sit tum temporis Seyffarthus, ipsum eius viri librum evolvat. Nolumus enim rem iterum tractare, quae Seyffarthi adversariorum infestis incriminationibus aut ludibrio aut irrisioni occasionem dedit. De chartis papyraceis in universum cfr. Jomard, *des Manuscrits sur Papyrus in Descript. de l'Égypte, Antiq. Descript.* Vol. III, p. 109—131 (ed. in 8.). — Locum primum de papyro [*Cyperus papyrus*, *C. antiquorum* recentioribus dicto] cuiusque fabrica in usum scribentium apud Plinium deprehendi in *Hist. natur.* XIII, 11, 21 sqq. notum est. Cfr. Theophrast. *Hist. plant.* IV, 9. Dioscorid. I, 115. Isidor. *Orig.* VI, p. 131 Bas. (Omnes veterum de papyro locos composuit et illustravit Schow, *Charta papyracea graece scripta Musci Borgiani V. l. i. r. i. s.* Romae 1788, 4. *Præfat.* p. V—XXVIII. Cfr. praeterea Loo Allatus *Animadv. ad Antiq. Hetrusc. fragm.*, p. 118. Sub Romanis imperatoribus charta ex papyro comparata inter merces ceter mercatoribus gratissimas, cuiusque commercio Firmus, Zenobiae amicus, tantas

sibi comparavit divitias, ut cum Aureliano de imperio contendere posset. (Flav. Vopisc. *Saturain. Vopisc.* p. 693. *Script. histor. Aug.* Tom. II.) De charta *Augusta*, *Livia*, *Fausniana* aliique specubus cfr. Montfaucon in *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* VI, p. 592; Caylus ibid. XXVI, p. 267. Secundum Maffei (*Raccolta sopra il papiro egizio* ibid. Vol. XXVI) chartae papyraceae usus saeculo nostrae aetate quinto desuit; secundum Muratori (*Annal. Ital. med. aevi* libr. III, p. 832) saeculo nono; secundum Mabillon (*de re diplomat.* I, 8, p. 34) saeculo demum undecimo vel duodecimo. Tempore Eustathii (*ad Odyss. g.*, 390, p. 1923, 25 sqq.) chartam ex papyro fabricandi methodus nemini amplius nota fuisse videtur. Olim papyrus in Aegypto frequentissima fuit (cfr. Cassiodor. *Opp. Var.* libr. XI, ep. 38, p. 185); at rarissima facta est inde ab illo tempore, quo imperatores monopolium sibi adrogantes, ut commercium melius custodire possent, omnes plantas, paucis locis in Aegypto inferiore (*Delta*) exceptis, extirpari iusserunt. Quod discrete narrat Strabo XVII, p. 799: *κάνταύθα δέ τις τῶν τῶς πρόσθεν ἐπεκτείνων βουλομένων μετέγρηκαν τὴν Ἰουδαίαν ἐπιχρίαν, ἣν ταῖνοι παρῆρον ἐπὶ τοῦ φοίνικος τοῦ καρποτικῆ καὶ βαλαίου· οὐ γὰρ ἴσθη πολλοῦ πλείονος, τῆ δὲ σπάνι τιμῆν ἐπιθήντες τὴν πρόσθεν οὕτως αἰχνοῦ, τῆ δὲ κωνίην χρίαν διακρίνοισαν.* Hodie uno tantummodo in loco deprehenditur in lacu Menzahel prope Damietam. Cfr. v. Schmidt, *Opuscula* (Carolsruhae 1765, 8.), p. 367 sqq. Savary, *Lettres*, I, p. 286. v. Minutoli, *Reise*, p. 268. *Nachträge*, p. 235. *Abhandlungen vermischten Inhalts*, Cycl. II. Vol. I, p. 114 sqq. Nobilissimae de Minutoli *Erinnerungen aus Aegypten*, p. 194. Pottigrow, *History of Egyptian Mummies*, p. 132 sqq. imprimis Silv. de Sacy *Relation d'Égypte par Abdallatif*, p. 109 sqq. Ex Aegypto Romanorum aetate papyrus in Siciliam, Calabriae et ad Tiberis ostia translata est, ubi hodieum reperitur. Cfr. Bartels, *Briefe über Kalabrien und Sicilien*, Vol. III, p. 59 sqq.

27) *Erklärung einer ägyptischen Urkunde auf Papyrus in griechischer Kursivechrift vom Jahre 104 vor der christlichen Zeitrechnung.* Berolini 1821, 4. seorsim expressa ex collectione Commentationum Acad. Reg. Berolinensis. *Class. histor. philolog.* 1820. Cfr. praeterea Supplementum huius commentationis, quod reperitur in *Abhandl. der Berl. Acad. des. hist. philol. Cl.* 1824, p. 109 sqq. Graeca verba repetita sunt, addita gallica versione, a Jomardo in opusculo inscripto: *Traduction du Papyrus de Ptoleméus* (quod nomen falsum esse elucet ex iis, quae disputata sunt

in *Abhandl. der Berl. Akad.* 1824, p. 103 et apud Peyron, *Papyr. graec. Taurinens.* II, p. 14, not. a) Paris. 1822, 8. Denuo deinde emendata inserta sunt graeca verba libro Angli Young *Account* etc. p. 147 sqq. Kosegarten *Comment. I.* p. 66 sqq. Vide Appendic. nr. XI et cfr. St. Martin in *Journal des Savans*, 1822, p. 557 sqq. Champollion-Figeac, *Éclaircissements historiques sur le papyrus grec trouvé en Égypte et connu sous le nom de contrat de Ptolemaïs*, Paris. 1822, 8. Reuvens, *Lettres à M. Letronne. Lettre IIIe, Art. I.* p. 1 — 18. Papyrus partem efficit collectionis Anastasianae hodieque in musco academico Lugduni Batavorum adscrivatur.

28) Charta capditis nota est sub nomine *Antigraphi Greyiani*. Delinata est apud Young, *Hieroglyphics*, tab. XXXIII. Vide, quae monimus in Appendic. nr. I.

29) De consuetudine, documenta in ollis adseruandi cfr. *Jerem.* XXXII, 14) *Sic ait Jehova exercituum, Deus Israelis; sunc literas has, literas emtionis has, tum obsignatas, tum literas publicas haec; quas reponas in vase testaceo; ut permaneant dies multos; quem locum iamiam laudavit Peyron.* Ad nostram rem pertinet quoque eiusdem capituli v. 11, ubi haec leguntur: *Deinde sumi literas emtionis, tum obsignatas ex iure et consuetudine, tum publicas* (i. e. apographum non obsignatum). Quum deinde v. 20 Aegypti mentio iniiciatur, haec quoque in re eundem morem in Aegypto obtinuisse facile conicias, ita ut verba ista in testimonium pro consuetudine Nicolaurum adhiberi queant. Adde deique Origen. ap. Euseb. *Histor. Eccles.* VI, 16.

30) Cfr. quae disseruerunt St. Martin in *Journal des Savans* 1822, p. 556. Peyron, *Papiri Taurinens. graec.* I, p. 15 sqq. *Untersuchungen über Papyrusrollen* etc. p. 11 sqq.

31) Charta haec anno superioris saeculi septagesimo octavo prope vicam *Glück* reperta continet indicem incolarum Ptolemaidum Arsinoiticae, qui certo quodam tempore in Nili valle aggera exstruxerunt. Vide opus Nicolai Schow in not. 26 laudatum. Ea quoque charta una cum multis aliis reperta est, quae tamen omnes, haec una excepta, in fumum abiere. Arabes enim, priusquam moverant, quantum luti voluminum papyraceorum venditio apportaret, grati odoris causa quaecunque repererunt comburere solebant.

32) Vide quae de hoc papyro movuit St. Martin in *Journal des Savans*, 1822, p. 555 — 560. Kosegarten, *Comment. I.* p. 67.

33) Cfr. *Bulletin universel*, Sect. VII, 1824, Decembr. p. 340 sqq.

34) *Saggio sopra il sistema de' numeri presso gli antichi Egiziani. Lettera del Cav. G. di San Quintino.* Torino 1825, 4.

35) Cfr. quae disseruit Champollion-Figeac in *Bulletin universel*, Sect. VII, Mai. 1825, p. 379 sqq. Jomard quoque notas numerorum se primum reperisse iniuria contendebat in commentatione inscripta; *Sur les signes numériques des anciens Égyptiens* in *Revue Encyclopédique*, 1819, Vol. IV, p. 337 sqq. Vide praeterea Seyffarth *Beiträge* etc. Fasc. I, p. 34. *Leipzig. Literatur. Zeit.* 1829, nr. 220, p. 1755. De natura et origine indica harum notarum vido egregiam dissertationem Alexandri ab Humboldt inscriptam: *Ueber die bei verschiedenen Völkern üblichen Systeme von Zahlzeichen* apud Crelle, *Journal für reine und angewandte Mathematik*, Vol. IV, p. 205 sqq. v. Bohlen, *das alte Indien*, II, p. 222 — 224.

36) Delinata est apud Young, *Hieroglyphics*, second fasciculus, tab. XXXIV, XXXV.

37) Scorsim expressa est ex Collectionis inscriptae *Memorie della R. Accademia delle Scienze di Torino* volumine XXXI.

38) Ex eiusdem collectionis vol. XXXIII.

39) Non solum domotice scriptorum voluminum papyraceorum explicatione et dilucidatione linguae Aegyptiacae notitia augetur, sed ipsarum graecae scripturarum chartarum lectione. Ita, ut nonnulla saltem exempla afferamus, secundum Reuvens, *Lettre à M. Letronne*, I, p. 9 *χρῆμα* ira significavit. (Cfr. copticum *κρημα*.) In Lugdunensi papyro IXXV leguntur verba: *ὁ κἀνθαρος λεγόμενος φάρεϊ* (cfr. Reuvens, *l. l.*, p. 11, 15 etc.); in Pap. LXXIX: *αἰσῶν παύσανον, ὃ καλεῖται αλυπτιοσι φάψ.* — — *τῷ ἀδύτω τῷ καλονόμενῳ φ ἑσασψ* (*μερνε, φερνε*, vide igitur no *φέρω* legendum sit) — — *τὸν προσγορευόμενον αλυπτιοσι Ὀνοῖρεϊ, ἑλληνιστὶ δὲ Ἄρης* (vide sect. luina operis III.). Cfr. Reuvens, *Lettre III*, p. 78. — Obiter monemus, graeca verba apud Reuvens, *Lettre I*, p. 11 fortasse hunc in modum esse restituenda: *ἑπικαλοῦμαι αὐτὸν τὸν τῆ καλῆ κόρη, τὸν τὸν τῆ ποτῆνῳ οἶκῳ.* Quod ad minus in evocationibus contra deos inferiorum ordinum appellatione deorum maiora ordinis prolata attinet, Reuvens *l. l.* p. 19 praeter Lucan. *Pharsal.* VI, 745 et Tiedemann. *de art. magia.* orig. p. 70 laudare poterat Statii *Theb.* IV, 512 sqq. et Kopp *de difficult. interpret.* Vol. I, p. 135 et praesertim §. 502, Vol. I, p. 593 sqq.

40) Scorsim expressa est Comment. Acad. Reg. Taurinens. Vol. XXXIII.

41) *Lezioni archeologiche intorno ad alcuni monumenti del Reale Museo Egiziano di Torino*, Augustae

Taurinor. 1824. 1825, 4. (Hæc quoque dissertationes inter commentationes Taurinenses prima vice apparatusunt.) In Tab. VIII, fig. 3. delineavimus nomen Psammetichi, quale in una ex his chartis demotice scriptisprehenditur; quod idcirco fecimus, ut intelligatur, quanta adhuc tunc temporis inter hieraticæ et demotice literaturæ elementa similitudo intercesserit. Quod propter ea, quæ in tertia huius operis sectione de origine hieraticæ et demotice Aegyptiorum scribendi generis disseremus, notata dignum est. Utrumque scribendi genus in posteriori ævi monumentis haud raro permixtumprehenditur, cuius rei exempla vide apud Kosegarten, de prisca Aegyptiorum literat. Comment. I, p. 20. Reuvens, l. l., I, p. 4. 36 sqq.

42) Reuvens exiguum tantummodo harum transcriptionum numerum in prima tabula operi suo adiecta delineavit. Exempli gratia duas dedimus in tab. VIII, fig. 1 et 2. Monendum est graecæ literas pro vulgari ratione a sinistra ad dextram, demotice contra a dextra ad sinistram legendas esse.

43) *Jahrb. für wissenschaftl. Kritik*, 1831, Nov. nr. 98, p. 768.

44) Duæ priores columnæ præbeunt naitas literarum cum mutationibus formarum sæpenumero recurrentibus; quinque reliquæ formas rariores. Etiam in Grammatica aegyptiaca, quam edidit Anglus Tattam (vide Sect. I, not. 148) alphabetam euchoricumprehenditur, quod nonnihil differt ab eo, quod dedimus in tab. VIII. Quum demotice literaturæ cursivam, uti loqui solent recentiores, formam tantummodo noverimus, facile intelligitur, de primaria uniuscuiusque literæ forma agi. Tota omnino disquisitio virum expectat palaeographicae doctrinae bene guarum: alphabetumque Aegypti demoticum Koppio suo indiget, quem denique Parisiis surrexisse speramus — Italum, quem commemoravimus, Salvolini.

45) Quo ex catalogo intelligitur, vetustissimam, quæ hucusque innotuit, chartam papyraceam demotice literis scriptam ætate regis Psammetichi prioris esse exaratam. Inter papyros autem hieraticos longe antiquioresprehenduntur, qui partim ad decimæ octavæ dyastolæ ætatem pertinet. (Cfr. Champollion, *Catalogo dei papiri egizi Vaticani*, p. 22. Quadro IX, p. 25. Quadro XII, C.) Ditissimum eiusmodi antiquissimis voluminibus papyraceis præ reliquis museis Aegyptiis est Taurinense. (Cfr. Champollion, *Lettre au duc de Blacas* II, p. 42. 64.) Ex papyris hieraticis et potissimum commemorandi sunt, qui maximam partem congruentis, in quavis fere mumiarum cista reperiri solent. Quos quum præ cæteris diligent cura tractavit Champollion, unius eiusdemque operis Aegyptiaci inscripti:  $\alpha\mu\alpha\alpha$  h  $\mu\epsilon\sigma\upsilon\tau$  na

$\epsilon\sigma\tau$  à  $\epsilon\pi\sigma\tau$  p h i. e. *liber portarum inseriens manifestationi lucis* esse apographa, modo maiore modo minore elegantiæ exarata, reperit. Continet liber iste uberrimam formularum collectionem et librorum mortuorum, vectarum cadaverum in sanis sepulchralia s. hypogæa etc. pertinentium, atque ingentem præcæ ad supplicationum copiam ad omnes istos deos deæse directarum, quibus aliquid auctoritatis in factis animæ post mortem tribuebatur, tum in oreo ( $\Delta\alpha\sigma\epsilon\tau$ ), ubi iudicium subit, tum in regionibus itis mystica caligine obvelatis, quas habitabat, donec novum peregrinationis cursum inchoaret. Antiquissimæ mumie vel sub ligaminibus, quibus sunt circumdæte, vel in una ex cistis ligneis, quibus recondebantur, ampli illius operis theologicæ vel integrum exemplar vel magnam certe partem, quæ aut primam et secundam, aut secundam et tertiam formularum sectionem amplectitur, præbeant. Quo recentior est ætas, quæ homines vivere, quorum cistæ reserantur, eo rarius chartæ istæ papyraceæprehenduntur, eo minoris sunt ambitus, eo negligentius exaratae. Facile intelligitur, easdem causas, quæ pedetentim Aegyptiacæ artis interitum provocare, eodem tempore eademque ratione tum observantium populi erga deos ab avistatæ cultus, tum curam sacrarum ceremoniarum diminuisse, quibus neglectis flos republicæ Aegyptiacæ desineret Niloticæ societas penitus dissolveretur necesse erat. Terra Nilicæ tum peregrinorum imperio artes, quas colerat, interire vidit eadem proportione, quæ sacri prisorum temporum ritus sensim sensimque obliterabantur; Iuxtaque sepulchrorum nna cnu culti amplius evanuit. Inde ab Hadriani ætate mortui haud amplius in magnificis illis sarcophagis, qui hieroglyphis omnimodisque picturis ornati erant, componebantur et in locum splendidorum illorum papyrorum vix levidensia quedam fragmenta, negligentissime exarata, successerunt. — De papyris funeralibus hieraticis cfr. dissertationem Champollionis insertam operi inscripto: *Voyage à Méroé, au fleuve blanc; ou delà de Fozoul dans le midi du royaume de Scandir, à Syouah et dans cinq autres oasis, fait dans les années 1819, 1820, 1821 et 1822 par Gailliaud* (Paris 1827, 8.), Vol. IV, p. 22 — 54; Pettigrew, *History of Egyptian Mummies*, p. 146 sqq. qui argumentum papyrorum breviter exposuit partimque explicuit; Guil. de Humboldt, *Ueber vier Eisenköpfige Bildsäulen in ägyptischen Museum zu Berlin in Abhandl. der Berliner Akademie 1825. Cl. histor. philol.* p. 160; Sau-Quintino, *Lezioni Archeologiche*, II (*Trattazione bilingue sopra una mumia Egiziana*), p. 60 sqq.; Jomard in *Descript. de l'Égypte, Antig. Descript.* Vol. III, p. 122 sqq. (edit. secund.), qui præsertim accuratam descriptionem

picturae dedit, quae in hisce papyris reperiri solet. Eandem delineatam invenio apud Denon, *Voyage dans la haute et basse Égypte*, tab. CXXXVI et explicatam a Champollione in *Catologo dei papiri egiziani della biblioteca Vaticana*, p. 3 — 15 et in *Bulletin universel des Sciences et des Arts*, Sect. VII, nov. 1825 (*Explication de la principale scène peinte des papyrus funéraires égyptiens*). — Inter papyros hieratico scriptas peculiari etiam mentione digna sunt fragmenta voluminis historici, quod indicem regum Aegypti continebat, in regio Museo Taurinensi ad-servata et a Seyffartho ingenti opera ac perseverantis nodique conquisita et composita. Opinabatur V. D. de Manethonis opus reperire, ipsamque sacerdotis Sebennytici muniam aliquanto inventum iri speravit. Cfr. Champollion, *Lettre au duc de*

*Blacas*, II, p. 43. Seyffarth, *Remarks upon an Egyptian history in the R. Museum at Turin* (*London Literary Gazette* 1828) et *Leipzig. Literat. Zeit.* 1828, nr. 5, p. 38 sqq. Rosellini, *Monumenti dell' Egitto e della Nubia, Parte I, Monum. stor.*, Vol. I, pag. 145 — 149. Pettigrew, *l. l.*, p. 154. — Papyrorum graeco scriptorum unius adhuc mentionem facimus a Gallo Linant in insula Elephantine reperti, qui fragmenta Iliadis continet. Cfr. San-Quintino, *Iscrizione bilingue sopra una mumia Egiziana* p. 64. — Omnium, quae hucusque repertae sunt, charterum papyracarum novissima, sub imperatore Heraclio, idib. Iun. anni 616 p. Chr. nat. viginti quatuor annis ante Arabum invasionem scripta) in Museo regio Parisiensi ad-servatur. Vide Letronne, *Motériaux pour l'histoire du Christianisme en Nubie*, p. 105.

## SECTIO TERTIA.

### FUNDAMENTA HIEROGLYPHICAE LITERATURAE.

*Hieroglyphica phonetica* nuperrima aetate illud vocatum est hieroglyphicorum signorum genus, quod non tam integris notionibus exprimendis quam sonis literisque indicandis inserviebat. Iam ante centum fere annos Francogallus Deguignes haud procul abfuit, quin phonetica signa inter reliqua hieroglyphica exstitisse arbitraretur, quum alphabeti originem ex hieroglyphica scriptura deducere conaretur <sup>1)</sup>; propius deinde accebat d'Origny, quum aniuad-verteret <sup>2)</sup>, figuras hieroglyphicas quamvis notionibus rebusque indicandis, haud vero exprimendis linguae sonis inseruissent, tam arcto vinculo cum populi lingua connexas fuisse, ut absque huius cognitione intelligi vix potuissent. Quibus longe eruditior Zoëga <sup>3)</sup>, qui primus <sup>4)</sup> *phoneticorum* hieroglyphorum nomen proposuit, certius etiam tulit iudicium, auctoritate usus Horapollinis <sup>5)</sup>, cuius tamen verba, quamvis eundem in finem a Letronnio advocata <sup>6)</sup>, aliam interpretationem admittunt <sup>7)</sup>. Procul tamen aberat, ut ii, qui eius modi hieroglyphorum usum suspicabantur, opinionem suam exemplis ab inscriptionibus monumentorum repetitis vel chartarum papyracearum auctoritate comprobarent; qua re inventoris gloriam meruit, qui primus omnium hoc fecit, Anglus Thomas Young, Medicinæ Dr. Londinensis (iam supra in secunda huius operis sectione non sine laude commemoratus), auctor capituli *Egypt* inscripti in supplemento Encyclopaediae Britannicae <sup>8)</sup>; quamvis negari nequeat, ea, qua ingrediebatur, via nostrae aetatis homines numquam ad certam hieroglyphicae literaturae intelligentiam perventuros fuisse, nisi Champollion, quem ea, quae Youngius reppererat, sensim sensimque veritati propius adduxerunt, aliud iter persecutus esset, quo tandem ipse eiusque discipuli ad finem exoptatissimum pervenerunt. Controversia inter hosce duumviros de merito ac gloria primae inventionis exorta ac diu propagata <sup>9)</sup>, tandem, rerum ab utroque viro inventarum copia magis magisque crescente, oblivione exstincta est: nihilo tamen secius vix possumus evitare, quin nostram hac de lite sententiam enuntiemus, quum nuperrime, re uti omnibus videbatur iamiam confecta, Klaproth infelicem istam controversiam denuo excitaverit <sup>10)</sup>. Opinamur igitur, absque ulla disceptatione Anglum gloriam meruisse, quod primus docuerit in ellipticis hieroglyphicae partis inscriptionis Rosettanae aliorumque monumentorum schematibus, quae omnium fere doctorum virorum consensu nomina propria continebant <sup>11)</sup>, nonnulla hieroglyphica signa literarum vicem tenuisse, et quid singula significarent indagare conatus sit, haud tamen adeo felici successu, ut errores penitus evitasset: opinamur praeterea, ope disquisitionum huius viri Champollionem, licet pertinaciter quodvis alius hominis auxilium

negantem <sup>12)</sup>, in rectam viam, qua unice ad intelligentiam hieroglyphicae veterum Aegyptiorum literaturae pervenire poteramus, esse perductum <sup>13)</sup>; haud tamen secius Francogallo meritum nequaquam esse derogandum methodo vere analytica suo iure ista enodasse, quae tamquam fundamenta hieroglyphices Aegyptiacae in Epistola ad Dacerium <sup>14)</sup> publico examini subiecit <sup>15)</sup>. Quod dudum viri docti agnovissent, tota etiam fortasse controversia nunquam exorta esset, nisi Champollion constanter negasset, se ullo modo observationibus eruditi Angli adiutum esse. Haec nostram de lite ista inter Youngium et Champollionem sententiam brevi ac succincta expositione eorum, quae Anglus repræsentare sibi videbatur et quae Francogallus se repræsentare demonstravit, confirmabimus.

Youngii alphabetum hieroglyphicum (si omnino hoc nomine appellare licet exiguum signorum numerum, quorum vim phoneticam monumentorum auctoritate comprobavit), nitebatur potissimum interpretatione annulorum, quibus Ptolemaei et Berenices nomina includuntur <sup>16)</sup>. [Tab. VIII, fig. 7. 8.] Parallelogramma, quod primum est signum nominis Ptolemaei, literam *P* exprimeret censuit; dimidiam circuli partem *T* literam; fructum cum seapo retrorsum verso superfluum putavit <sup>17)</sup>; Iconem syllabis *OLE* respondere arbitratus est; quod sequitur signum syllabae *MA*; duo, quae hoc excipiunt, folia literae *I*; ultimum denique signum syllabae *OS* sive *OSCH*. Eandem literarum et syllabarum signorum permixtionem in nomine Berenices agnoscere sibi visus est. Vas ansatum (coptice <sup>18)</sup> syllabam *BIR* exprimeret voluit; oculum literam *E*; sequens signum literam *N*; duo folia, uti in Ptolemaei nomine vocalem *I*; scabellum superfluum esse putavit; anserem denique syllabam *KE* sive *KEN* significare opinatus est <sup>19)</sup>. Haec tamen signa, quibus alia nonnulla accedebant, quae interpretatione vocabuli *εγρητιν* *graecus* [*Γάριος* <sup>19)</sup>] nancisceretur, ne unius quidem annuli explicationi, si nomen aliunde nondum innotuerat, sufficiebat: imo Youngius, quando se ad lectionem ignotorum nominum accingebat, in manifestos errores incidit, adeo ut loco tituli *αυτοκρατωρ* legeret nomen Arsinoe; loco tituli *καισαρ* nomen Euergetes, etc. <sup>20)</sup>. Praeterea opinabatur, eius modi scribendi ratione veteres Aegyptios singulis tantummodo casibus usos esse <sup>21)</sup>, ita ut phoneticum hieroglyphicae literaturae elementum minime perspectum haberet. Champollion contra demonstravit, systema phoneticum veterum Aegyptiorum longe simplicius fuisse; literas nunquam cum signis syllabicis permistas esse, sed integrum verumque existisse alphabetum, cuius singula signa singulis literis vel vocalibus vel consonantibus respondissent, neque in scribendis tantummodo propriis alienae gentis nominibus hac methodo usos esse veteres Aegyptios, sed eam iamiam in praeis Pharaonicae aetatis monumentis frequentissimè et variis rationibus, de quibus nunc agendum, esse adhibitam.

In Epistola ad Dacerium Champollion phonetica hieroglyphica in solis nominibus, cognominibus ac titulis graecorum ac romanorum Aegypti regum adhibita fuisse demonstravit; at simul argumenta enumeravit <sup>22)</sup>, ex quibus satis evidenter cluceret, iam ante Macedonum dominationem hieroglyphica frequenter sonis exprimentis adhibita esse. Quod patere dixit, nec sine iniuria, ex corruptione nominum graecorum, quae nulla ratione explicari posset, si Graeci primi fuissent, qui eius modi scribendi generi ansam dedissent; deinde ex frequenti commutatione literarum consonantium *A* et *T*, *K* et *G*, *Π* et *Φ*, *A* et *P*, quae more aegyptiacam huius methodi usum indicaret. Iam tunc significavit, phonetica

hieroglyphica inde ab antiquissimis temporibus necessarium hieroglyphicae literaturae elementum fuisse <sup>23</sup>).

Inscriptionis Rosettanae pars hieroglyphica nullum aliud nomen praeter Ptolemaei praebuit [Tab. VIII, fig. 9], quod iisdem signis scriptum in annulo inscriptionis in obelisco Philensi <sup>24</sup>) deprehendebatur [Fig. 10] una cum alio annulo [Fig. 11], quem reginae cuiusdam nomen continere ex signis, quibus femininum genus indicabatur [Fig. 12], patuit. Quam reginam nullam aliam fuisse nisi Cleopatram, ex graeca inscriptione in podio obelisci reperta, quam Letronnius <sup>25</sup>) solito ingenio explicuit, intelligebatur. Ut quis convinceretur, hieroglyphica, quibus hoc nomen scriptum est, phonetica esse naturae, nulla alia re opus erat, nisi comparatione eorum signorum, quae utrique nomini communia etiam in demotica scriptura iisdem literis erant expressa. Itaque significatio sequentium signorum phonetica innouit:

Leo quiescens . . . . .	<i>Λ</i> .
Penna . . . . .	<i>E</i> .
Penna bis repetita . . . . .	<i>Λ</i> .
(in nomine Ptolemaei, vocalis pronuntiata more e productae)	
Flos (sive fructus) cum scapo retrorsum verso <i>O</i> .	
Parallelogramma . . . . .	<i>Π</i> .

Quo ex consensu literarum (excepta litera *T*, quae in nomine Cleopatrae manu aperta, in annulo Ptolemaei segmento sphaerae expressa est), ac praeterea quia literae, quae nomen Cleopatrae haud communes habebat cum Ptolemaei nomine (i. e. *K* et *P* in prioris annulo, *M* in posterioris schemate) imo unice in illo deprehendebantur, cui propriae erant, phonetica hieroglyphorum hisce annulis circumscriptorum natura manifesto elucebat, ita ut omni verisimilitati repugnaret, errorem committi ab isto, qui reliquis etiam figuras, quarum significatio comparatione nondum innouerat, literarum vim habere coniceret. Hac igitur ratione Champollion duodecim signa reperit, quae literis *A*, *AI*, *E*, *K*, *A*, *M*, *O*, *Π*, *P*, *Σ*, *T* (duo diversa) respondebant. Deinde ulterius progrediens haec signa alii annulo, qui in pariete templi Carnacensis (olim Thebani) deprehenditur <sup>26</sup>), adhibuit nomenque inuenit *ΑΑΧΣΕΥΤΡ* sive *Αλέξανδρος*. Simul ex hisce paucis interpretationibus facile agnoscebatur, unum eundemque sonum compluribus hieroglyphis phoneticis expressum esse, et fundamentum huius methodi fuisse principium acrologicum <sup>27</sup>); ita enim, ut *p* litera figura oris (aegyptiaca *po*) exprimeretur etc., quod principium Champollion ita enuntiavit, ut minus esset restrictum, quam postea a Gouliano et Klaproth factum est <sup>28</sup>). Annulus, qui nomen Berenices continet et Youngio primam hieroglyphicam alphabetum proponendi ansam dederat <sup>29</sup>), novum signum praebuit, scilicet literae *B*, novaeque figuras, quae literis *K* et *Σ* respondebant. Denique interpretatio magnae similitudinis schematum copiae integrum dedit alphabetum hieroglyphorum phoneticorum longamque signorum homophonorum seriem. In tabula IX omnes dedimus figuras literarum vicem tenentes, quae hucusque innotuerunt, de quibus singulis in fine huius sectionis nonnulla monebimus. Simul cum hisce signis Champollion, qui nomina annulis circumscripta cum locis, ubi reperta erant, comparavit, historica quaedam facta detexit <sup>30</sup>), et longam cognominum graecorumque titularum (ex. gr. *αὐτοκρατορ*, *καίσαρ*, *αβαστής* al.) seriem reperit <sup>31</sup>).

Haec fere sunt, quae Champollion in Epistola ad Dacerium exposuit et postea ulterius persecutus est in duobus operibus, quorum alterum post mortem denum auctoris apparuit uerum prorsus absolutum est. Prius inscribitur:

*Précis du système hiéroglyphique des Égyptiens, ou Recherches sur éléments premiers de cette écriture sacrée, sur leurs diverses combinaisons et sur les rapports de ce système avec les autres méthodes graphiques égyptiennes. Avec un volume de planches. Paris. 1824, 8. Second. edit. 1828, 8. Nos, nisi contrarium monemus (adiuncta litera A), constanter secunda editione utimur. —*

posterius:

*Grammaire Égyptienne ou Principes généraux de l'écriture sacrée Égyptienne appliquée à la représentation de la langue parlée, publiée sur le manuscrit autographe, par l'ordre de M. Guizot, Ministre de l'instruction publique. Première partie. Paris. 1836, fol. °).*

Primo loco demonstavit, etiam nomina Graecorum Romanorumque privatorum hominum phoneticis hieroglyphis scripta esse, sed absque annulis istis, quibus regum nomina tituliue circumeluduntur<sup>32)</sup>. Graeca ac demotica pars inscriptionis Rosettanae praebent nomina Ἀσίης (Ἀσιος?) Πύρρα, Αιογένης aliarumque personarum, quae non ad regiam Ptolemaeorum familiam pertinebant. Quodsi hieroglyphica pars huius inscriptionis integra ad nos pervenisset, quaestio confestim soluta esset, utrum in huiusce modi etiam nominibus scribendis, quod sane expectare licebat, Aegyptii phoneticis hieroglyphis usi sint an secus, et num simili ratione (qua in regis nominibus ac titulis, quae annulis circumdedere) indicassent, se non cogitationes sed linguae sonos hieroglyphicis figuris expressuros esse. At non deerant alia illius monumenta aetatis, qua Lagidae ac deinde Romani imperatores in Aegypto regnarent, indeque certissimis demonstrari poterat argumentis, nomina privatorum hominum phoneticis hieroglyphis scripta esse ac serie quidem figurarum non interrupta sine ulla peculiari indicatione<sup>33)</sup>. In obelisco Barberino, qui nomina exhibet Hadriani eiusque uxoris Sabinae (Tab. V, fig. 51), atque igitur Romanorum imperatorum aetate sculptus est, signorum complexus, quem in Tab. X, fig. 1 delineavimus, plus semel conspicitur. Alphabetum ex Graecorum Romanorumque Aegypti regum nominibus erutum et hisce signis adhibitum praebuit nomen ANTEIN..C, in quo statim agnoscitur Antinous, notissimus ille iuvenis Hadriano imperatori dilectissimus, qui in Nilo perit ac post mortem divinis honoribus colebatur<sup>34)</sup>. Obeliscus Beneventanus<sup>35)</sup>, qui Domitiani<sup>36)</sup> imperatoris nomine ornatus est, praebuit nomen Lucillii, ΛΟΤΚΛΙΔΙΟΣ [Tab. X, fig. 6]. In obelisco Borgiano<sup>37)</sup>, quem materiae, qua confectus est, natura ipsiusque operis externa conditio sub Romanis imperatoribus sculptum esse docent, quamvis Zoëga<sup>38)</sup> eum Psammeticho non multo esse iuniorem contenderet,prehenduntur nomina ΣΚΣΤΣ [fig. 7] ΔΦΙΚΑΝΣ [fig. 8], in quibus confestim Sextum Africanum agnosces. Alia huiusce modi nomina graeca et romana dedimus in tabula V:

fig. 47. Ταφικ, Ἀφγνη.

— 48. Ἀλαμικ, Ἀπολλώνιος.

— 49. Ἀμικ, Ἀμμώνιος.

— 50. Ἐρνικ, Cornelius<sup>39)</sup>.

<sup>39)</sup> De operis adornatione vide quae monimus in *Jahrbücher für wissenschaftl. Kritik*, 1837, Febr.



Quum igitur demonstratum esset, hieroglypha, quae Champollion sonis linguae exprimendis-inserviisse agnoverat, omnibus alienarum gentium nominibus propriis scribendis esse adhibita, statim quaestio exoriebatur, utrum hancce vim phoneticam ubivis retinerent, an alia occasione, quando non nomina propria alienae gentis hominum scribenda erant, symbolicam significationem adsumerent. Quod si posterius esset factum, veterum Aegyptiorum methodus, nomina propria exterarum gentium exprimendi prorsus similis fuisset Sineusium methodo, qui eius modi nomina in partes divellunt, quas solitis notis ideographicis exprimere possunt<sup>40)</sup>. At Champollion demonstravit, hieroglypha phonetica, nisi signum  $\circ$  (□ accedebat<sup>41)</sup>), quo indicabatur notas significatione vel figurativa vel symbolica esse accipieudas, ubivis sonis exprimendis inserviisse, ideoque, quum certe dodrans inscriptionum hieroglyphicarum iisdem figuris frequenter repetitis constaret, necesse esse, ut longe maxima pars hieroglyphicae literaturae phoneticis notis, i. e. literis, composita esset. Quod ut tanta fiducia contenderet Champollion, primum opere mero mechanico adducebatur, quum eiusdem argumenti inscriptiones hieroglyphicas inter se diligenter compararet, differentias sedulo enotaret et hac via alphabetum signorum homophonorum componeret, quod cum alphabeto primitivum ex nominibus propriis eruto penitus congrueret. In hisce igitur inscriptionibus hieroglyphicae figurae ideographicam significationem habere non poterant. Idem reperit, quum chartam papyraceam hieroglyphice scriptam cum eiusdem argumenti papyro hieratico compararet, et duas chartas hieratice scriptas eiusdem argumenti inter se conferret, unde statim intellexit, hieraticam quoque scripturam, quam ipse ideographicam fuisse eo usque contenderat, homophona signa (eaque ut omnes reliquas figuras ex hieroglyphis transmutata) admisisse, quod nulla ratione explicari potest, si re vera hocce scribendi genus ideographicum fuisset, quum nulla idonea causa excogitari posset, quam ob causam veteres Aegyptii sex vel octo, immo quindecim signis prorsus diversis usi essent ad unam eandemque notionem exprimendam, dum non difficile erat explicatu, quomodo factum esset, ut complures phoneticae notae (sive mavis literarum formae) uni eidemque sono responderent.

Primo loco sese offerebat quaestio, num alphabetum hieroglyphicum, ex graecorum romanorumque Aegypti regum nominibus erutum antiquioribus etiam inscriptionibus hieroglyphicis applicari posset. Frequentissime occurrunt notae hieroglyphicae, quibus varii cognationis gradus indicantur. Ita *filii* significatur hieroglyphorum complexibus, quos delineavimus in tab. X, fig. 10 — 16. Ea quae disquisitionibus suis ulterius progrediens reperit Champollion tantopere cum coptica lingua congruebant, ut nulla dubitatio de certitudine methodi ab ipso inventae remanere posset. Signa sub num. 10 et 11 secundum alphabetum phoneticum explicata legenda sunt sive  $\text{ⲙⲁ}$ , quod *oris*, *uasci* significat, vel *ⲙⲉ filius*. Posterior vocabulum agnoscitur in compositis  $\text{ⲙⲉⲓⲙⲁⲧ}$ ,  $\text{ⲙⲉⲓⲙⲁⲧ}$ ,  $\text{ⲙⲉⲓⲙⲁⲧ}$ , aliisque pluribus. Complexus hieroglyphorum, quos sub num. 12 adscripsimus, significant *ci filius*, quod vocabulum iam Ackerblad in nomine  $\text{Ⲛⲙⲡ-ⲉⲓ-ⲛⲉⲉ}$ , *Horus, filius Isis*<sup>42)</sup> agnovit. Locum ovatae figurae, quae in hoc complexu literae  $\bar{c}$  respondet, interdum occupat imago infantis os manu tегentis, quo hieroglypho etiam in inscriptione Obelisci Pamphili  $\bar{c}$  litera in nomine  $\Sigma\epsilon\beta\alpha\sigma\rho\acute{\iota}\varsigma$  exprimitur. Complexus sub numeris 13 — 16 delineati praebent verbum  $\text{ⲙⲁⲥ}$  sive *mac*, quod in coptica lingua significat *procreare*, ideoque legendi sunt  $\text{ⲙⲁⲥ}$  sive

αιιϛϛ, *filius* sive *proles*. Ita in hieroglyphica parte inscriptionis Rosettanae, figurae, quas sub nr. 17 adscripsimus, respondent graeco vocabulo γυνήδλια. Constat enim complexus signo, quod  $\bar{\eta}$  literam exprimit et h. l. acrologice ερογ *dies* significat; disco solari, quo symbolice dies indicabatur <sup>43</sup>); et figuris, quae *natales* significant: ideoque respondet coptico vocabulo εογαιιϛ i. e. *dies natalis*. Monet praeterea Champollion <sup>44</sup>), αιιϛ sive αιιϛϛ magis maternam originem, quae apud Aegyptios propter polygamiam maximi erat ponderis <sup>45</sup>), ιιϛ vero et ϛι magis paternam videri significasse. Ita praeter opinionem fere accidit, ut et reliqui complexus phoneticorum hieroglyphorum, quibus cognationis gradus indicantur, cum vocabulis copticis magis minusve consentirent; quamvis exceptionem faciat ille, quo *pater* significatur [Tab. X, fig. 18]. Secundum phoneticum alphabetum hieroglyphicae notae legendae sunt ετγ <sup>46</sup>). Initio Champollion legit τογϛ sive τγϛ, inque hoc vocabulo radicem copticam ταιγϛ, ταιγϛ *producere*, *procreare* agnovisse sibi videbatur, quam ex ται (+) *dare* et σγϛ *semen* compositam esse arbitrabatur <sup>47</sup>). In prima huius operis sectione monuimus, ingeniosum Gallum Thilorier <sup>48</sup>) hasce notas non, ut Champollion fecit, τογϛ, τογϛ vel τγϛ legisse, sed ιιιτ interpretatum esse, quod ad amussim cum coptico vocabulo, qua *pater* appellatur, congruit. Ut apogoga, quae affert, taceamus argumenta, hanc unicam, qua nititur, commemoramus causam, quod demotica signa, quibus *patris* notio exprimitur, nulla alia ratione nisi ιιιτ explicari possunt. Restat tamen difficultas, quod cerastus proprie  $\bar{\eta}$  literae respondebat, uti licet videre ex tabula IX, nr. 53 et exinde patet, quod hac eadem nota pronomem personale suffixum tertiae personae indicatur (v. infra). Itaque etiam Rosellini <sup>49</sup>) legendum esse censet τγϛ vel τγϛ. Quod Champollion initio cerastum non  $\bar{\eta}$  sed  $\bar{\sigma}$  exprimere dixit, facile vindicari poterat magna exemplorum copia <sup>50</sup>), in quibus  $\bar{\sigma}$  et  $\bar{\eta}$  invicem commutatae deprehenduntur <sup>51</sup>). Notio *matris* vulgo symbolice vulturis <sup>52</sup>) imagine exprimebatur, qui secundum varias dialectos vel αιιϛϛ vel αιιιιϛ vel αιιιϛ appellabatur. Cui imagini quum segmentum sphaerae ( $\bar{\eta}$  litera alphabeti phonetici) subiici solet, ut genus femininum indicaretur, vocabulum integrum legendum erat αιιιϛτ sive αιιιϛτ, quo nomine secundum Plutarchum <sup>53</sup>) *mater* vocabatur. Iam reliquos complexus, qui huc pertinent, quam brevissime fieri potest, indicabimus:

Tab. X, fig. 21: *Frater*,  $\bar{\sigma}$ ,  $\bar{\sigma}$  cum formis compendiaris.

— —, fig. 22, 23, 24: ετγ, εογτϛ, *Res*.

In hoc vocabulo aegyptiaco Champollion verbum memphiticum εογτϛ i. e. *dirigere* agnoscere voluit. Nullo modo in dubitationem vocari potest, quin Champollion huius complexus notarum hieroglyphicarum veram significationem indicaverit, praesertim quum literae demoticae <sup>53</sup>) hisce signis hieroglyphicis respondeutes in demotica inscriptionis Rosettanae parte occurrant atque ibi quoque *regis* notionem expriment [Tab. I, fig. 3]. Etiam Rosellini <sup>54</sup>) et Salvolini <sup>56</sup>) sententiam Champollionis probaverunt. At Klaproth <sup>55</sup>) hanc interpretationem phoneticam pluribus dubitationibus obnoxiam esse contendeat, ac nuperrime Thilorier <sup>57</sup>) ingeniosis combinationibus aliam eamque, uti

<sup>43</sup>) Quod ait Champollion complexum hieroglyphorum, quem ετγ legit, propria detruncatum

esse ex alio, quem tab. V, fig. 63 delineavimus, equidem non intelligi.

opinabatur, probabiliorem harum notarum explicationem proposuit. Primum demonstravit semicirculi figuram non solum sonos  $\bar{\tau}$  et  $\bar{\alpha}$ , sed etiam  $\bar{\kappa}$  et  $\bar{\nu}$  expressisse, ita tamen ut, quando facile fieri poterat, ut soni illi inter se permutarentur, segmentum sphaerae, quo soni gutturales indicabantur, maius fuerit, quam illud, quo literae dentales significabantur. Etiam in demotica scriptura similem affinitatem inter signa hieroglyphicis illis notis respondentia et homophonas literas intercedere monstravit, quod intelligitur collatis nominum formis, quas delineavimus in tab. I:

- fig. 4. *Ptlomes.* }  
 — 5. *Kloptra.* }  
 — 6. *Kloptr.* }  
 — 7. *Ptloms.* }  
 — 8. *Kloptra.* }  
 — 9. *Tiögues.* }  
 — 10. *Brnk* (Berenike). }  
 — 11. *amans fratrem suum* <sup>58)</sup>. }

Hancce signorum, sonos gutturales et dentales experimentium, affinitatem, quae in omnibus fere notis alphabetis animadvertitur, minime fortuitam esse tum ex disquisitionibus nostra aetate de etymologia linguarum indo-germanicarum institutis tum ex ingeniosis observationibus, quas de ipsorum sonorum gutturalium et dentalium affinitate, cuius causae in linguae mechanismo quaerendae sunt, deque solita literarum hocce sonos experimentium commutatione fecit Thilorier. Itaque pro  $\text{COTREN}$  legendum esse censuit  $\text{COTREN}$ , unde adhibito inversionis principio, de quo in prima huius operis sectione disseruimus, titulum regis Aethiopiae derivat, qui hodiernum  $\text{ገገህ}$  *Negús* appellatur <sup>59)</sup>. Hinc explicare conatus est, cur etiam in inscriptionibus, quae a dextra ad laevam scriptae sunt, constanter (ita enim ait) ordo notarum hieroglyphicarum hocce vocabulum constituentium, directioni reliquorum signorum fuerit contraria, qua ratione veteres Aegyptii externam nominis originem indicare voluissent. Atqui minime verum est, quod de contraria signorum, quibus vocabulum  $\text{CTA}$  componitur, directione asserit: praetereaque Aegyptii, si revera vocabulum illud ex alienae gentis idiomate petitum esse concessissent, longe rarius eo usi essent, dum in omnibus hieroglyphicis inscriptionibus ad exprimendam regis notionem constanter deprehendatur. Commemoratu tamen digna est affinitas literae aethiopiae  $\text{ገ}$  cum signo respondentii complexus hieráticos [Tab. X, fig. 25]. Plures dubitationes, quae sententiae suae opponi possunt, ipse Thilorier non infeliciter sustulit: ac prae reliquis grave pro opinione sua argumentum reperisse sibi visus est in nomine Aethiopiae terrae a praecipuis Aegyptiis tributo  $\text{Παλινοσους}$ , quod Champollionem <sup>60)</sup> perperam interpretatum esse contendit. Auctore Thilorier <sup>61)</sup> hoc vocabulum nihil aliud significat, nisi *terram regis, qui Negus vocatur*, quam  $\bar{\sigma}$  frequenter vim  $\bar{\nu}$  literae teneat (v. infra), quae cooptico alphabeto prorsus defuit <sup>62)</sup>. Quod si Aethiopia et Aegyptus antiquissimis temporibus re vera tam arcto vinculo coniunctae fuerunt, quam hodie putari solet <sup>63)</sup>, vix mirum videri posset, regis titulum in aethiopia lingua <sup>64)</sup> et in antiquissimis aegyptiacae linguae monumentis prorsus congruere. Eadem res esse videtur in titulis, quos alii populi ab alienis gentibus deprompsere v. c. *Papst* ( $\text{Πάππας}$ ), *Kaiser* (*Caesar*), *empereur* (*imperator*) etc. Ita etiam, uti recte monet

Thilorier, Turcarum imperator in documentis publicis numisque antiquum Tartaricorum principum titulum خان *Khan* sive خانان *Khakan* retinuit. Uti igitur indicium<sup>65)</sup> ⲉⲣⲁ retinuerunt sacerdotes Aegyptii quod tandem aliquando prorsus in populi linguam ita transit, ut omnes Aegypti reges Pharaones vocarentur, ita aethiopicum domesticumque vocabulum Negus retinuerunt, quo tamen nunquam nisi in publicis documentis (quo inscriptiones hieroglyphicae aperte pertinent) usi essent. Posset praeterea adici, alia quoque vocabula aethiopicae originis in linguam aegyptiacam transiisse, v. c. vocabulum *Gabbara*, quo secundum Augustinum<sup>66)</sup> Aegyptii *cadavera medicata* (mumias) appellabant. Frustra enim huiusce nominis etymon in coptica lingua quaesiverunt Lacroze, Jablonski<sup>67)</sup> et Forster<sup>68)</sup>; in aethiopica statim repperit Rossi<sup>69)</sup>. Minime negamus, ingeniosum Thilorier sententiam suam haud ineptis argumentis defendisse. Tamen ingeniosus est quam verior. Aperte enim refutatur eo hieroglyphorum complexu, quo *regina* ⲧⲉⲧⲏⲁ significatur. [Cfr. tab. V, fig. 64.] Praeterea prorsus falsa est orthographia Πηλάνσοος, quum potius Πηρῆσοος scribendum sit, quod nulla alia ratione interpretari licet, nisi 𐤀𐤏𐤁 (II Reg. XIX, 9), *terra Kusch* i. e. *Aethiopia*. In hieroglyphicis inscriptionibus Aethiopia vocatur Ⲭⲏⲩⲉ, Ⲇⲟⲩⲩⲉ, Ⲇⲟⲩⲩⲉ<sup>70)</sup>. Sed redeamus ad simplicissimos phoneticorum hieroglyphorum complexus, quo pertinet:

Tab. X, fig. 26. ⲙⲁ *locus*<sup>71)</sup>.

Sequuntur exempla illius signorum generis, quod grammaticam habet significationem i. e. generi, numero, personis, temporibus indicandis destinatum erat<sup>72)</sup>:

Tab. X, fig. 27. Nota generis feminini, quae coptico articulo ⲧ respondet. Itaque significatur complexu, quem delineavimus in

— — — 28. ⲧⲉⲓ, *filia*.

— — — 29. ⲧⲉⲓ, *soror*.

— — — 30. ⲧⲙⲁⲧ, *mater*.

— — — 31. Nota generis masculini ⲛ, quae coptico articulo ⲛ sive ⲉ respondet. Saepenumero solum genus, haud simul numerum indicat, unde factum est, ut in hieroglyphicis inscriptionibus ⲛⲉ et pronomen possessivum ⲛⲁ pluralis numeri formas praecedant<sup>73)</sup>.

Pluralis numerus in hieroglyphica scriptura, uti etiam in coptica lingua, duplici ratione indicatur, sive praeposito articulo ⲛ [cfr. tab. X, fig. 32, 33, ubi duae figurae, literae ⲛ respondent adscriptae sunt, quibus hac in re utebantur veteres Aegyptii], coptice ⲛⲁ; sive additis in fine nominis vocalibus quibusdam literis, vel

tab. X, fig. 34. ⲉ sive ⲓ, vel

— — — 35—37. ⲟⲩⲧ, prorsus uti in coptica lingua<sup>74)</sup>.

Genitivus apud Coptos praepositionibus ⲛ vel ⲁ vel ⲛⲧⲉ indicabatur; eademque ratione factum est in inscriptionibus hieroglyphicis. [Cfr. tab. X, fig. 32. 33. 35.] In dialecto sahidica adiectiva saepenumero formantur praeposito ⲛⲧ; eodemque modo in hieroglyphica scriptura [fig. 39].

Praeterea Champollion repperit pronomen personale tertiae personae ⲛⲧⲟⲩ [fig. 40]. Ipsa personalium pronominum natura effecit, ut rarius inveniantur in hieroglyphicis inscriptionibus; praesertim pronomen primae personae ⲁⲛⲟⲩ, quod non nisi in eius modi enun-

tiationibus, qualis erat inscriptio imagini Isis in templo Saïtico subiecta, quam Plutarchus 75) memoriae mandavit, locum invenire poterat. Longe frequentius occurrunt pronomina personalia affixa. Ita saepenumero in inscriptione Rosettana recurrit praefixum et affixum tertiae personae q, quod cerasti figura redditur: ita praeterea pronomina inveniuntur nk, nak sive nek [fig. 41]; nq, naq sive neq [fig. 42]; nc, nac sive nec [43]; pq, paq sive paq [44]. Prae reliquis notamus complexus hieroglyphicos, in quibus pronomina haec cum variis istis vocabulis coniuncta deprehenduntur, quibus cognationis gradus exprimuntur. Pronomen, uti iam monuit Champollion, haud, quemadmodum in coptica lingua, inter articulum nomenque appellativum infigitur, sed nomini in fine affigitur. Quamvis primo obtutu mirum videatur, tantam mutationem linguam veteris Aegypti subisse, donec eam, quam in Coptici idionatis tribus dialectis observamus formam acceperit, ut veteres Aegyptii (*frater suus*) dixerint, recentiores Copti contra neqcon; tamen hieroglyphicarum notarum ordo rei naturae prorsus convenit. Nullo enim argumento probari potest, veteres Aegyptios, qui con-q scripserunt, eodem etiam modo vocabulum enuntiasse. Coniunctio signorum, quibus fratris notionem exprimebant, iis complexus ut ita dicam inseparabilis videbatur, cuius significationem maluerunt amplecti quam pronuntiationem. Quod si igitur huic notioni addere voluerunt relationem, quam pronomen illud tertiae personae exprimebat, hoc simplicissima ratione ita efficiebatur, ut figurarum hieroglyphicarum arcte cohaerentium, qua notio ista indicabatur, complexui eique uti diximus fere inseparabili, quasi aggregatione quadam signum adiceretur, quo relatio, de qua agitur, exprimebatur quidem, sed non ita, ut simul pronuntiationis ratio indicaretur. Haec non a notarum hieroglyphicarum ordine, qualis apparet, dependebat, sed a populi consuetudine linguae genio ac naturae consentanea. Primo statim obtutu veteris Aegypti incolae notionem, quam figuris hieroglyphicis expressam viderunt, amplectebantur ita ut genuinum pronuntiandi modum confestim substituerent. Huiusce modi plures complexus dedimus in tab. X, fig. 45 sqq.

- Fig 45. ceq, eq, *filius eius* (viri).  
 — 46. cec, ec, *filius eius* (feminae).  
 — 47. ceq, *filia eius* (viri).  
 — 48. cec, *filia eius* (feminae).  
 — 49. tamtq, *mater eius* (viri).  
 — 50. tamtc, *mater eius* (feminae).  
 — 51. eq, *frater eius* (viri).  
 — 52. ec, *frater eius* (feminae).  
 — 53. eqtq, *soror eius* (viri).  
 — 54. eqtc, *soror eius* (feminae).  
 — 55. totq, tq, eqq (coptice neqwt), *pater eius* (viri).

Champollion exemplum huiusmodi complexuum affert ex inscriptionis Rosettanae l. 10. Verba, quae in fig. 56 tabulae X adscripsimus, respondent graecis: *Ἡρως ὁ τῆς Ἰσιδος καὶ Ὀσίριδος υἱὸς ὁ ἐκπεπρωμένος τῷ πατρὶ Ὀσίρι.* Singularum notarum significatio patet ex iis, quae hucusque disseruimus, ita ut legendum sit:

(qwp) ci ñ (oqcepe) nac ñ (ncc)

*Horus, filius Osiridis, procreatus ab Iside.*

Ea quoque, quae haec excipiunt verba phoneticis notis scripta sunt, excepto Osiridis nomine, ita ut legenda sint:

ⲥⲧⲧ ⲉⲧⲓⲛ̅ (ⲟⲩⲉⲣⲉ)

*defensor patris sui Osiridis;*

quorum verborum id, quod primo loco positum est, in sexta hieroglyphicae partis inscriptionis Rosettanae linea recurrit et ibi quoque graeco verbo ἐπαμύνατος respondet <sup>76</sup>). In tabula V. sub nr. 85 et 86 duplicem tabulam pronominum personalium seorsim positorum et affixorum dedimus, duce Salvolini <sup>77</sup>):

Tab. V, fig. 85, nr. 1. ⲁⲛⲕ (a et b), ⲛⲕ (c). Huius tertiae formae ultimum signum mere est determinativum, quod exinde patet, quia ubi rex loquitur, regis; ubi deus, dei; ubi dea, deae imago subsequitur. Coptice ⲁⲛⲟⲕ; *ego*.

- —, — —, — 2. ⲛⲧⲕ (a); ⲛⲧⲟ (b) femin. Coptice ⲛⲧⲟⲕ; *tu*.
- —, — —, — 3. ⲛⲧⲓⲛ̅ (a); ⲛⲧⲉⲥ (b) femin. Coptice ⲛⲧⲟⲩ, ⲛⲧⲟⲩ; *ille, illa*.
- —, — —, — 4. ⲁⲛⲕ (a); ⲛⲕ (b). Coptice ⲁⲛⲟⲕ; *nos*.
- —, — —, — 5. ⲛⲧⲟⲩⲛ̅. Coptice ⲛⲧⲱⲧⲉⲛ; *eos*.
- —, — —, — 6. ⲛⲧⲉⲕ (a); ⲉⲛ (b) compendium; ⲛⲉⲕ (c) orthographia hieratica. Coptice ⲛⲧⲟⲩⲧ; *illi, illae*.
- —, fig. 86, nr. 1. ⲓ (a), cum signo determinativo (b). Coptice ⲓ (sive ⲧ); *ego*.
- —, — —, — 2. ⲕ (a); ⲧ (b, c) femin. Coptice ⲕ; ⲉ (sive ⲧⲉ); *tu*.
- —, — —, — 3. ⲓ (a); ⲉ (b) femin. Coptice ⲓ *ille; c illa*.
- —, — —, — 4. ⲛ (a, b). Coptice ⲛ (sive ⲧⲏ, ⲧⲉⲛ); *nos*.
- —, — —, — 5. ⲧⲏ (a, b, c). Coptice ⲧⲏ, ⲧⲉⲛ (sive ⲧⲉⲧⲏ); *eos*.
- —, — —, — 6. ⲉⲛ (a, b), ⲉ (c), (d) femin. Coptice ⲟⲩ, sive ⲉⲉ, sive ⲉⲟⲩ [cfr. supra not. 41 \*]; *illi, illae*.

Eadem ratione Champollion significationem sequentium notarum grammaticarum indicavit; quas in tab. XII, fig. 26—48 delineavimus:

- Fig. 26: ⲛⲁ sive ⲛⲏ sive ⲛⲁⲓ, pronominis demonstrativi genus, quod nominum appellativorum numero plurali iungitur; ex. gr. in loco sequenti desumpto ex inscriptione Rosettana (L 12): (ⲛⲉ) ⲟⲩⲛⲏⲁ ⲛⲁ (ⲏ) ⲛⲣⲏⲧⲉ ⲓ. e. *sacerdotes, qui ad templa pertinent*.
- 27: ⲛⲧ vocabulum coniunctivum, quod respondet sahidico ⲛⲧ.
  - 28: ⲗ. Haec nota in certis quibusdam coniunctionibus pronomini relativo linguae copticae ⲗ respondere videtur.
  - 29: ⲛⲁ sive ⲡⲁ, *is qui pertinet ad* ....., uti in coptica lingua; pronomen demonstrativum.
  - 30: Complexus homophonus.
  - 31: ⲧⲁ sive ⲟⲁ eiusdem pronominis forma feminini generis.
  - 32: Alia eiusdem vocabuli orthographia.
  - 33: ⲛⲧ Pronomen demonstrativum praefix. mascul. sing., quod respondet coptico ⲛⲉⲧ sive ⲛⲉⲟ.
  - 34, 35: Complexus homophoni.

Fig. 36:  $\tau\text{HT}$  (coptice  $\tau\text{HT}$ ), eiusdem pronominis forma feminini generis.

- 37:  $\text{H}$ , pronomen simpl. person. sec. mascul. generis.
- 38:  $\text{c}$ , eiusdem pronominis forma feminini generis.
- 39:  $\text{q}$ , pronomen praeifixum tertiae personae sing. praesentis masc. generis (etiam tertiae personae praeteriti masc. gen. sing.).
- 40:  $\text{c}$ , eiusdem pronominis forma feminini generis.
- 41:  $\text{n}$ , pronomen affixum tertiae personae pluralis praeteriti. Idem signum respondet praepositioni copticae  $\text{h}$ .
- 42:  $\text{cnc}$ ,  $\text{cnn}$  (coptice  $\text{cnc}$ ,  $\text{cnn}$ ), affixum tertiae personae pluralis futuri.
- 43:  $\text{c}$  (coptice  $\text{cc}$ ), praef. tert. pers. plur. praes.
- 44:  $\text{cHT}$ , terminatio participii passivi.
- 45: Complexus homophonus illi, quem fig. 42 adscripsimus.
- 46:  $\text{h}$ , (coptice etiam  $\text{q}\text{h}$ ), *de*, *in*.
- 47:  $\text{h}$  sive  $\text{q}\text{h}$ , *in*.
- 48:  $\text{q}\text{H}$ ,  $\text{q}$ , *et*.

Ex iis, quae hucusque disseruimus, patet, magnam hieroglyphicarum inscriptionum partem phoneticis signis scriptam esse, quod longe dilucidius emergit ex nominibus deorum dearumque veteris Aegypti, quae prae reliquis vocabulis alia, quam phonetica ratione expressa esse expectasses.

Super imaginibus numinum Aegyptiacorum deprehendi solent inscriptiones hieroglyphicae, quae a certis quibusdam notis incipiunt, quas Champollion cum formula Coptorum  $\tau\text{HT}$   $\tau\text{c}$   $\text{oc}$  sive  $\tau\text{HT}$   $\text{OH}$ , *haec est imago*, comparavit [Tab. X, fig. 58], et quas deinde excipit praepositio  $\text{h}$ , signis supra commemoratis expressa. Praemissis hinc hieroglyphicis notis sequitur nomen numinis, cui in fine additum est signum figurativum, quo in genere deorum dearumque nomina determinantur, uti multis ex locis hieroglyphicae partis inscriptionis Rosettanae comparatis tum inter se, tum cum demoticis graecisve verbis respondentibus apparet. Non solum nomina Aegypti numinum, quorum longe maxima pars iamiam ex graecis romanisque scriptoribus innotuerat, hoc modo Champollion explicuit, sed multa detexit, quae ad ordinem dignitatemque relativam diversorum numinum, materiem cultus Aegyptiaci pertinent, eaque exposuit in opere suo inscripto *Panthéon Égyptien* <sup>76</sup>). Quum explicatio hieroglyphicorum nominum, quae singulis dis deabusque propria erant, iam per se ipsam spectata maximi sit momenti; quum praeterea, uti iam indicavimus, haud exigui sit ponderis in expositione phoneticis systematis hieroglyphicae veterum Aegyptiorum literaturae, primo loco nonnulla horum nominum adscribenda esse censuimus.

Numen, quod capite aquilino, rubro disco ornato, pingi solet <sup>77</sup>), procul dubio est Sol, cuius nomen aegyptium RE, RA sive RI tum ex fragmentis Eratosthenis notum est, tum in gemmis gnosticis vel basilidicis frequenter deprehenditur. Complexus hieroglyphici; quos in tab. X, fig. 59 adscripsimus, huius dei nomen exprimunt, quod vel figurativum esse potest, vel phoneticis adnumerandum. Quod si posterior sententia verior esse censetur, legendum est  $\text{PH}$ . Alius hieroglyphorum complexus, quem in tab. X, fig. 1 delinea-  
vimus, aperte phoneticis signis compositus est, ideoque explicandus  $\text{PH}$ .

Aliud dei Aegyptii nomen est Ammonis, qui capite arietis Thebis potissimum adorabatur, et cuius imago in omnibus fere Thebarum monumentis deprehenditur. Cfr. tab. XI, fig. 2, ubi  $\Delta\text{M}\text{N}$  scriptum est <sup>80</sup>).

Sequitur alius dei nomen, qui pariter capite arietis pingi solet, at ab Amnone ea in re differt, quod in capite vel serpens (*οὐράιος*, *basiliscus* <sup>81</sup>) supereminet, vel tegumentum variis modis formatum conspicitur. Huiusce dei nomen varia ratione exprimitur, modo [Tab. XI, fig. 3]  $\Delta\text{M}\text{N}-\text{RN}$ , Ammon-Re sive Ammon-Ra, modo [fig. 4]  $\text{RN}$ , modo [fig. 5]  $\text{RN}\text{A}$ , modo [fig. 6]  $\text{RN}$ , modo [fig. 7]  $\text{RN}\text{A}$ . In quibus variis eiusdem nominis formis facile agnoscitur deus quem Graeci *Κνοῦφ-εἰν*, vel *Χνοῦφ-εἰν* vel etiam *Χνοῦμ-εἰν* <sup>82</sup>) vocarunt et qui in veteribus monumentis idem esse dicitur, qui Ammon <sup>83</sup>). Litera  $\bar{K}$  vel  $\bar{X}$  graecae orthographiae respondet aspirationi, qua Aegyptii in pronuntiatione literarum  $\lambda$  et  $\eta$  utebantur, quemadmodum iam supra in prima huius operis sectione docuimus <sup>84</sup>), Herodoteum *χάμυα* aegyptiaco vocabulo *ἕκαθ* respondere <sup>85</sup>).

Eusebius <sup>86</sup>) huius dei *Κνίφ* filium vocat Phtha (*Φθᾶ*), qui tamquam *σύνναος θεός* in variis caelaturis templorum, quorum rudera in urbe Nubiae *Ibambul* hodie vocata, Apollinopoli magna (*Edfu*), in Philarium insula et Thebis deprehenduntur, conspicitur. Vere aegyptiaca huius nominis orthographia <sup>87</sup>) tum ex graeca parte inscriptionis Rosettanae <sup>88</sup>) tum ex fragmento sermonis a Sancto Schenudi compositi, quod Zoëga <sup>89</sup>) publici iuris fecit, intelligitur; eandemque exhibent hieroglyphicae inscriptiones [Tab. XI, fig. 8]. Huc accedit, quod graecis verbis inscriptionis Rosettanae *ἡγαπημένος ἰπὸ τοῦ Φθᾶ*, hieroglyphorum complexus respondent, qui dei *πταε* nomen continent [fig. 9. 10. 11. 12]. Legitur enim ibi vocabulum, quod tamquam nomen proprium saepenuero in monumentis aegyptiacis recurrit *πταεμασι*, *dilectus deo Phtha*.

Iuno Aegyptiorum, Satis vocata <sup>90</sup>), frequenter Ammoni Cnuphi iuncta apparet. Nomen eius [Tab. XI, fig. 13] continet notas phoneticas, quae respondent literis  $\text{CTH}$  vel  $\text{CTI}$ , quibus nomen illud componitur. Tamquam comes eius conspicitur in parietibus templi Elephantinensis dea, cuius nomen hieroglyphis phoneticis  $\text{AN}$  scribitur [fig. 14] eaque nulla alia est, quam Annkis dea, cuius nomen in inscriptione Schelensi <sup>91</sup>) deae Satis nomini copulatur. Complexus, quos in tab. XI, fig. 15 delineavimus, exhibent nomen Anubidis dei, quod in priore  $\text{ANN}$ , in posteriore  $\text{ANN}$  scriptum deprehenditur. Posterior forma respondet nomini Anebo.

Hisce exemplis quibus longe maiorem copiam ex Pantheo Aegyptiorum Champollionis addere licet <sup>92</sup>), satis superque evincitur, veteres Aegyptios nomina numinum domesticorum, quae aptissima ac simplicissima ratione symbolicis signis ope attributorum indicari potuissent, si hieroglyphica veterum scriptura, uti ad Champollionem usque omnes viri eruditi arbitrabantur, mere symbolica fuisset, saepenuero in hieroglyphicis inscriptionibus notis phoneticis reddidisse; unde simul maiori certitudine, quam omnibus iis, quae supra disseruimus, demonstratur, notas phoneticas magnam hieroglyphicorum signorum partem effecisse. Qua tamen in re minime obliviscendum est, deorum deorumque nomina haud constanter phoneticis notis scripta, sed non minus frequenter aliis signis indicata esse, vel ipsa numinis imagine (eadem ratione, qua in inscriptione hieroglyphica lapidis



Rosettani notiones infantis, hominis, regii capitis tegumenti, quod *pschent*<sup>93)</sup> apud Aegyptios vocabatur, sacelli, stelae, templi etc. eius motu signis mimeticis expressae sunt), vel symbolicis hieroglyphis, quae potissima numinis attributa exhibebant. Nomina igitur deorum dearumque veteris Aegypti in monumentis hieroglyphicis triplici ratione expressa reperiuntur: signis phoneticis, symbolicis et mimeticis.

Nomina phoneticè scripta, praeter ea, quae supra iam attulimus, haec sunt:

Tab. XII, fig. 49:  $\text{nh-pn}$  ( $\text{noy-tye}$ ), qui cum Cnuphi cohaeret eadem ratione, qua Ammon-  
ra cum Amnone.

— — — 50:  $\text{Pn}$  ( $\text{noy-tye}$ ).

— — — 52:  $\text{Cpri}$  vel  $\text{Cpni}$  ( $\text{noy-tye}$ ), *Σόχαιρις* Graecis vocatus, forma dei Phtha.

— — — 53:  $\text{Hnc}$ ,  $\text{Enc}$ ,  $\text{Hnnc}$ ,  $\text{Hncot}$ ,  $\text{Encot}$ . Nomen dei *Λώρις*, quod saepenumero deprehenditur in nominibus propriis virorum compositis<sup>94)</sup>.

— — — 54:  $\text{Ope}$  sive  $\text{Tpn}$  ( $\text{noy-tye}$ ), Deus Thor sive Thore.

— — — 55:  $\text{Cmc}$  ( $\text{tyoy-tye}$ ), dea veritatis et Iustitiae.

— — — 56:  $\text{Tqn}$  ( $\text{noy-tye}$ ), Tafne vel Tafnet, dea comes Hercules aegyptii.

— — — 57:  $\text{Ht}$  ( $\text{ne}$ ) vel  $\text{Ht}$  ( $\text{pe}$ ) ( $\text{tyoy-tye}$ ), Dea Netpe vel Natphe, mater Osiridis. Graeci eam cum Rhea comparaverunt.

— — — 58:  $\text{Imwef}$  vel  $\text{Imotef}$ , nomen Aesculapii aegyptii, a Graecis *Ἴμωθης* scriptum (cfr. Section. I, not. 78). In hieroglyphicis inscriptionibus constanter appellatur *ci wnp hte nra*, *filius natu maximus dei Phtha*<sup>95)</sup>.

— — — 59:  $\text{Ca}$  vel  $\text{Cq}$  ( $\text{noy-tye}$ ), Seb, Saturnus aegyptius, pater Deorum.

— — — 60:  $\text{Eap-wnri}$ , *Ἀρώρις*.

— — — 61, 62:  $\text{Bnnc}$  ( $\text{tyoy-tye}$ ), dea Benno.

— — — 63:  $\text{Amco}$  sive  $\text{Amct}$  ( $\text{noy-tye}$ ), Amseth vel Omseth, unus quatuor geniorum Tartari ( $\text{amct}$ ).

— — — 64:  $\text{Ec}$  ( $\text{noy-tye}$ ) deus *Βήσα*<sup>96)</sup>. Diversusne fuit a deo  $\text{Ca}$ , cuius nomen est huius inversio?

— — — 65:  $\text{Eani}$  sive  $\text{Ani}$  ( $\text{noy-tye}$ ), nomen secundi inter quatuor Tartari<sup>97)</sup> genios. — Secundus complexus hieroglyphicus determinatur figura tauri, ideoque non genium illum apud inferos, sed sacrum taurum Apin significat.

— — — 66:  $\text{Ckn}$  ( $\text{noy-tye}$ ), deus Sevek, Graecis *Σούκις* vel *Σενέχ* vocatus.

— — — 67:  $\text{An}$  vel  $\text{An}$  ( $\text{zfo}$ ), numen quod serpentis figura adorabatur; apud Plutarchum<sup>98)</sup> *Λαωρις*.

— — — 68:  $\text{Hnt}$ , dea Bubastis.

— — — 69: Compendium nominis Sevek, quando in homines transferebatur<sup>99)</sup>.

— — — 70:  $\text{Cotn}$  ( $\text{tye}$ ) et (Tab. VIII, fig. 26)  $\text{Ckn}$  ( $\text{tye}$ ), Soven dea, Ilithuya sive Lucina Aegyptiorum. Inde nomen accepit [Tab. XII, fig. 71] urbs  $\text{Cotn}$  ( $\text{na}$ ), Swan i. e. Eileithuya, hodie *El kab*<sup>100)</sup>.

Tab. VIII, fig. 13:  $\text{Hno}$ , Month deus.

— — — 14:  $\text{Hnot}$ ,  $\text{Hno}$ , idem numen.

- Tab. VIII, fig. 15:  $\Delta\lambda\sigma\theta$  (νοῦτε), Amseth deus.  
 — — — 16:  $\Theta\rho\epsilon$  (νοῦτε), Thore deus.  
 — — — 17:  $\tau\alpha\lambda\mu\upsilon$  (νοῦτε), Athmu deus.  
 — — — 18:  $\rho\omega\rho$ ,  $\rho\iota\omega\rho$ , deus Lunus.  
 — — — 19:  $\nu\eta\rho$   $\theta\mu\theta\upsilon$ , Nofre thmu, forma dei Imuth.  
 — — — 20:  $\tau\omega\tau\tau\omega\tau\eta\lambda$  (νοῦτε), Tutunen, forma dei Phtha.  
 — — — 21:  $\theta\sigma\omega\tau\tau$  (νοῦτε), deus Thouth.  
 — — — 22:  $\Sigma\theta$  (νοῦτε), Seth sive Typhon.  
 — — — 23. 31:  $\Sigma\theta$ , Selk Dea; filia dei Phre, quae sub nomine formaque scorpionis colebatur.  
 — — — 24:  $\Delta\mu\kappa$ .  $\tau$  (νοῦτε), dea Anukis.  
 — — — 25:  $\rho\eta\theta\omega$ .  $\tau$  (νοῦτε), dea Rhitho.  
 — — — 27:  $\Delta\mu\alpha\theta$ .  $\tau$  (νοῦτε), dea Anath.  
 — — — 28:  $\Delta\alpha\sigma\tau\omega\rho\omega$ .  $\tau$  (νοῦτε), dea Astarôth.  
 — — — 29:  $\mu\eta\rho$  (τινοῦτε), dea Menhi.  
 — — — 30:  $\sigma\eta\rho\eta\kappa$  (τινοῦτε), Oerihek dea, quae sub forma feminae cum capite leonino loti florem manu tenentis colebatur.

Huc accedant nomina animalium sacrorum:

- Tab. V, fig. 167:  $\Sigma\alpha\mu$ ; bos Apis, qui Memphide nutriebatur.  
 — — — 168:  $\mu\eta\kappa$ ,  $\mu\eta\omega$ ; taurus Mneuis, Heliopoli nutritus.  
 — — — 169:  $\mu\eta\kappa$ ,  $\mu\eta\omega$ ; taurus  $\mu\eta\chi\eta\varsigma$ , cultus in nomis Hermonthitico et Diospolitano.  
 — — — 170:  $\Sigma\alpha\tau\epsilon\rho\omega$ ; vacca  $\lambda\theta\omega\iota\omega$  nutrita Aphroditopoli.  
 — — — 171:  $\nu\epsilon\omega$ ,  $\nu\epsilon\omega$ ; vacca  $\lambda\eta\iota\theta$ , culta in nomo Saitico.  
 — — — 172:  $\Delta\mu\mu$ ,  $\Delta\mu\phi$ ,  $\lambda\lambda\omega\rho\iota\varsigma$  (*gigas*), draco Dis inimicus, quem post longam saevamque pugnam denique interemerunt. Signum determinativum nonnunquam eam habet formam, quam delineavimus in fig. 173, serpentis exspirantis sub gladiis deorum. Hinc ni fallimur origo quaerenda est fabulae de bello Gigantum contra Deos.

Hieroglyphi, quibus deorum earumve nomina symbolice reddebantur, haec sunt:

- Tab. XIII, fig. 1. Ammon.  
 — — — 2. Knuphis.  
 — — — 3. Phre; discus solaris.  
 — — — 4. Phre; nisus.  
 — — — 5. Phtha vel Osiris-Soccharis; nilometrum.  
 — — — 6. Phtha-Soccharis.  
 — — — 7. Osiris, rex Amenti<sup>1</sup>).  
 — — — 8. Idem.  
 — — — 9. Isis.  
 — — — 10. Isis, regina inferorum.  
 — — — 11. Horus.  
 — — — 12. Horsicis.  
 — — — 13. Anubis; canis aureus.

- Tab. XIII, fig. 14. Benno.  
 — —, — 15. Apis.  
 — —, — 16. Athor, Venus Aegyptia.  
 — —, — 17. Eadem.  
 — —, — 18. Nephthys. Nomen ex symbolico signo  $\text{Ⲛⲏⲧ}$  (*domina*), nota generis  
 feminini ( $\dagger$ ) et determinativo generico deorum constat.  
 — —, — 19. Nomen deae, quae symbolico hoc signo indicatur, nondum innouit.  
 — —, — 20. Deus Heki, gubernator sacrae naviculae ( $\text{Ⲭⲁ}$ ,  $\text{ⲬⲁⲢⲓ}$ ) dei Phra.  
 — —, — 21. Horus.  
 — —, — 22. Neith.  
 — —, — 23. Bubastis ( $\dagger$ ). Certius est signum symbolicum, quod delineavimus.  
 in tab. XII, fig. 72<sup>2</sup>).  
 — —, — 24. Thoth.
- Tab. V, fig. 101. Chons.  
 — —, — 102. Soccharis.  
 — —, — 103. Month.  
 — —, — 104. 105. 106. Haroëris.  
 — —, — 107. Hat deus ( $\text{Ⲭⲏ}$ ).  
 — —, — 108. Ammon-ra.  
 — —, — 109. 110. Seth, Typhon.  
 — —, — 111. Sevek deus.  
 — —, — 112. Horus.  
 — —, — 113. Chnuphis.

Hieroglyphorum mimeticorum, quibus numina veteris Aegypti indicabantur, haec delineavimus:

- Tab. XIII, fig. 25. Ammon vel Ammon-ra.  
 — —, — 26. Chnuphis.  
 — —, — 27. Phre.  
 — —, — 28. Phtha.  
 — —, — 29. Phtha-Soccharis.  
 — —, — 30. Schom ( $\text{Ⲭⲏⲙⲏ}$ ), Hercules Aegyptius.  
 — —, — 31. Taphnet cum capite leonino.  
 — —, — 32. Nethphe.  
 — —, — 33. Osiris, rex inferorum.  
 — —, — 34. Isis.  
 — —, — 35. Horus.  
 — —, — 36. Harsiesis.  
 — —, — 37. Anubis cum capite canis aurei.  
 — —, — 38. Sme.  
 — —, — 39. Thoth.  
 — —, — 40. Athmu.  
 — —, — 41. Benno.  
 — —, — 42. Sevek ( $\text{Ⲭⲟⲩⲭⲏⲥ}$ ) cum capite crocodili.

Tab. XIII, fig. 43. Neith dea.

— —, — 44. [Eiusdem deae nomen notis phoneticis scriptum, quod paulo ante omisimus.]

— —, — 44, b. Chons, deus Lanus.

— —, — 45. Nephthys.

Longe maxima pars nominum propriorum viris feminisque apud Aegyptios tributorum cum deorum dearumque nominibus cohaerebat <sup>3)</sup>, quemadmodum nomina *Ἀμνυταῖος, Νίτωκρης, Μάρης* sive *Μοῖρης, Σμφρονκράτης, Θωμαίφθα, Πήσις, Φανούρης, Παθιρμούρ, Πέκησις, Πενόσις, Ψανάμουν, Σινόσορ, Πεταρποκράτης, Πεταρώρης, Θήσις, Τάνουφς* aliaeque innumera satis luculenter docent. Iam hinc vero simile videretur, etiam nomina viris feminisque veteris Aegypti propria notis phoneticis frequenter scripta esse. Atque ista quoque nomina, quae non cohaerent cum nominibus deorum ac dearum, qualia infra plura enumerabimus, phoneticis hieroglyphis expressa esse non sine iure coniciet, quum nulla idonea reperiri possit causa, cur hominum nomina non eodem modo, quo deorum, phoneticis figuris reddita sint. Re vera monumenta hieroglyphica, praesertim mumiarum cistae, chartae papyraceae prope mumias repertae, et fasciae, quibus corpora medicata involvi solebant, ingentem nominum propriorum phoneticis hieroglyphis scriptorum numerum exhibebant, eadem, qua reliquae hieroglyphicae figurae, linea continuatorum absque ulla nota, qua indicaretur nomen hominis feminaeve cuiusdam delineari, praeter signum determinativum viri [Tab. XI, fig. 17] vel feminae [Tab. XI, fig. 18] in fine additum.

In magna illa charta papyracea hieroglyphice scripta musei regii Parisiensis <sup>4)</sup> saepe-numero recurrit nomen, quod procul dubio homo illo gerebat, cuius prope mumiam charta illa reperta fuit. Cfr. Tab. XI, fig. 19, ubi octo variis rationibus nomen illud scriptum est, modo substitutis signis homophonis, modo permutatis phoneticis notis, quibus dei deaevae nomen exprimebatur cum symbolico signo eiusdem numinis. Idem nomen deprehenditur in munita graeco-aegyptiaca collectionis Galli Cailliaud; in statua aenea Musei regii Parisiensis (*Cabinet du Roi*); in parvis hermis encausticis, quales saepe-numero reperiuntur in hypogeis Thebaicis. Legendum est ΠΤΑΜΗ, *Ammoni devotus, sacratus, Ἀμμωνός, Πετρίμων* in graecis monumentis. In podio statuae aeneae capite leonino, quae adservatur Parisiis in musco regio, deprehenditur inscriptio hieroglyphica, viginti sex figuris constans [Tab. XI, fig. 20], quarum viginti una phoneticae notae, duae signa determinativa sunt duorum, quae commemorantur nominum, tres reliquae symbolico-phoneticam significationem habent [fig. 21] et titulo ΤΡΕΜΗ (*domina domus*) respondent. Tota igitur inscriptio hunc in modum legenda est:

ΠΤΑΜΗ (ΡΗΜΑΣ) ΣΙ ἢ ΠΤΑΜΗ (ΡΗΜΑΣ) ΜΑΣ (ἢ) ΤΡΕΜΗ ΤΑΥΤΗ.

*Petchesch* (vir) *filii Petammonis* (viri), *procreatus a domina Tuscheibo*.

Similibus dissectionibus Champollion eo pervenit, ut magnum nominum propriorum numerum tam virorum quam feminarum reperiret et explicaret, quorum haec exempla adscribimus.

#### A. Nomina composita cum nomine dei ΑΜΗ.

Tab. XI, fig. 22: ΤΗΤΑΜΗ, *Ammoni consecratus*.

— —, — 23: ΑΜΗΩΤΗ sive ΑΜΗΩΦ; *Amenotp, Amenothph, Ἀμίνωφς* <sup>5)</sup>.

Tab. XI, fig. 24: Compendium huius nominis.

- — — 25: ШТПАММ̄ sive ШФММ̄; Otpammon vel Othphammon, nomen femininum, quod antecedenti respondet.  
 — — — 26: 27: 28: 29: 30: 31: 32: 33:

Tab. V, fig. 95: 96: 97: 98: 99: 100: 114: 121:

- — — 96: 97: 98: 99: 100: 114: 121:

B. Nomina composita cum nomine dei ПТАР.

Tab. XI, fig. 36: ПТАРШФ; Phthaothph, deo Phtha consecratus.

- — — 37: Compendium huius nominis.  
 — — — 38: ПТЗР; Phthaadjer, nomen viri.

Tab. V, fig. 127: ПМАПТАР; Maiphtha, amans deum Phtha.

- — — 129: ПТАРММ̄; Phthamai, dilectus deo Phtha.  
 — — — 130: ПТАРМС; Phthamos, procreatus a deo Phtha.

C. Varia nomina propria.

Tab. XII, fig. 1. Осртен (ршмс), Osortasen.

- — — 2. АуТауи (ршмс), Autai.  
 — — — 3. Амроррр (ршмс), Amrruru.  
 — — — 4. Тамршт (ршмс), Tamrot sive Tamerot.  
 — — — 5. 6. Кшрр, Кшрр, Кшфрр (ршмс), Kopor sive Kophor.  
 — — — 7. Осрцс vel Осрцс (ршмс), Osortse vel Osorset.  
 — — — 8. Мам̄ (ршмс), Mamon vel Meamon.  
 — — — 9. 10. Сштшс (ршмс), Sotimes.  
 — — — 11. Псррцс vel Псрццс (ршмс), Psotnef vel Psatnef. Champollion ?  
 comparat copticum vocabulum псрррцс, sagitta.  
 — — — 12. 13. Псмтк (ршмс), Psametek, Ψαμμήτιχος.  
 — — — 14. Самсст (ршмс), Samenset.  
 — — — 15. Ттс (ршмс), Totes.  
 — — — 16. Птцрр (рш) (ршмс), Pethorpre. Syllaba (рш) symbolico signo solis reddita est.

Tab. XII, fig. 17. (ΤΜΑΥ)ΜΗ (ϑΙΜΛ), Tmaume (*dilecta matri*) vel (ΜΟΥ)ΜΗ, Mouthme (*dilecta deae Mouth*).

— — — 18. ΑΤΗ (ϑΙΜΛ), Ate vel Ati.

— — — 19. ΣΤΗ (ϑΙΜΛ), Sate vel Sati.

— — — 20. ΠΣΥΤ Vel ΠΣΥΤΟ (ϑΙΜΛ), Psocht vel Psochto.

— — — 21. ΠΕΠΤΕ (ϑΙΜΛ), Pevphtha.

— — — 22. ΠΤΕΙΣ (ϑΙΜΛ), Πτείλωνος, uti vocatur in graecis chartis papyraceis.

— — — 23. ΡΥΡΣ, Ratores vel Ratorse; nomen virile.

— — — 24. ΣΑΠΜΗ (ϑΙΜΛ), Sapimen.

— — — 25. ΣΡΣΡ (ϑΙΜΛ), Sarsares.

Tab. XVII, fig. 4. ΙΜΑΙ Vel ΕΙΜΑΙ (ϑΙΜΛ), Imai<sup>8</sup>).

— — — 5. ΡΩΤΙ Vel ΡΩΤΙ (ϑΙΜΛ), Roti<sup>9</sup>).

— — — 6. ΠΠΕ (ϑΙΜΛ), Pipe<sup>10</sup>).

— — — 7. ΣΤΠΟΥ (ϑΙΜΛ), Sotepau<sup>11</sup>).

Tab. V, fig. 115. ΡΑΜΕΛΟΥ (ϑΙΜΛ) nomen octavi filii regis Ramessis Meiamun.

— — — 116. ΠΠΟΥΠΠΟΥΠΠΟΥ, *Month in sua fortitudine*, nomen quinti filii regis Ramessis Meiamun.

— — — 117. ΝΕΒΟΥΝΟΥ, nomen sexti filii eiusdem regis.

— — — 118. ΝΕΒΟΥΝΟΥ, Nebunnunf, nomen pontificis maximi Ammonis sub rege Ramesse Meiamun.

— — — 119. ΣΕΒΚΟΥΦ (ϑΙΜΛ), Sevekothph, *consecratus deo Sevek*.

— — — 120. ΠΑΥΤΣΟΥΦ (ϑΙΜΛ), *consecratus deae Muth*.

— — — 122. ΣΑΟΥΡ (ϑΙΜΛ), *Horo iunctus*.

— — — 123. ΣΑΝΕΒΟΥΝΟΥ (ϑΙΜΛ), *iunctus domino vitae*.

— — — 124. ΣΑΧΩΙΣ (ϑΙΜΛ), *iunctus deo Chon*.

— — — 125. 126. ΠΑΥΡΙ (ϑΙΜΛ), *amans deum Phra*.

— — — 128. ΡΑΜΑΙ (ϑΙΜΛ), *dilectus deo Phra*. Nomen etiam feminis dabatur: tunc autem signum determinativum ϑΙΜΛ in fine nominis deprehenditur.

— — — 131. ΣΑΠΜΑΙ (ϑΙΜΛ), Sapimos, *Apide procreatus*.

— — — 132. ΡΑΜΑΙ (ϑΙΜΛ), Rhamos, *a deo Phra generatus*.

— — — 133. ΠΣΕΥΧΩΙΣ (ϑΙΜΛ), *filius dei Chons*.

— — — 134. ΤΣΕΥΧΩΙΣ (ϑΙΜΛ), *filia dei Chons*.

— — — 135. ΣΑΥΤΣΟΥΡΙ (ϑΙΜΛ), *filius deae Hathor*.

— — — 136. ΠΣΥΡΙΡΣΑΥΤΣΟΥΡΙ (ϑΙΜΛ), *filius deae Hathor*.

— — — 137. ΠΠΕΛΠΠΟΥ (ϑΙΜΛ), *dominus Month*.

Haud tamen omnia privatis hominibus propria nomina notis mere phoneticis scripta sunt: alia multa deprehenduntur, in quibus phoneticae notae symbolicis signis iunctae sunt. Etenim deorum nomina in hisce etiam nominibus compositis eodem iure symbolice quam phoneticè scribebantur. Huiusce modi nomina phonetico-symbolica haec sunt:

Tab. XIII, fig. 47: ΠΤ (ΟΥΡΙΣ) (ϑΙΜΛ); Petusire, *Osiridi proprius*.

— — — 48: ΠΤ (ΟΥΡΙ) (ϑΙΜΛ); Pethor, *Horo proprius*.

— — — 49: ΠΤ (ΙΣΣ) (ϑΙΜΛ); Petise, *ὁ τῆς Ἰσσοῦ*.

- Tab. XIII, fig. 50: ΠΤΑΡΗ (PH) (PMAE); Petagre, ὁ τοῦ Ἰλλίου. Quum nomen hoc secundum analogiam ΠΕΤΡΗ vel ΠΕΤΡΗ scribendum erat, vero simile est lineam perpendicularem prope nism a scriba esse omissam, ita ut ΠΤΑΡΗ (PH), ὁ τοῦ Ἰζρου-Ἰλλίου, legendum sit. Πετεφρή tamen nomen erat patris Asenethae, uxoris Josephi. Cfr. Eustath. Antiochen. *Hexaëmer.* pag. 26 ed. Allatii, in quibus de Manasse et Ephraïmo, Josephi filiis, loquitur: οὗς ἔτεκεν αὐτῷ Ἰσενίθ, θυγατέρα Πετεφρή Ἰλλίου (sc. *israëus*; cfr. *Commentar. ad Aristotel. Meteorolog.* Vol. II, p. 583).
- —, — 51: Alia eiusdem nominis orthographia, quae deprehenditur in charta papyracea hieroglyphice scripta Musei regii Parisiensis, quam Cail- liaud acquisivit.
- —, — 52: ΠΤ (ZAP) Π (PH) vel ΠΤ (ZAP) Π (PH) (PMAE), idem nomen.
- —, — 53. 54. 55: Varias eiusdem nominis orthographias.
- —, — 56: ΠΔ (ZAP) (PMAE) i. q. ΠΕΤ (ZAP).
- —, — 57: (ZAP) ΔΔΗ (PMAE), Horammon. Nomen Ἰζράμμων apud graecos scriptores occurrit; inque chartis papyraceis multa alia nomina similiter composita deprehenduntur, v. c. Ἰράμμων, Ἡρακλίμμων, Σαραπάμμων, Σουχάμμων etc. (cfr. Champollion, *Précis*, p. 180). Γαραπάμμων (Pausan. V, 21, 6)<sup>12</sup> i. e. Σαραπάμμων.
- —, — 58: CΠ (ZAP) (PMAE), Senhor, *frater Iori*.
- —, — 59: (ZAP) CΠ (NCE) (PMAE), *Arôisies*; vide supra.
- —, — 60: ΔΔΗ (ZAP) CΠ (NCE) (PMAE), Ammonharsiesi.
- —, — 61: TΔ (NCE) (ZMAE), Taise, ἡ τῆς Ἰσιδος.
- —, — 62: ΠΔ (NCE) (PMAE), Paise, ὁ τῆς Ἰσιδος.
- —, — 63: ΔC (NCE) (ZMAE), Asise.
- —, — 64: CΠ (NCE) (ZMAE), Senise, *soror Isidis*.
- Tab. XIV, fig. 1: ΗCΕ (XΦ) (ZMAE), Isedjer. Comparetur nomen supra allatum ΗΤΑΖΗΦ.
- —, — 2: (ZAP) CΠ (ZMAE), Hathorse vel Hathorset; *filia deae Hathor*.
- —, — 3: (ZAP) ΔΔ (ZMAE), Hathorma; *donum deae Hathor*.
- —, — 4: ΗΔΤCΠ (NCE) (PMAE), Khatsenise. Nomen deprehenditur in charta papyracea Fontanae<sup>13</sup>.
- —, — 5: (CΔH) C (PMAE), Sevekse; *filius dei Sveck* vel *Suchis*.
- —, — 6: (CΔH) CΠ (ZMAE), Sevekset; *filia Suchidis*.
- Tab. V, fig. 138: (ZAP) ΔC (PMAE), Harmise; *procreatus ab Horo*.
- —, — 139: (CΔH) CΠ (PMAE), Sevekothph; *devotus deo Sveck*.
- —, — 140: ΠCΦ (ZAP) (PMAE), Othphhathor; *devotus deae Hathor*.
- —, — 141: ΠCΠ (NCE); Maineith, *amans deam Neith*.
- —, — 142: (OZ) ΔC sive ΔCΔC (PMAE); Aahmos, *Amois, Amois, a Luno procreatus*.
- —, — 143. 144: (ΘOT) ΔC (PMAE); *Touðmouis* vel *Téðmouis, a Thout procreatus*.
- —, — 145: (ΔΔH) ΔC (PMAE); Ammonmos, *ab Amnone procreatus*.

- Tab. V, fig. 146: (Σαρ) ᾱς (ρμααε); Harmos, *ab Horo procreatus*.  
 — — — 147: (Ρη) ᾱς (ρμααε); Rhamos, *a deo Phra procreatus*.  
 — — — 148: Π(σε) ἡ̄ (νεε) (ρμααε); Paenise, *filius Isis*.  
 — — — 149: Τ(σε) ἡ̄ (νεε) (ρμααε); Tsenise, *filia Isis*.  
 — — — 150: (Ce) ἡ̄ (ρμααε) (ρμααε); Senhathor, *filius deae Hathor*.  
 — — — 151: Cε̄η̄ (μααγτ) (ρμααε); Senmauth, *filius deae Muth*.  
 — — — 152. 153: Τ(σε) ἡ̄ (μααγτ) (ρμααε); Tsenmauth, *filiae deae Muth*.  
 — — — 154: Cfr. fig. 190. Senhathor.  
 — — — 155: Τε̄ε̄ρη̄ (ρμααε); Tsenrha, *filia dei Phra*.  
 — — — 156: Τ(σε) ἡ̄ (οφτ) (ρμααε); Tsenopht, *filia deae Opht*.  
 — — — 157: (Σατ) ρ̄ (ρμααε) (ρμααε); Hathorsi, *filia deae Hathor*.  
 — — — 158. 159. 160: (Ocop) ω̄ρη̄ (ρμααε); Osoroëris, *Osiris senior*.  
 — — — 161: (Hce) τ̄ ω̄ρη̄ (ρμααε); Isotoëri, *Isis senior*.  
 — — — 162: (Hut) ω̄ρη̄ (ρμααε); Neitokr, *Nixokr, Neith victrix*.  
 — — — 163: (Ouoγτ) (ρμααε); Thoutnofre, *Thout beneficus*. Signum, quo nope indicatur, est phoneticum; scilicet prima litera complexus hieroglyphici, qui vocabulo nope respondet. In sequenti nomine vocabulum integrum scriptum est literis ηρρ.  
 — — — 164: (Παγτ) ηρρ (ρμααε); Mouthnofre, *Muth benefica*.  
 — — — 165: (Παγτ) ἡ̄ (ρμααε); Muthema, *Muth in bari sua*.

Nonnulla nomina mere symbolis notis constant, ex. gr.

Tab. XIV, fig. 7: (Σαρ) (ρμααε); Hor, *Ἦρος*.

— — — 8: (Hce) (ρμααε); Ise, *Ἰσις*.

Tab. V, fig. 166. (Πωρη̄) (ρμααε); Poëri, *Senior*.

Ut deinde Champollion obiectionem, quae facile sese offerebat, refutaret, phoneticis notis vocabula exprimiendi methodum haud Lagidarum demum aevo invaluisse; eosdem titulos ac qualificationes, quae graecis romanisque regibus in monumentis hieroglyphicis graecisque inscriptionibus (Rosettana, Adulitana<sup>14</sup>) tribuuntur<sup>15</sup>, etiam in iis hieroglyphicis inscriptionibus reperiri demonstravit, quae ad ipsos Pharaones tum antiquissimarum tum iuniorum dynastiarum pertinent, unde statim comprobatur, signa phonetica hieroglyphicae-literaturae antiquissimis temporibus iamiam apud Aegyptios in usu fuisse. Eius modi tituli sunt sequentes:

Tab. XIV, fig. 9: Πᾱς (ἡνεογτε); *filius (filia) deorum*; vel Πᾱς (μενογτε), *procreator deorum*.

— — — 10. 11: Πταρμᾱ; *dilectus deo Phtha*.

— — — 12. 13: Ἀμ̄η̄ scripturae compendium pro Ἀμμ̄η̄, *dilectus deo Ammon*.

— — — 14: Ἀμ̄η̄-ηρρ-γ; *is quem Ammon diligit*.

— — — 15. 16: Ἀμ̄η̄η̄.

— — — 17: Κοῡη̄; *dilectus deo Chnuphidi*.

— — — 18. 19: Complexus eiusdem significationis, in quibus dei nomen signo mimetico indicatum est.

— — — 20. 21: Ρη̄μᾱς, Ρη̄(νογτε) ᾱμᾱ; *dilectus deo Phra*.



Tab. XIV, fig. 22. 23. 24: Variæ eiusdem tituli orthographiæ.

- — — 25: Δαίρημαλ; *dilectus deo Ammoura*.
- — — 26: Δαίρη-στη (ἡνεοῦτε) μαλ; *dilectus deo Ammoura, regi deorum*.
- — — 27: Δαίρη-(ρη)·ῶ-η-το-μαλ, *dilectus deo Ammoura, domino trium circularum mundi*.
- — — 28: Δαίρη-ποῦτε-ρη·ῶ-η-το-ρη·ῶ-η-τε-μαλ; *dilectus deo Ammoura, domino trium circularum mundi, domino caeli*.
- — — 29: Δαί·ρη-μαλ. Nomen dei mimetice expressum est, imaginibus Ammonis et dei Phra. Quod saepenumero factum videmus, ut deorum nomina composita duabus imaginibus indicarentur, quamvis unum tantummodo numen, quod utriusque dei attributa coniungebat, intelligendum sit. Ita tab. V, fig. 175: ΗϞ-ρη; fig. 176: Πτε-τοτοῦρη; fig. 177: Σεσ-ρη<sup>16</sup>).
- — — 30. 31: Aliae eiusdem nominis orthographiæ.
- — — 32: Compendiaria scripturae pro στη-ἡνεοῦτε-μαλ, *dilectus patri deorum*.
- — — 33: *Dilectus deo Atmu, domino mundi*.
- — — 34: *Dilectus deo Atmu*.
- — — 35: Παπταρ, *diligens deum Phtha*.
- — — 36. 37: (Hcc) μαλ, *dilectus Isidi*.
- — — 38. 39. 40: Πταρ (Hcc) μαλ; fig. 41: (Hcc) ηταρ-μαλ; *dilectus ab Iside et deo Phtha*.
- — — 42: Πταρ (Hcc) μαλ; nomen utriusque numinis imagine expressum est.
- — — 43: (Δαίη-ηcc) μαλ; *dilectus Ammoni et Isidi*.
- — — 44: (Σαοσρ) μαλ; *dilectus deae Hathor*.
- — — 45: *Dilectus potenti deo Haroëri*.
- — — 46: Σαημαλ, *dilectus deae Sme*.
- — — 47: Alia huiusce tituli orthographia, in qua dei nomen imagine redditum est.
- — — 48: Compendiaria eiusdem tituli orthographia.
- — — 49: Οηοῦτ-ρη·ῶ-η-ηαρι-η-μαλ, *Dilectus deo Thout, domino octo regionum*.
- — — 50: Σερ-ποῦτε-οῦσιρε-ποῦτε-ηααϞ-ρη·ῶ-η-ηητη-μαλ, *dilectus Socchari deo et Osiridi deo magno domino Schenti*. Champollion hunc titulum ita interpretatur: *Socchari-Osiridi deo, magno deo, domino Schenti dilectus*. At repetitum ποῦτε satis superque monstrat, duos deos esse intelligendos. Copula omissa est, ut supra in titulis Hcc-Πταρ-μαλ et Πταρ-Hcc-μαλ.
- — — 51: Σερ-ηααϞ-σι-οῦσιρε-μαλ, *dilectus Horo magno, filio Osiridis*.
- — — 52. 53. 54: (Χμαλ) μαλ, *dilectus deo Djom*. Postremâ orthographia (fig. 54) mere phoneticis signis constat.
- — — 55: (Ηποῦτε) μαλ, *dilectus Diis*.
- — — 56: Η-μαλ, *amicus Ammoni*; decurtatum ex μαλμαλ. Cognomen magni regis Ramessis III; uti elucebit ex sexta huius operis sectione.

- Tab. XIV, fig. 57. 58: ΠΔΙ (ἡπογτε), *amicus Dfs.*  
 — — — 59: *Probatus deo Phtha* (ὄν ὁ Ἡφαιστος ἰδοκίμασεν, uti dicitur in inscriptione Rosettana; ὄν ὁ Ἡφαιστος προέκρινεν secundum expressionem, qua utitur Hermapion. Vide Appendic. nr. XXVI.)  
 — — — 60: *Probatus deo Phra.*  
 — — — 61. 62: *Probatus deo Ammon.* In priore complexu dei nomen figurativo signo, in posteriore phoneticis literis scriptum est.  
 — — — 63: *Probatus deo Chuuphidi.*  
 — — — 64: *Probatus deo Horo.*  
 — — — 65: *Probatus deo Ammonra.*  
 — — — 66: ΣΡΗ, ΡΗΣΙ, *filius Solis.*  
 — — — 67: ΣΙ-ΣΑΙΗ, ΔΑΙΗΣΙ, *filius Ammonis.*  
 — — — 68: ΣΙ-ΣΑΙΣ-ἦ-ΡΗ, *filius dilectissimus Solis.*  
 — — — 69: *Filius dei Atmu.* Secundi signi vis haud prorsus certa est 47).  
 — — — 70: ΣΙ-ΡΗ-ΣΑΔΗ, *filius Solis, qui ab eo diligitur.* Ἡλίου παῖς καὶ ὑπὸ Ἡλίου φιλούμενος.  
 — — — 71. 72: ΡΗ-ΣΙ, *filius Solis.*  
 — — — 73: ΗΕΤΟ, ΝΕΘΟ, *dominus mundi.*  
 — — — 74: ΡΗ-ΣΑΠ, *a Sole constitutus.*  
 — — — 75. 76: ΠΤΡΑΠΗ, *a deo Phtha constitutus.*  
 — — — 77: ΔΑΙΗΠΗ, *ab Ammone constitutus.*  
 — — — 78: ΗΟΥΤΕ ΠΟΥΡΕ, *bonus deus.*

Tab. XV, fig. 1: εΤΩ [εφωτ] Ξαα πογτε-ετη-την-πογτε-αρη, *dilectus a patre suo, deo Djom, et cognata sibi dea Tafne.*

Nonnulli horum titulorum etiam diis tribuebantur, quibus sequentes unice conveniebant:

- Tab. XV, fig. 2: ΤΡ-ΑΣ-(ΠΕΠΟΥΤΕ), *potens genitrix deorum:* titulus deae Natfe.  
 — — — 3: ΡΗ (ΠΟΥΤΕ)ΑΣ (ΠΕΠΟΥΤΕ), *Deus Phra, genitor deorum.*  
 — — — 4: ΣΠΤ (ΡΗ); *O tu salvator (auxilium)! Ab hac invocatione ordini solent preces in ritualibus funeralibus Horo directae, qui in inscriptione Rosettana, uti iam supra monuimus, vocatur ὁ ἐπαμόνας τῷ πατρὶ Ὀσίρι.*  
 — — — 5: ΤΣΕΡΗ vel ΤΣΕΡΗ, *filia dei Phra:* titulus complurium dearum.  
 — — — 6: ΝΕΔ-Κ-ἦ-ΚΤΟ, compendium tituli: *dominus trium zonarum* (circulorum) *terrae.* Idem significant notae, quas delineavimus in fig. 7.  
 — — — 8: ΝΕΔ-ἦ-ἦΚΑΔΙ, *dominus octo regionum:* titulus, qui prae reliquis numinibus, deo Thoth, Mercurio Aegyptiorum, tribuebatur.  
 — — — 9: ΗΕΔΕ, *dominus caeli.*  
 — — — 10: ΤΝΕΠΕ, *domina caeli.*  
 — — — 11: ΗΕ ἡΠΟΥΤΕ, titulus magnorum Aegypti numinum; *dominus deorum.*

Omni denique dubitationem, num Pharaonum iamiam aevo veteres Aegyptii phoneticis notis usi sint, sustulit explicatio nominum priscorum regum eorumque comparatio cum tabulis dynastiarum Manethonis, quas eo usque viri docti extrema despicientia vili

penderant ac prorsus mythicas esse declaraverant Champollion tum in opere suo *Précis du système hiéroglyphique des anciens Égyptiens* inscripto tum in celeberrimis, quas duci de Blacas de Musei regii Taurinensis divitiis scripsit Epistolis magnum huiusce modi nominum schematibus ovatis circumdatorum numerum interpretatus est; quem tamen virum hoc in argumento non magis sequimur ducentem, quam Anglos Salt<sup>18)</sup>, Lord Prudhoe (fratrem ducis Northumbriae) eiusque in itinere per orientales plagas comitem Felix<sup>19)</sup>, Wilkison et Burton<sup>20)</sup>, Germanum Prokesch v. Osten<sup>21)</sup>, Italum Acerbi<sup>22)</sup>, aliosve, qui canones priscorum Aegypti regum monumentorum auctoritate composuerunt. In postrema huius operis sectione, ubi duce prae reliquis Rosellinio<sup>23)</sup> docebimus, quid hieroglyphicarum inscriptionum interpretatione in veteris Aegypti historia melius, quam eo usque fieri poterat, illustranda profecerimus, singulorum regum nomina cum titulis recensebimus.

Postquam viam indicavimus, qua Champollion singulari ingenii acumine atque indefatigabili perseverantia elementum phoneticum, quod in hieroglyphica scriptura detexerat, per omnia omnium aetatum monumentorum genera persequeretur, restat, ut uno quasi obtutu componamus, quid disquisitionibus suis praestiterit; systema eius hieroglyphicas inscriptiones interpretandi, quantum in superioribus nondum factum est, exponamus; et obiectionum (potissimarum saltem) mentionem faciamus, quae a pluribus doctis viris, statim postquam surrexit Champollion, prolatae sunt. Adversarios, qui hodiernum deprehendunt, non curabimus: sunt enim capita tribus Anticyris insanabilia. Viri, quibus prae reliquis, tamquam coryphaeis in comparativo antiquitatis structuraeque linguarum studio, iudicium huiusce modi in rebus debetur, Guilelm. v. Humboldt, Silv. de Sacy, Niebuhr, alique magno applausu Champollionis disquisitiones approbaverunt, quamvis hic illic, uti ipsa res ferebat, in singulis minoris ponderis sententiis discederent.

Notae igitur hieroglyphicae secundum Champollionem sunt vel mimeticae, vel symbolicae vel phoneticae, ita inter ipsas permixtae, ut maxima sit phoneticarum copia, minor deinde symbolicarum, minima denique mimeticarum<sup>24)</sup>. Mimeticorum signorum genus prorsus respondet illi, quod Sinenses *Siang-hing* i. e. *imagines* vocare solent<sup>25)</sup>. Dividuntur in hieroglyphica mimetica (*figuratives*) proprie sic dicta, quae verae sunt rerum exprimentarum imagines, decurtata, et arbitraria, more tamen maiorum sancita<sup>26)</sup>. Plures huiusce modi figuras hieroglyphicas iam supra commemoravimus; alias inveniet, qui signa complexuum phoneticorum, de quibus deinde agetur, *significationem determinantia* comparat; nonnullas denique hic enumerabimus:

Tab. XV, fig. 12:  $\text{H}\sigma\tau\epsilon$ , *Deus*.

— — — 13: Hieroglyphum lineare eiusdem significationis.

— — — 14:  $\text{H}\sigma\sigma\tau\epsilon$ , *Dii*.

— — — 15:  $\tau\text{H}\sigma\tau\epsilon$ , *Dea*.

— — — 16: Eiusdem significationis mimetica figura, quae a praecedenti non nisi addito sceptro differt.

— — — 17: ( $\tau\text{H}\epsilon$ ,  $\tau\text{H}\phi$ ,  $\tau\text{H}\psi$ ), *caelum* vel  $\tau\alpha\kappa\tau\text{p}\text{o}$ , *firmamentum*; figura arbitraria, cuius origo quaerenda est in solita veteribus Aegyptiis comparatione convexorum caeli cum tecto domus vel lacunari templi<sup>27)</sup>.

— — — 18:  $\text{H}\sigma\tau\epsilon$ ,  $\phi\text{H}\sigma\tau\eta$  ( $\tau\alpha\phi\text{H}\sigma\tau\eta$ ), *caela*; *caelum et mare*.

- Tab. XV, fig. 19:  $\rho\eta$ , *Sol*.  
 — — — 20:  $\mu\omicron\sigma\zeta$ ,  $\mu\lambda\omicron\zeta$ ; *luna*.  
 — — — 21:  $\epsilon\lambda\omicron\tau$ , *stella*. Fig. 22. *stellae*.  
 — — — 23:  $\rho\upsilon\alpha\lambda\epsilon$ , *vir*. Signum determinativum in fine nominum viris tributorum.  
 — — — 24: Pluralis numerus, *vir*.  
 — — — 25: Nota mimetica eiusdem significationis, quae potissimum in fine nominum tamquam signum determinativum apparet, quae viris mortuis erant propria.  
 — — — 26:  $\epsilon\tau$ ,  $\epsilon\tau\alpha\lambda\epsilon$ ,  $\epsilon\tau\iota\alpha\lambda\epsilon$ ; *femina*. Quod si signum est determinativum, sub forma, quam in fig. 27 delineavimus, apparet.  
 — — — 28:  $\epsilon\tau\iota\omicron\alpha\lambda\epsilon$ ; *feminae*.  
 — — — 29:  $\epsilon\tau\alpha\lambda\epsilon$ ; in fine potissimum nominum feminis mortuis propriorum, tamquam signum determinativum.  
 — — — 30:  $\mu\epsilon\tau\alpha\lambda\alpha\epsilon$   $\iota\omicron\zeta$   $\mu\epsilon\tau\iota\omicron\alpha\lambda\epsilon$ ; *vir* ac *feminae*.  
 — — — 31:  $(\mu)$ , *habitatio*; etiam in fine complexuum, quibus varia domuum ac monumentorum genera indicantur, tamquam signum determinativum, ex. gr. in fig. 33. 34  
 — — — 32:  $\mu\tau$ , *domus, habitatio*.  
 — — — 33: *Magna domus, palatium*.  
 — — — 34: *Aedicula*  $\mu\omicron\nu\delta\lambda\iota\delta\omicron\varsigma$ , cui imagini accedere solet ea, quam simul delineavimus et in fig. 31 seorsim adscripsimus, nota determinativa. Eiusmodi aedicula  $\mu\omicron\nu\delta\lambda\iota\delta\omicron\varsigma$ , quae recipiendae numinis imagini destinata in templorum penetralibus adservabatur, summum decus est collectioni regiae Borussicae, quam olim sibi comparaverat Passa-lacqua.  
 — — — 35: *Aedicula portatilis*.  
 — — — 36: *Sacrarium cum imagine numinis*.  
 — — — 37: *Pylon*. Haec nota mimetica deprehenditur in inscriptione votiva magni templi Tentyritici.  
 — — — 38:  $\tau\eta\tau\eta\mu\iota$ ; *imago, figura*. (Inscript. Rosettana, in qua deprehenditur etiam pluralis numerus, cuius formam dedimus in fig. 39.)  
 — — — 40: *Imago regis*. — Inscriptio Rosettana. — Mimetica figurae natura ac significatio patet ex attributis regiae dignitatis.  
 — — — 41: *Statua regis*. — Inscriptio Rosettana.  
 — — — 42: *Colossus*. — Inscriptiones votivae colossorum prope vicum Luxor.  
 — — — 43:  $\epsilon\pi\iota\theta\eta\tau\iota\epsilon\varsigma$ , i. e. *columna inscriptionibus instructa, obeliscus*. — Inscriptiones obeliscorum. Haecce nota mimetica coniungi solet cum signis in fig. 70 delineatis, quae in inscriptione Rosettana graeco verbo  $\sigma\eta\tau\omicron\alpha\iota$ , *erigere*, respondent.  
 — — — 44:  $\epsilon\beta\alpha\lambda\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\varsigma$ ; *obelisci*. Pluralis numerus.  
 — — — 45: *Sphinx*. — In inscriptionibus votivis Sphynxum, quae prope *Wady- Essebua* in Nubia inferiore reperiuntur.

- Tab. XV, fig. 46: Haecce signa recurring in omnibus inscriptionibus votivis monumentorum et aedificiorum videnturque expressisse *erectionis actionem*.
- — — 47:  $\text{ἄνα, ἄνα, πος}$ ; *navicula, baris*. Saepenumero in hieroglyphicis inscriptionibus eius modi navicula attributis numinis cuiusdam ornata, additque eiusdem dei deaeve nomine phoneticis notis scripto et signo praepositionis ἢ reperitur<sup>28)</sup>. Complexus tamen phoneticorum signorum saepe deest. Cfr. tab. V, fig. 178:  $\text{ἄνα-ἢ-ἄναἢ-ρη}$ . Fig. 179:  $\text{ἄνα-ἢ-ἄναἢ}$ .
- — — 48:  $\text{στῆλη}$ . — Inscriptio Rosettana.
- — — 50:  $\text{ἄναἢ}$ ; *altare*.
- — — 51:  $\text{ἄναἢ}$ ; *acerra turaria*.
- — — 52:  $\text{ἄναἢ}$ ; *tus*.
- — — 53: *testa florum*.
- — — 54: *eas libationibus destinatum*.
- — — 55. 56:  $\text{ἄναἢ}$ ; *sistrum*.
- — — 57: *Clava viciimarum*.
- — — 58:  $\text{ἄναἢ}$ ; *bos*.
- — — 59: *Antiloparum species*.
- — — 60:  $\text{ἄναἢ}$ ; *equus*.
- — — 61:  $\text{ἄναἢ}$ ; *equi*. Pluralis numerus.
- — — 62: *Quadriga*.
- — — 63: *Testudo*.
- — — 64:  $\text{ἄναἢ, οὐραῖος, βασιλικός}$ . Secundum Klaproth<sup>29)</sup> apud Aegyptios hocce serpentum genus vocabatur  $\text{ἄναἢ, ἄναἢ}$ .
- — — 65:  $\text{ἄναἢ}$ ; *libra*<sup>30)</sup>.
- — — 66:  $\text{ἄναἢ}$ ; *pondus*.
- — — 67:  $\text{ἄναἢ, ἄναἢ}$ ; *arcus*.
- — — 68:  $\text{ἄναἢ}$ ; *sagitta*.
- — — 69, a. b: Hicce hieroglyphorum complexus, qui deprehenditur inter figuras delineatas in fragmento nigri basaltitae lapidis, apud Young, *Hieroglyph*. Vol. I, tab. IX, ubi unus ex Pharaonibus conspicitur, qui Dis varia dona offert, constat ex symbolica, de qua mox dicitur, nota, qua verbum  $\text{ἄναἢ}$ , *dare*, exprimitur et mimetico signo, quod imaginem monilis exhibet.

Quum multae res, praesertim notiones abstractae, mimeticis figuris exprimi non possent, priscis Aegyptiis facile sese offerebant signa symbolica, quae illi notarum generi prorsus respondent, quod apud Sinenses *Kia-tseï* vocatur<sup>31)</sup>. Quum hieroglyphica literatura magis deinde magisque excoleretur, symbolice res notionesque exprimendi methodo latior sensim sensimque patebat ambitus. Apte Zoëga totum symbolicorum signorum genus in quatuor classes distribuit<sup>32)</sup>, quarum principium erat vel synecdoche, vel metonymia, vel synecdoche et metonymia, vel denique metaphora. Praeunte Zoëga

ac ducibus antiquitatis, qui hac de re egerunt scriptoribus, singularum classium nonnulla iam dabimus exempla.

I) *Per synecdochen. Turba populi tumultuantis* indicabatur homine armato, qui sagitta emitit (Horapoll. II, 12). *Proelium* duabus manibus, quarum altera scutum tenebat, altera sagittam. (Ibid. II, 5. Cfr. tabulam hieroglyphorum acrologicorum in sectione sequenti, nr. 14. et Tab. V, fig. 180.)

II) *Per metonymiam. Ignis* exprimebatur fumo ad caelum adscendente<sup>33)</sup>; *mensis* ramo palmae vel luna dimidiata (Horapoll. I, 3. 4); *nox* imagine stellae (Horapoll. II, 1; cfr. tab. hieroglyph. acrolog.); *Nilus* omninoque *aqua potabilis* (ἄνωγ) crocodilo (ἀκροε); *mundities lustratioque* aqua et igni<sup>34)</sup> (Horap. I, 43); *obsessio urbis* scala<sup>35)</sup>; *eius* oculo, *auditus* aure<sup>36)</sup>, *loquela* lingua et oculo (Horap. I, 27); *literae* atramento et penna (Horap. I, 38); *concordia* duabus manibus iunctis (Horap. II, 11); *appetitus cibi* manu dextra extensa<sup>37)</sup>; *conservatio ac depositio pecuniae* manu laeva aperta (Diodor. III, 4).

III) *Per synecdochen et metonymiam. Virtus* indicabatur membro genitali virorum; *ignavia* muliebribus<sup>38)</sup>; *labor* cornu bovis (Horapoll. II, 17; quod signum acrologis adnumerari potest, cum *ἔμῃ opus, rem, actionem, ἔμῃ cornu* significet).

IV) *Per metaphoram. Vigilantia ac circumspicuo oculo*<sup>39)</sup> indicabatur; *regia dignitas* api<sup>40)</sup>; *celeritas* accipitre; *virtus ac fortitudo* leone; *agricultura* bove; *rapacitas* crocodilo; *amor parentum* upupa; *insolentia* hippopotamo.

Quod si hasce symbollicorum hieroglyphorum interpretationes consideramus, prae reliquis statim sese offert quaestio, num a Graecis tantummodo excogitatae sint, i. e. num sint conamina explicationis a Graecis hominibus tentatae ingenique acuminis exercitamenta, an Aegyptii, quando eius modi hieroglyphi delineaverunt, re vera eas res ac notiones indicare et exprimere voluerint, quas Graeci Romanique scriptores commemorarunt. Quod fere arbitris, ubi consideras, quantopere sibi ipsis saepenumero obloquantur; quam facile plurimae sese offerant explicationes huiusce generis: ubi denique in memoriam tibi revocas, complures inter hos scriptores probabiliter nullam habuisse accuratiorem de natura hieroglyphicae literaturae notitiam, imo hic illic prorsus falsas ea de re proposuisse sententias. Quibus bene perpensis cautissime utamur necesse est iis explicationibus, quas apud scriptores Graecos Romanosque deprehendimus, multaque interpretationis conamina nihil esse aliud cogitamus, nisi, uti supra diximus, ingenii acuminis ac subtilitatis specimina. Recentissimae tamen disquisitiones satis superque demonstrant, eius modi symbolica signa apud priscos Aegyptios in usu fuisse, quibus transitus praeparabatur ab eo hieroglyphorum genere, quod veris rerum imitamentis constat, ad phoneticum scribendi genus; ac praeter deorum nomina, quae triplici ratione symbolicis notis exprimebantur, quemadmodum supra iam exposuimus, (sive enim animalium, quae singulis numinibus sacra erant, imaginibus; sive humanis figuris, brachiis modo instructis modo carentibus, quibus capita animalium sacrorum imponebantur; sive denique partibus animalium plantarumve aut aliis numinum attributis, quo ex. gr. pertinet nota, quam in tab. V, fig. 182 delineavimus, qua Hori nomen indicatur) magna notarum huc pertinentium copia in monumentorum hieroglyphicis inscriptionibus deprehenditur, quarum significatio vel re ipsa vel ex addito signo determinativo elucet. Eius modi symbolica signa haec sunt:

Tab. XV, fig. 71:  $\text{H}\sigma\tau\tau\epsilon$ , *Deus*. Imaginis naturam figuraeque originem primus recte interpretatus est Thilorier <sup>41</sup>). Fuerunt enim, qui dolabrae ( $\tau\omega\pi\eta\eta$ ) imaginem agnovisse sibi videbantur et acrologica ratione numen ( $\tau\omega\pi\eta$ ) ea indicatum esse putabant <sup>42</sup>). Est vero intersectio pylonis templi (cfr. fig. 72), quem a fronte visum delineavimus in fig. 73. Significationis origo inde repetenda est, quod  $\text{H}\sigma\tau\tau$  simul *deum* ac *portam* significat <sup>43</sup>).

- —, — 74:  $\text{H}\eta\sigma\tau\tau\epsilon$ ; *dii*.
- —, — 75:  $\tau\eta\sigma\tau\tau\epsilon$ ; *dea*.
- ✓ —, — 76:  $\text{H}\text{H}\epsilon$ ; *caelum*.
- —, — 77:  $\text{H}\alpha\lambda\eta\sigma\tau\tau\epsilon$ ; *regiones superiores*.
- —, — 78:  $\text{H}\alpha\lambda\eta\sigma\tau\tau\epsilon$ ; *regiones inferiores*.
- —, — 79:  $\text{H}\alpha\lambda\eta$ ,  $\alpha\lambda$ ; *regio, terra, locus*.
- —, — 80: Pluralis numeri forma; *regiones*.
- —, — 81: *Divina mater*, titulus compluribus Aegypti deabus tribui solitus.
- —, — 82: *Oculus*, symbolum notionis filii <sup>44</sup>).
- —, — 83: Symbolum dominationis de regionibus superioribus.
- —, — 84: Symbolum dominationis de regionibus inferioribus.
- —, — 85:  $\text{H}\sigma\tau\tau\epsilon$ , ornamentum capitis deorum regumque; symbolum compositionis, quo communis de superioribus atque inferioribus regionibus dominatio indicabatur.
- —, — 86:  $\text{H}\sigma\tau\tau\epsilon$ , *rita* ac quidem *rita divina*. Hicce signorum complexus secundum locum, quem in inscriptionibus occupat, modo substantivi, modo adiectivi, modo denique verbi vice fungitur.
- —, — 87:  $\epsilon\pi\eta\tau\epsilon$ ; *templum*.
- —, — 88. 89:  $\sigma\tau\tau\eta\delta$ ,  $\sigma\tau\tau\eta\delta$ ; *sacerdos*.
- —, — 90: *Munus sacerdotale*. — Inscript. Rosettana.
- —, — 91: *Sacrificium*. — Ubi verbum est, significat *offerre, sacrificare*.
- —, — 92: *Libatio*.
- —, — 93: *Suffitio*.
- —, — 94. 95: *Honores diis ac regibus oblatae caerimoniae a legibus praescriptae*. — Inscript. Rosettana.
- —, — 96. 97: *Scriptura, scribere*;  $\sigma\tau\tau\eta\delta$ .
- —, — 98:  $\text{H}\eta\sigma\tau\tau\epsilon$ ; *litterae divinae, sacra scriptura*. Ita literatura hieroglyphica vocatur in inscriptione Rosettana.
- —, — 49:  $\epsilon\sigma\tau\tau\epsilon$ ,  $\sigma\sigma\tau\tau\epsilon$ ; *congregatio hominum ad celebranda publice solemnia*.
- —, — 99: *Magnae panegyriae*. Inscriptio Rosettana.
- —, — 100:  $\sigma\tau\tau\eta\delta$ ; *lustrare*.
- —, — 101. 102:  $\kappa\alpha\theta$ ,  $\kappa\alpha\theta\epsilon\eta$ ,  $\kappa\alpha\theta\epsilon$ ; *omnes*.
- —, — 103:  $\text{H}\eta\delta$   $\text{H}\eta\sigma\tau\tau\eta\delta$ ; *dominus bonitatis; eixáριστος* <sup>45</sup>).
- —, — 104:  $\text{H}\sigma\tau\tau\epsilon$   $\kappa\alpha\theta$ , *deus quisque*.

- Tab. XV, fig. 105: τρωγτε nīsi, *deā quaeque*.  
 — —, — 106: νερωγτε nīsi, *omnes dii deaeque*.  
 — —, — 107: νεβήγτε, *dominus caeli*.  
 — —, — 108: νεβήσι, *dominus domus*.  
 — —, — 109: τρεβήσι, *domina domus*.  
 — —, — 110: πογρε, *bonus, benevolus; benevolentia*.  
 — —, — 111: *Magnus*; cooptice ναα vel κερ, quod phonetice scribitur ωρ (ωαρ),  
 unde iure in Inscriptioe graeca a Letronnio <sup>46)</sup> illustrata Δρωή-  
 ρει exponitur θεῶ μεγάλῳ Ἀπόλλωνι i. e. ραρ-ωρ <sup>47)</sup>.  
 — —, — 112. 113. 114: Eiusdem significationis.  
 — —, — 115: *Bis magnus*; cognomen dei Thoth.  
 — —, — 116: Varias formae complexus signorum, qui in fine nominum hominum  
 mortuorum, tam regum quam privatorum, adiciebatur et cuius  
 significatio erat *amicus veritatis, iustitiae*.

Tab. V, fig. 3: εαητ; *occidens*.

- —, — 4: ειετ; *oriens*.  
 — —, — 184: ηαρεαητ; *regio occidentalis*.  
 — —, — 185: ηαρειετ; *regio orientalis*.  
 — —, — 183: ηαρηπογγι vel πογγι-ηαρ; *terra sycomori* i. e. Aegyptus.

Phoneticis hieroglyphis priscos Aegyptios carere non potuisse (ut omitamus hoc loco argumenta, unde origo huiusce res notionesque exprimendi methodi elucebat), exinde etiam patet, quod symbolica signa, paucis occasionibus exceptis, neque inter se neque cum mimeticis hieroglyphis artius coniungebantur ideoque alia opus erat methodo, qua fieri poterat, ut discrete ac perspicue integrae cogitationum series, neque tantummodo singulae ac seorsim positae notiones exprimerentur. Ipsi Sinenses, qui imaginibus symbolicisque notis longe apertioem, quam veteres Aegyptii, aditum concesserunt, phoneticis signis, quae *hing-ching* ab iis appellantur, carere non potuerunt, eo tamen discrimine, ut non literas, sed syllabas hac ratione exprimerent. Fere dimidia omnium, quae apud Sinenses usu veniunt, signorum graphicorum pars eius modi phoneticis notis constat. Transita illum ab imaginibus ad literas principiumque, quo docente Champollion <sup>48)</sup> phonetica scribendi methodus tamquam fundamento innitebatur, acrophonicum faciliorem reddebat usus signorum symbolicorum. Phoneticas enim notae sunt vel mimeticae vel symbolicae, inter quas sonumque, quem scriba indicare volebat, aliqua intercedebat relatio. Is praesertim eius modi phoneticis signis carere non potuit, qui nomina scribere volebat. Qua enim ratione veteres Aegyptii, eius modi methodo destituti, regum suorum nomina hieroglyphicis figuris scribere potuissent, quorum plurima ita erant comparata, ut vix in singulas partes, quas iuaginitibus symbolicis exprimere licebat, divelli possent <sup>49)</sup>? Quod bene dudum ante Champollionem intellexit Heeren indeque conclusit veteres Aegyptios eius modi in finem hieratica scriptura eaque alphabetica usos esse <sup>50)</sup>. Quod quamvis falsum sit, negari tamen

<sup>4)</sup> Ait enim (*Ideen über den Hamel, Verkehr und Politik der alten Welt*, Vol. II, p. 484): Für

die Meinung übrigens, daß die hieratische Schrift Buchstabenschrift war, scheint mir noch folgendes zu



nequit neminem ante Champollionem certa argumentorum serie adeo prope abfuisse, ut phoneticum hieroglyphicæ literaturæ elementum reperiret, quam Heerenium, qui, si uno pede ulterius progressus nomina in inscriptione Rosettana commemorata, hieroglyphicis figuris scripta esse intellexisset, Champollionis gloriam sibi ipsi vindicasset.

Fuerunt etiam inter veteres Graecos Romanosque scriptores, qui aliquam certe phonetici elementi in hieroglyphica literatura vel notitiam vel suspicionem habebant. Quod exinde etiam manifesto elucet, quod priscis Aegyptiis omnes uno ore alphabeti literarumque inventionem tribuerent<sup>50</sup>); praeterque locos, quos supra in prima huius operis sectione attulimus, huc pertinere videntur verba Plinii<sup>51</sup>), in quibus non sine iure aliquis phonetica hieroglyphica agnoscere sibi videri potest. Aperte enim hieroglyphicas figuras *Aegyptias literas* appellat, alioque in loco ipse Aegyptiis, uti alii scriptores, literarum inventionem tribuit<sup>52</sup>). Atqui quum ea, quae refert, ex diversissimis scriptoribus collegerit, haud mirum, quod non raro secum ipso pugnare videtur: praetereaque ea, quae de inventionem literarum per Aegyptios narrat, vel ad demoticae literaturæ elementa pertinent, vel ex fama illa exorta sunt, secundum quam Aegypti gens inter omnes reliquas orbis terrarum nationes vetustissima fuerit ac sapientissima. Denique, quamvis hieroglyphicas figuras *Aegyptias literas* appellet, haud tamen indo consequitur, phoneticam earum naturam a Plinio esse intellectam, quum hieroglyphica frequenter apud Herodotum<sup>53</sup>), Diodorum<sup>54</sup>), Strabonem<sup>55</sup>), aliosque<sup>56</sup>) *ῥηύματα* vocentur, qui nullam phonetici elementi in literatura hieroglyphica suspicionem habuerunt<sup>57</sup>).

Principium acrophonicum, cuius ope fieri potuit, ut veteres Aegyptii hieroglyphicis figuris literas indicarent<sup>\*)</sup>, originem praeterea explicat signorum homophonorum. — Phoneticis systematis inventores simul dialectorum rationem habuere, atque ingeniosa methodo, qua modo omissione vocalium literarum in singulis dialectis differentium, modo latiore potestate iis notis tributa, quae se invicem quasi supplebant [commutatione consonantium tenuium et aspiratarum; liquidarum, potissimum λ et ρ literarum<sup>58</sup>); praeterea literarum κ et σ ac sinilium<sup>59</sup>)] omnes fere dialectorum differentias in hieroglyphica scriptura

sprechen. Wir wissen aus Herodot (II, 100), daß die Priester in ihren Büchern lange Verzeichnisse bloßer Namen hatten. Sie lasen Herodot 330 Namen von Königen vor. Wie lassen sich aber solche Eigennamen mit Hieroglyphen schreiben? Nur in dem einzigen Falle, wenn diese Namen noch eine anderweitige Bedeutung hatten; sonst würden die Bezeichnungen bloß willkürliche Zeichen werden, die nichts dazu beitragen können, einen Namen in das Gedächtnis zurückzurufen. Der Name Hengiss z. B. läßt sich hieroglyphisch durch ein Pferd bezeichnen; aber wie will man den Namen Heinrich mit Hieroglyphen schreiben? Daß aber die Namen der ägyptischen Könige solche anderweitige Bedeutungen hatten, ist uns wenigstens nicht bekannt.

\*) Quod principium acrophonicum hisce verbis comprehendebat Champollion: Une voix ou une articulation peut avoir pour signe graphique l' image

d'un objet physique dont le nom dans la langue parlée commence par la voix ou l'articulation qu'il s'agit d'exprimer. Quum vero inter phonetica signa non exiguus sit numerus eorum, quorum significatio ex symbolica eiusdem signi potestate derivanda est, (vid. ex. gr. nr. 22. 27. 49. 55. 71. 82. 103. 104. 108. 115. 121. 122. 123. 126. 128. 171. 175. 194. 195. 199. 205. 211. 212. 213. 217) quemadmodum cruz anota literae u respondet, quia symbolum est vitae divinae (mazé sivo unq), Salvolini principium acrophonicum paulo latius enuntiavit hisce verbis: Tout hiéroglyphe phonétique est l'image d'un objet physique qui rappelle soit directement, soit indirectement, un mot de la langue égyptienne qui commençait par la voix ou l'articulation que le signe lui même est destiné à exprimer. (Analyse grammaticale et raisonnée de différents textes Égyptiens, I, p. 81.)

sustulere, quod eo magis erat necessarium, quia inscriptiones templorum palatiorumque a quovis Aegypto homine, (nulla nomi, quo natus erat, ratione habita) intelligi debebant. Iure igitur pronuntiare licet inscriptiones hieroglyphicas secundum tres Aegypti dialectos legi et explicari posse. Quantam vim sibi vindicaverit consuetudo priscorum Aegyptiorum hieroglyphicis figuris scribendis ex usu seriorum etiam saeculorum elucet, quum in copticis libris innumera fera vocabula deprehendantur; quae vel partim vel prorsus careant vocabulis literis, et in quibus consonantes affines eodemque organo pronuntiandae frequenter inter se permulentur. Homophona signa, quorum origo facillime intelligi potest secundum principium acrophonicum, primo quidem obtutu adeo superflua videntur, ut iis praeter necessitatem artem hieroglyphicis figuris scribendi magis impeditam ac literarum intellectu difficiliorum esse redditam arbitreris: ast veteres Aegyptii huiusce modi signis pluribus rationibus satis ingeniose utebantur. Etenim, quod alia vix fieri poterat ratione, idonea habilique electione aptorum signorum, figuras hieroglyphicas per singulas lineas adeo aequabiliter partiri poterant, ut nulla lineam excedere vel maiorem, quam fas erat, relinquere lacunam videretur, id quod non exigui erat momenti in scriptura architectonicis potissimum usibus destinata. Praeterea, quod bene iam animadvertit Champollion<sup>60</sup>, ipsis phoneticis, quae literas exprimebant notis, symbolicae etiam tribuere potuerunt vim congruam notionibus, quas indicare in animo habebant. Ita, ut nonnulla saltem exempla adferamus, non sine consilio  $\bar{c}$  literam in vocabulo  $\epsilon\iota$ ,  $\epsilon\kappa$ , *filius*, elliptica figura reddebant, quae vel *oemum* ( $\omega\omicron\mu\omicron\tau\epsilon$ ) vel *germen* ( $\epsilon\kappa\tau$ ) indicabat. In eiusdem significationis vocabulo  $\mu\epsilon$ , primam literam *vulpsere* ( $\chi\eta\nu\alpha\lambda\acute{\omega}\nu\eta\epsilon$  Graecis vocato) exprimebant, cuius optionis inter tot eundem sonum indicantia signa causam intelliget, qui Horapollinis verba (I, 53) comparabit<sup>61</sup>).

Ex acrophonico principio intelligitur etiam, cur vaga quaedam existerint signa, quae plures sonos ac literas poterant exprimere. Namque fieri poterat, ut eadem res compluribus nominibus appellaretur: unde manifestum, ut secundum vocabulum, quod in memoriam sibi revocaverit scriba, alia et alia litera rei imagine indicaretur<sup>62</sup>).

Pauca denique verba addenda sunt de complexibus hieroglyphorum decurtatis, quorum plures iam supra data occasione commemoravimus; quum hocce potissimum figurarum genus Klaprothio<sup>63</sup> locum dedisset, complurium contra Champollionem obiectionum reprehensionumque<sup>64</sup>, quas ille minime demeruit, praesertim quum satis luculenter ac diserte originem usumque eius modi complexuum indicavisset<sup>65</sup>, quos ne cum alius generis scripturae compendiis (cfr. Alphabet. hieroglyph. in tab. IX, nr. 286. 287. 288.) confundas cavendum est, quibus scribae utebantur, ut vel aliquid spatii lucrarentur, vel symmetricae adnotationi, cui praeprimis studebant, signa accommodarent<sup>66</sup>). Ac re vera, cum veteres Aegyptii constanti hieroglyphicae scripturae usu eo pervenissent, ut primo statim obtutu certis quibusdam frequenter recurrentibus figurarum complexibus certam attribuerent significationem (quod eo facilius fieri poterat, quum in scriptura eiusdem vocabuli isdem signis uti solerent; unde factum est, ut integros interdum complexus inverterent, ita ut prima litera postremum locum occuparet \*)), facile intelligitur, quomodo satis ducere poterint, primam tantummodo literam pro integro vocabulo ponere, atque hac ratione phoneticis

\* Quae de re supra in sectione prima, duce Thilorier, discussimus.

notis symbolicas iterum substituere. Quod si accuratius secum perpendisset Klaproth, procul dubio ea, quam fecimus observatione usus esset, ut certioribus argumentis hieroglyphica acrologica, quae primus detexisse sibi videbatur Gulianoff, vindicaret. Quum vero de acrologiis hieroglyphis sequenti huius operis ratione disserturi simus, h. l. uberio rem expositionem superfluum ducimus, exemplique tantummodo gratia nonnulla huiusce modi vocabulorum compendia recensemus.

Tab. V, fig. A, nr. 1: *ege, tacca.*  
 — — — — 2: *αησ, vita.*  
 — — — — 3: *οτης, auxilium, fulcrum.*  
 — — — — 4: *ιρι, facere.*  
 — — — — 5: *οτης, sacerdos.*  
 — — — — 6: *σινρι, senior, caput familias.*  
 — — — — 7: *αοτη, αηη; stabilire.*  
 — — — — 8. 9: *αισταοτης, eeridicus.*  
 — — — — 10: *μα, maguus.*  
 — — — — 11: *πορη, bonus.*  
 — — — — 12: *ποτης, deus.*  
 — — — — 13: *οτης, rex.*  
 — — — — 14: *σιντ, ultor.*  
 — — — — 15: *ρη, rex, moderator.*  
 — — — — 16: *ροη, dies.*

Alia exempla in quarta sectione proponuntur. Addimus iam vocabula nonnulla Aegyptia phonetice scripta, quorum in superioribus nondum mentionem fecimus:

Tab. XV, fig. 118. 119: *οο* vel *το*, *mundus*. Eaedem figurae indicant syllabam *το* in nominibus propriis graecis ac romanis.

— — — — 120: *ρη, sol.*  
 — — — — 121: *μα, locus.*  
 — — — — 122: *σαδ, scribere, scriptura.*  
 — — — — 123: *εδοτη, scribae; οι ιερογραμματις;*  
 — — — — 124: *εδα, scriptura.*  
 — — — — 131. 132: *αη, ααι, amatus*, si secundum in nominibus compositis locum occupat: si primum, *amans*.  
 — — — — 133: *αηη, αηηη; is, qui eum amat.*  
 — — — — 134: *αησ, αηησ; is, qui eam amat.*  
 — — — — 135. 136: *ααι.*  
 — — — — 137: *εση, splendens.*  
 — — — — 138. 139: *ετη, electus, insignis.*  
 — — — — 140 — 144: *αηη, αηηη; stabilitus.*  
 — — — — 145: *αρη, αρηε; amare.*

Tab. V, fig. 186: *σινρι, coptice εν; cynocephalus.*  
 — — — — 187: *ηλ, αλ, coptice αηλ, antilope.*  
 — — — — 188: *ερηση, hyacina.*

- Tab. V, fig. 189: ρρε, ρρη, cooptice ριρ; *porcus*.  
 — — — 190: μαστ, cooptice εματ, εμμα; *sus*.  
 Tab. XVII, fig. 14: αε, εε, cooptice ερε; *bos*.  
 — — — 15. 16: κεσα. τ; *equae* <sup>67)</sup>.  
 Tab. V, fig. 191: μαστ; *felis mas*.  
 — — — 191\*: ογχορ, *canis*. Quod vocabulum Rossi (*Etymol. Aegypt.* p. 152) proprie *ονοματοποιητικόν* fuisse censet, sicuti μογι et alia. Comparat arabicum *س*, *har*, et latinum hirsire (Sidon. Apollinar. *Epist.* VII, 3. IX, 16).  
 — — — 192: ογυση; *lupi species*.  
 — — — 193: μογ, cooptice μογι; *leo*.  
 — — — 194: κη (cehi \_); hebr. לוי; arab. لبيب; *lupus*.  
 — — — 195: οβε, coopt. οβεε; *dens*.  
 — — — 196: κορο, coopt. κοροε, κεε; *cubitus*.  
 — — — 197: ααντ, coopt. ααντο; *mammae*.  
 — — — 198: ρτ, coopt. ρατ; *pedes*.  
 — — — 199: σπρ, εφρ, coopt. σπρε, εφρε; *costa*.  
 — — — 200: σπτ, εφτ, coopt. σπτοστ, εφτοστ; *labia*.  
 — — — 201: τρι, coopt. τριε; *frons*.  
 — — — 202: φοο, coopt. φοε; *caesaries*.  
 — — — 203: ηυση; *clunis, femur*.  
 — — — 204: ερ; *χναλαση*.  
 — — — 205: ηισ, ηικ; *nisus*.  
 — — — 206: κρεογ, coopt. κρεγε; *cultur*.  
 — — — 207: σπση; *species ardearum*.  
 — — — 208: εη; *Ibis*.  
 — — — 209: αεσα, cooptice αεσαε, αεσαε; *aquila*.  
 — — — 210: τηε, coopt. τηεε; *ala*.  
 — — — 211: εογε, coopt. εογεε; *ovum*.  
 — — — 212: ερε; *serpens*.  
 — — — 213: ογρη; *βασιλικος*.  
 — — — 214: ρα; cooptice ραε (ἄβραμεις, ἀβραμίδιον apud Oppianum et Xenocratem); piscium genus, in Nilo frequens.  
 — — — 215: ηυση; *testudo*.  
 — — — 216: αεγ, cooptice αεγ, αε; *musca*.  
 — — — 217: κρητι, coopt. κρητιε; *vermis*.  
 — — — 218: οοε, coopt. οοε, ιοε; *luna*.  
 — — — 219: εε. τ. coopt. εεε; *serra*.  
 — — — 220: ογση; *monile*.  
 — — — 221: κη; cooptice κηε; *favus*.  
 — — — 222: αλη; *libra*.  
 — — — 223: κηε, cooptice κηεε, κηε; *tibia*.

- Tab. V, fig. 224: ερη.τ, quod cohaeret cum verbo coptico εωρ; *flabellum*.  
 — —, — 225: 𐤎𐤏𐤏, coptice 𐤎𐤏𐤏, 𐤎𐤏𐤏; *filius*.  
 — —, — 226: 𐤎𐤏𐤏𐤏; *altare*.  
 — —, — 227: 𐤎𐤏𐤏𐤏; *currus bellicus*.  
 — —, — 228: 𐤏𐤏, coptice 𐤏𐤏𐤏; *frumentum*.  
 — —, — 229: 𐤏𐤏, 𐤏𐤏, 'copt. 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏; *arcus*.  
 — —, — 230: 𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏; *sagitta*.  
 — —, — 231: 𐤏𐤏, copt. 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏; *sagitta*.  
 — —, — 232: 𐤏𐤏𐤏 vel 𐤏𐤏𐤏, copt. 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏; *furnus*.  
 — —, — 233: 𐤏𐤏, copt. 𐤏𐤏; *caro*.  
 — —, — 234: 𐤏𐤏𐤏, copt. 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏; *murus*.  
 — —, — 235: 𐤏𐤏, copt. 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏; *infans lactens*.  
 — —, — 236: 𐤏𐤏𐤏; *stella, astrum*.  
 — —, — 238: 𐤎𐤏𐤏.τ; corona *teschr* vocata rubri coloris, quae partem efficiebat inferiorem ornamenti capitis, quo reges utebantur, 𐤎𐤏𐤏 vocati.  
 — —, — 239: 𐤏𐤏𐤏; ornamentum capitis deorum dearumque.  
 — —, — 240: 𐤎𐤏, 𐤏𐤏 (𐤎𐤏𐤏); ornamentum capitis, quo reges in bello, militesque utebantur; galeae species.  
 — —, — 241: 𐤏𐤏𐤏, coptice 𐤏𐤏𐤏𐤏; *statua*.  
 — —, — 242: 𐤎𐤏𐤏, copt. 𐤎𐤏𐤏; *germen, semen*.  
 — —, — 243: 𐤏𐤏, 𐤎𐤏; *riscus*.  
 — —, — 244: 𐤏𐤏𐤏; *chorda, funis*.  
 — —, — 245: 𐤏𐤏𐤏, coptice per metathesin 𐤏𐤏𐤏; *linum*.  
 — —, — 246. 247: 𐤏𐤏𐤏 vel 𐤏𐤏.τ, copt. 𐤏𐤏𐤏𐤏 vel 𐤏𐤏; *femina*.  
 — —, — 248: 𐤏𐤏𐤏, copt. 𐤏𐤏𐤏; *flos*.  
 — —, — 249: 𐤏𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏, copt. 𐤏𐤏𐤏𐤏; *nutrix*.  
 — —, — 250: 𐤏𐤏, 𐤏𐤏; *lignum*.  
 — —, — 251: 𐤎𐤏𐤏𐤏, 𐤎𐤏𐤏 (quod cohaeret cum verbo coptico 𐤎𐤏𐤏𐤏, *acutus esse*); *falx*.  
 — —, — 252: 𐤏𐤏 vel 𐤎𐤏𐤏; *falx*.  
 — —, — 253. 254: 𐤏𐤏 vel 𐤏𐤏𐤏, 𐤏𐤏𐤏; *corona florum*.  
 — —, — 255: 𐤏𐤏𐤏; *monile*.  
 — —, — 256: 𐤏𐤏𐤏𐤏 (quod cohaeret cum 𐤏𐤏𐤏, *mamma*); monilis species, quod peculiare fuit nutricibus et lactentibus infantibus.  
 — —, — 257: 𐤏𐤏𐤏.τ; *sistrum*.  
 — —, — 258: 𐤏𐤏𐤏𐤏 vel 𐤏𐤏𐤏; sceptrum, quo dii deaque uti solent, capite *cucphae* ornatum.  
 — —, — 259: 𐤏𐤏𐤏 vel 𐤏𐤏𐤏; *scutum*.  
 — —, — 260: 𐤏𐤏𐤏-𐤏𐤏; *speculum*.  
 — —, — 261: 𐤏𐤏𐤏; *pectorale*.  
 — —, — 262: 𐤏𐤏; anal. 𐤏𐤏; *calcei*.  
 — —, — 263: 𐤏𐤏 coptice 𐤏𐤏𐤏; *unguenta liquida*.

- Tab. V, fig. 264: ρον, ρνο; *ras*.  
 — —, — 265: ρα, copt. ραε; *gubernaculum*.  
 — —, — 266: ερτ, copt. ερωτε; *lac*.  
 — —, — 267: εοστ, εωσ; *gloria, honos*. Determinatur vocabulum symbolice ara et lituo.  
 — —, — 268: ελλ, coptice ελλ; *citis*. Determinatur vocabulum vel (268, a) acinis, vel pampino (268, b).  
 — —, — 269: κερ, κερ; *libatio*.  
 — —, — 270: κερ, copt. κερ; *cera*.  
 — —, — 271: κερ, κερ; *nox*.  
 — —, — 272: ογμ (a) vel κη (b. coptice κηε, χηε); *tenebrae*. In fine tamquam signum determinativum addita est imago caeli cum stella.
- Tab. XVII, fig. 10: ροστ, *dies*. fig. 11: ρροτ vel ροστ, *dies*. De apocope literae ρ infra dicitur [p. 134].  
 — —, — 12: φτ ροστ, θιδ; *επιφανής*; cognomen Ptolemaei quinti. Postrema nota est symbolica, uti patet collatis Horapollinis verbis (II, 3): δύο πόδες ανηγμένοι και βεβηκότες δρόμον ήλιου τόν εν ταϊς χειμεριναϊς τροπαϊς σημαινουσι, i. e. diem, ροστ. [Cfr. Rosellini, *Monum. stor.* II, p. 347, not.: *Due gambe che vanno è semplicemente un carattere determinativo, che si aggiunge a molti verbi di moto e di quiete.*]
- Tab. V, fig. 273: μοτε, μοτω; *splendor*. Determinatur solis imagine radios emittentis.  
 — —, — 274: ρη, ρη; *nomen*. Determinatur schemate elliptico, quo regum nomina includebantur.  
 — —, — 275: ρροστ, coptice ραρ; *carbones ardentis*.  
 — —, — 276: ρη; *porta*.  
 — —, — 277: κω, κω; *ebur*.  
 — —, — 278: κη.τ (quod derivandum a radice κηλ); *conditio mumiarum*.  
 — —, — 279: ρα, ρη, coptice ρα; *maritus*. Imago phalli, tamquam signum determinativum adicitur etiam in fine vocabulorum, quibus patris notio exprimitur.  
 — —, — 280: κη, κη, coptice κηε; *agricultura*.  
 — —, — 281: κη, κη; *pessulus*.  
 — —, — 282: κηε, κηε, κηε; *nutrix*. Cfr. supra ad tab. V, fig. 249. Ibi signum determinativum erat mimeticum, hic tropicum.  
 — —, — 283: κηε, κηε, κηε; *mina, mva* (pondus ac mensura). Ex signo determinativo, imagine vasis, elucet pondera olim liquidorum mensuris constitisse, quod ingeniose principium fuisse metrologiae veterum, nuper contendit Boeckhius.  
 — —, — 284: κητ (κηετ); *dorsum* (spina medullari determinatum. Cfr. Horapoll. II, 8); *pars corporis posterior*.

- Tab. V, fig. 285:  $\sigma\tau\alpha\lambda$ ,  $\sigma\sigma\alpha\lambda$  ( $\sigma\tau\eta\alpha\lambda$ ,  $\sigma\sigma\eta\alpha\lambda$ ); *collyrium*, cuius usus indicatur nigra linea infra oculi imaginem, quae signi determinantis symbolici vicem tenet.
- — — 286:  $\sigma\acute{\alpha}$ ,  $\epsilon\acute{\alpha}$ , cooptice  $\sigma\acute{\alpha}\epsilon$ ,  $\epsilon\acute{\alpha}\epsilon$ ; *sitis*. De signi determinativi origine ac significatione cfr. Gesenii *Commentar. ad Jes. Prophet. XXXV*, 7. Vol. I, pag. 926 sqq. Silvestre de Sacy, *Chrestomathie arabe*, Vol. III, p. 38 sq. Arabes enim Indique phaenomenon, *Mirage* recentioribus vocatum, quo sitientes peregrinatores saepenumero in desertis Libyae Asiaeque eruciantur, *sitiu* *Antilopes* appellare solent.
- — — 287:  $\rho\acute{\alpha}\epsilon$ , coopt.  $\rho\acute{\alpha}\omega\epsilon$ ; *vestimentum*.
- — — 288:  $\epsilon\epsilon\delta\sigma\gamma$  (quod cohaeret cum verbo  $\sigma\circ\gamma\acute{\alpha}\epsilon$ , *circumcidere*); *bos exsecutus*.
- — — 237:  $\omega\pi\tau$ ; *hippopotamus*.
- — — 289:  $\eta\epsilon\iota$ .  $\tau$ , coopt.  $\eta\iota\sigma\eta\epsilon$ ; *sycomorus*.
- — — 290:  $\omega\sigma\beta$ , coopt.  $\eta\epsilon\iota\delta\iota\epsilon\iota$ ; *tamariscus*.
- — — 291:  $\sigma\psi$ .  $\tau$ ; *persea* <sup>69</sup>.
- — — 292:  $\sigma\tau\eta\alpha$ ; *faba*.
- — — 293:  $\mu\alpha\eta\epsilon$ ; *Colchicorum species*. (Planta enim in tabulis pictis delineata mirum in modum similitudine reddit *Colchicum autumnale* L.)
- — — 294:  $\tau\epsilon\sigma$ ,  $\tau\sigma\epsilon$ ; *palea*.
- — — 295:  $\sigma\alpha$ ,  $\sigma\iota\alpha$ ; *foenum*.
- — — 296:  $\epsilon\sigma\phi$ ,  $\epsilon\sigma\phi\epsilon$ ; *flos*. Cfr. Tab. V, fig. 248. Illic additum est signum determinativum speciei mimeticum; hic determinativum generis.
- — — 297:  $\epsilon\sigma\phi$ .  $\tau$ ; *flos*.
- — — 298:  $\kappa\acute{\alpha}\lambda\epsilon$ ,  $\kappa\epsilon\lambda\epsilon$ ; *spica graminis*.
- — — 299:  $\tau\epsilon\zeta$ ,  $\tau\alpha\epsilon\zeta$ ; *plumbum*.
- — — 300, a et b:  $\mu\epsilon\eta$ ; *cuprum*.
- — — 301:  $\sigma\tau\alpha\lambda$ ,  $\sigma\tau\eta\alpha\lambda$ ,  $\sigma\sigma\eta\alpha\lambda$ ; *antimonium*.
- — — 302:  $\mu\alpha\sigma\alpha$ ,  $\mu\alpha\delta\eta\alpha$ ; *aures*.
- — — 303:  $\eta\iota\tau$ ; *nares*.
- — — 304:  $\eta\iota\sigma\tau$ ; *narinae*.
- — — 305: a. *tempus dextrum*;  $\mu\epsilon\iota\iota\epsilon\sigma\tau$  Vel  $\mu\epsilon\iota\iota\sigma\tau\eta\alpha\lambda$ . b. *tempus sinistrum*;  $\mu\epsilon\iota\iota\epsilon\lambda\mu\tau$  Vel  $\mu\epsilon\iota\iota\epsilon\sigma\tau\eta\epsilon$ .
- — — 306:  $\eta\epsilon\lambda\delta$ , coopt.  $\eta\alpha\epsilon\delta$ ; *collum*.
- — — 307:  $\mu\sigma\tau$ ; *cervix*.
- — — 308: a. *humerus sinister*;  $\eta\epsilon\omega\epsilon\sigma\tau\eta\epsilon$ . b. *humerus dexter*;  $\eta\epsilon\sigma\tau\eta\alpha\lambda$ .
- — — 308\*:  $\sigma\pi$ , cooptice  $\eta\mu\alpha$ ; *palmamans*.
- — — 309:  $\epsilon\lambda\pi$ ,  $\epsilon\sigma\pi$ ; *phallus*.
- — — 310:  $\sigma\delta\sigma\eta\alpha\tau\epsilon$ ; *testiculi*.
- — — 311:  $\alpha\gamma\gamma$ ,  $\omega\iota\gamma$ ; *testiculi*.
- — — 312:  $\eta\epsilon\lambda\lambda\epsilon\eta\epsilon\tau$ ; *genua*.
- — — 313: ( $\eta\omega\epsilon$ - $\eta\epsilon\omega\epsilon$ ); symbolica, qua Orionis constellatio indicatur, nota.
- — — 314:  $\tau\tau$ ; *constellatio canis maioris*.
- — — 315:  $\sigma\circ\gamma\iota\omega\epsilon$  Vel  $\eta\epsilon\epsilon\sigma\gamma$ ;  $\Sigma\acute{\omega}\delta\iota\varsigma$ , *Caulicula*.

- Tab. V, fig. 316:  $\omega\pi\tau$ ; *constellatio cygni*.  
 — —, — 317: ( $\xi\sigma\upsilon\pi$ - $\epsilon\pi\epsilon$ - $\epsilon\iota\sigma\tau$ ); symbolica nota, qua *Arctophylax* (*Bootes*) indicatur.  
 — —, — 318:  $\sigma\eta$ ,  $\alpha\eta$ , cooptice  $\alpha\eta$  vel  $\alpha\alpha\eta$ ; *hora*.  
 — —, — 319:  $\sigma\eta\eta$ ,  $\tau$ , coopt.  $\tau\sigma\eta\eta\sigma\tau$ ; *hora*.  
 — —, — 320:  $\epsilon\eta$ , coopt.  $\epsilon\alpha\eta$ ; *heri*.  
 — —, — 321:  $\tau\eta\eta$ ; *limes*.  
 — —, — 322:  $\epsilon\tau$ ; *cacumen montis, saxum praeceps*.  
 — —, — 323:  $\tau\eta\epsilon$  vel  $\tau\eta\sigma$ ; *arx, urbs munita*.  
 — —, — 324:  $\alpha\lambda\eta\sigma\tau$ ; *aqua*.  
 — —, — 325:  $\iota\sigma\alpha\sigma$ ,  $\epsilon\iota\sigma\alpha\sigma$ ; coopt.  $\phi\iota\sigma\alpha$ ; *mare*.  
 — —, — 326:  $\epsilon\eta\delta$ , coopt.  $\epsilon\sigma\eta\delta\epsilon$ ; *fons*.  
 — —, — 327:  $\eta\iota\sigma\alpha\sigma$ ,  $\iota\sigma\alpha\sigma$ ; *mare*: cfr. fig. 325.  
 — —, — 328:  $\epsilon\eta\delta$ , coopt.  $\epsilon\epsilon\delta\epsilon$ ; *fons*.  
 — —, — 329: ( $\eta\eta\eta$ ); *puteus*.  
 — —, — 330:  $\lambda\eta\epsilon$ ; *libatio*.  
 — —, — 331:  $\epsilon\eta\eta$ , cooptice  $\epsilon\eta\sigma\eta$ ,  $\epsilon\eta\sigma\eta$ ; *sanguis*.  
 — —, — 332:  $\chi\tau$ , coopt.  $\alpha\eta\chi\tau$ ; *ignis*.  
 — —, — 333:  $\epsilon\tau$ , coopt.  $\epsilon\sigma\tau\epsilon$ ; *flamma*.  
 — —, — 334:  $\tau\eta$ , coopt.  $\tau\eta\eta$ ; *scintilla*.  
 — —, — 335: *carbones ardentes*; cfr. fig. 275 eiusdem tabulae.  
 — —, — 336. 337:  $\rho\eta\epsilon$ , coopt.  $\rho\alpha\eta\epsilon$ ; *calor*.  
 — —, — 338:  $\alpha\eta\eta$ , coopt.  $\alpha\eta\eta$ ; *lapis, saxum*.  
 — —, — 339:  $\alpha\eta\eta\eta\alpha$ , coopt.  $\alpha\eta\eta\eta\alpha\lambda\epsilon$ ; *lapis niger (basanites)*.  
 — —, — 340:  $\sigma\lambda$ , coopt.  $\sigma\sigma\lambda$ ; *mendacium, fraus, furtum*.  
 — —, — 341:  $\eta\sigma\delta$ , coopt.  $\eta\sigma\delta\eta$ ; *hypocrita*.  
 — —, — 342:  $\eta\eta\tau$ , coopt.  $\eta\eta\sigma\tau\epsilon$ ; *inimicus*.  
 — —, — 343:  $\eta\eta\alpha$  vel  $\eta\sigma\alpha$ ; *inimicus*.  
 — —, — 344:  $\epsilon\eta$ ; cooptice  $\epsilon\sigma\eta$ ; *homo profanus*.  
 — —, — 345:  $\epsilon\sigma\alpha\eta\eta\eta\eta$ ; *scriptura demotica*.  
 — —, — 345\*:  $\alpha\lambda\lambda\sigma\tau$ ; *miles*.

Tab. XVII, fig. 8:  $\eta\sigma\tau\epsilon$ , *deus*. fig. 9:  $\eta\tau\eta\eta$ , *deus*. Posterior forma est primitiva. Saepenumero enim  $\eta$  in fine vocabulorum praeae Aegyptiorum linguae interit, ita ut nullum deinde literae huius in cooptico vocabulo vestigium deprehendi posset. Exempla reperiantur apud Champollion, *Gramm. Egypt.* I, p. 63. Cfr. vocabula supra nobis laudata  $\epsilon\tau\eta\eta$ ,  $\epsilon\tau\sigma$ , *equus*;  $\sigma\eta\eta$ ,  $\sigma\eta\sigma$ , *furnus*;  $\epsilon\sigma\eta\eta$ ,  $\epsilon\sigma\sigma\eta$ , *dies*;  $\alpha\epsilon\eta$ ,  $\alpha\epsilon\eta$ , *tamariscus*;  $\alpha\eta\eta$ ,  $\alpha\eta\eta$ , *lapis*;  $\epsilon\eta\eta$ ,  $\epsilon\eta\eta$ , *fames*; etc. Aliter indicat Rosellini, *Monum. storici*, Vol. II, p. 138, not. 3.

- —, — 13:  $\lambda\sigma\sigma\eta$ ; *crocodilus*.  
 — —, fig. 125:  $\Delta\alpha\eta\eta$ ; *habitatio Ammonis*; nomen urbis Thebarum <sup>70)</sup>.  
 — —, — 126:  $\eta\eta\eta\eta$ ; *urbs Aegypti inferioris*.  
 — —, — 127:  $\epsilon\epsilon\eta\eta$ ; *hodie Wady-Halfa* <sup>71)</sup>.



- Tab. XVII, fig. 128:  $\Psi\acute{\iota}\lambda\chi\iota\varsigma$ ; olim *Ψίλχις*; hodie *Wady-Dakkeh* in Nubia <sup>72)</sup>.  
 — —, — 129:  $\tau\acute{\alpha}\lambda\mu\varsigma$ ; olim *Τάλλμις*; hodie *Kalabsche* in Nubia <sup>73)</sup>.  
 Tab. V, fig. 346:  $\mu\acute{\upsilon}\nu\delta\omicron\upsilon\varsigma$ ; *mundus Romanus*.  
 — —, — 347:  $\mu\epsilon\sigma\omicron\tau\omicron\tau\acute{\alpha}\mu\iota\alpha$ ; Mesopotamia.  
 — —, — 348:  $\nu\acute{\iota}\nu\iota\alpha$ ; Ninive.  
 — —, — 349:  $\pi\acute{\alpha}\rho\varsigma$  vel  $\phi\acute{\alpha}\rho\varsigma$ ; Persia. Cfr. Tab. V, fig. 384.  
 — —, — 350:  $\epsilon\beta\sigma\eta\kappa\epsilon$ ; Ebschke; urbs Nubiae hodie *Ibsambul* vocata.  
 — —, — 351:  $(\tau.)\tau\epsilon\tau\tau\upsilon\tau$ , Tanthur, hodie *Dandur*; urbs Nubiae.  
 — —, — 352:  $\sigma\upsilon\eta$ , Suan; Syene, hodie *Assuan*.  
 Tab. XV, fig. 130: Eiusdem orbis nota symbolica, qua alluditur ad situm eius, quem veteres arbitrabantur sub tropico circulo <sup>74)</sup>.  
 Tab. V, fig. 353:  $\omicron\mu\beta\iota$ , Ombi; Ombos, hodie *Kum-ombu*.  
 — —, — 354:  $\mu\epsilon\mu\theta$ , Month; Hermonthis, hodie *Erment*.  
 — —, — 355:  $\tau\epsilon\theta\alpha\varsigma$ ,  $\tau\theta\eta$ ,  $\eta\epsilon\mu\phi$ ; Thebae.  
 — —, — 356:  $\kappa\epsilon\beta\tau\omicron$ ,  $\sigma\acute{\epsilon}\tau\omicron$ ; Kebto; Coptos, hodie *Keft*.  
 — —, — 357:  $\epsilon\beta\upsilon\delta$ ; Abydos; copt.  $\epsilon\beta\upsilon\tau$ .  
 — —, — 358:  $\mu\epsilon\mu\theta$ ,  $\mu\epsilon\mu\theta\upsilon$ , Manuphi; Memphis <sup>75)</sup>.  
 — —, — 359: Compendium scripturae eiusdem nominis.  
 — —, — 360:  $\sigma\epsilon\sigma\alpha$ , Ssa; Saïs, hodie *Sá*.  
 — —, — 361:  $(\Pi)\epsilon\beta\alpha\iota\tau$ , Pahbaît; Isis oppidum, hodie *Bahbaît*.  
 — —, — 361\*:  $\sigma\epsilon\mu$ , Senem; insula prope Philas, hodie  $\alpha\varsigma$  <sup>75\*)</sup> vocata.  
 — —, — 362 ( $a, b, c, d, e$ ):  $\phi\acute{\iota}\lambda\alpha\kappa$ ; Philarum insula, apud Coptitas  $\phi\acute{\iota}\lambda\alpha\kappa$  vel  $\phi\acute{\iota}\lambda\alpha\kappa$  vocata.  
 — —, — 363:  $\rho\omicron\mu\alpha$ ; urbs Roma.  
 — —, — 364:  $\mu\epsilon\theta\epsilon\sigma$ , *habitatio dei Sevek*; nomen sacerdotale urbis Latopolis (*Ombos*).  
 — —, — 365: *Habitatio deae Natphe*;  $\tau\pi\eta$ , urbs mediae Aegypti, apud Graecos *Ἀφροδισόπολις* vocata.  
 — —, — 366: *Habitatio dei Thóth*; urbs *Diminhor* hodie, olim Hermopolis parva vocata.  
 — —, — 367: *Habitatio deae Neith*; i. e. Saïs.  
 — —, — 368,  $a, b$ : *Habitatio deae Hathor*; i. e. Tentyris.  
 — —, — 369: *Habitatio genii Scho*. Nomen urbis, quod nota haec symbolica exprimitur, est in copticis libris  $\sigma\eta\sigma\omega$  vel  $\tau\alpha\eta\sigma\omega$ ; cum  $\eta\sigma$  etiam mille et translate *arenam* significet, nomen verti etiam potest: *urbs deserti*.  
 Tab. XVII, fig. 18: *Habitatio octava*; nomen symbolicum urbis a Graecis Hermopolis magna, apud Aegyptios  $\alpha\sigma\chi\mu\iota\tau$  (i. e. *octo*), hodie *Aschmin* vocata <sup>76)</sup>.  
 Tab. V, fig. 370: *Habitatio dei Phra*; nomen sacrum urbis Heliopolis ( $\phi\eta$ ), oppidique Nubici, quod hodie *Derry* vocatur.  
 — —, — 372: Amenopheum, *palatium regis (Solis, domini iustitiae)* i. e. Anenophidis III. *Ἀμενώφιον*, palatium in urbe Thebarum situm.

- Tab. V, fig. 373: Thutmoseum; *palatium regis (Solis, statoris mundi)* i. e. Thutmosis III.
- — — 374: Menephtheum; *palatium regis (Solis, auctoris iustitiæ)* i. e. Menephtia I. Rudera huius palatii Thebani conspiciuntur prope vicum *Kurnak*.
- — — 375: Rhamesseum; palatium regis Rhamsis Magni.
- — — 376: Rhamesseum regis ab Amnone dilecti (*Meiamun*). Rudera huius palatii conspiciuntur prope vicum hodie *Medinet-abu* vocatum.
- — — 377: ρῶ-δασῖ-ης; Rhamesseum Thebanum; quod *sepulcrum Osymandyæ* vocari solet.
- — — 378: Rhamesseum urbis *Derry* (cfr. fig. 370) in Nubia.
- — — 379: Thutmoseum Thebanum.
- — — 380: Οροσί vel Ολοσί, terra Africae interioris ab Amenophide III. expugnata.
- — — 381: Φαισσα, Πεσσαία, terra Africae.
- — — 382: Τεκρορ; *Dakror*, terra Africae a rege Menephtia I. occupata.
- — — 383: Βολο; terra Africae.
- — — 384: Περσῶ, Φερσῶ; Persia.
- — — 385: Μακεδωνί; Macedonia.
- — — 386: Θρακίαν; Thracia.
- — — 387: Μαγδαλῶ, מגדל; *Mageddo*, urbs Judaeae.
- — — 388: Βαιθורῶν, ביתור; *Bet-Horon*, urbs Judaeae.
- — — 389: Μαχαναῖμ, מחנה; *Mahanaïm*, urbs Judaeae.

Postquam igitur demonstratum erat hieroglyphicam literaturam tribus constare elementis, ipsis rerum imaginibus vel cum fide repetitis vel arbitrario more delineatis (notis mimeticis, figurativis), symbolis rerum notionumque (signis symbolicis, tropicis, aenigmaticis) et figuris linguae sonos reddentibus (notis phoneticis), restitit, ut disquireretur, qua lege veteres Aegyptii tria haec signorum genera inter se connexerint ac permiscuerint ita, ut integrum textum componere et notionum seriem ex ordine reddere valerent. Quam solvere quaestionem haud valde difficile erat: mox enim intellectum est, in inscriptionibus hieroglyphicis mimeticas, symbolicas et phoneticas notas unam penes alteram esse positas ita, ut absque ullo vinculo mimetica phoneticam vel symbolicam, symbolica mimeticam vel phoneticam, ac vice versa exciperet, immo ut unum nonnunquam vocabulum plura signorum genera complecteretur. Ita ex. gr. ex mimetico et phoneticis signis constant complexus:

Tab. XV, fig. 146: *Tablatio dei Phtha*; quod nomen est hieroglyphicum urbis Memphis in inscriptione Rosettana l. 9. text. hierogl.

- Tab. V, fig. 371, a, b: σνε-ρατ vel σλ-ρατ; *flexio pedis* i. e. genu.
- — — 390, a, b: σνε-σθοι vel σλ-σθοι; *flexio brachii*, i. e. cubitus.
- — — 391, a, b: αλαιο-ρο; *contemplatio faciei*, i. e. speculum.
- — — 392: ρωπι-αλωσ; *torago aquae*, i. e. Nilus.
- — — 393: φαισρη-τ; *portans flabellum*, flabellifer.
- — — 394: φαιτῆ-τῆ; *portans calceos*, calceatus.

- Tab. V, fig. 395:  $\varphi\alpha\iota\epsilon\mu\alpha$ ; *portans nisum*, falconarius.  
 — — — 396:  $\varphi\alpha\iota\dots\dots$ ; *portans muscarium*.  
 — — — 397:  $\varphi\alpha\iota\dots\dots$ ; *portans vexillum*, signifer.  
 — — — 398:  $\varphi\alpha\iota\phi\eta\tau\omicron$ ; *portans phallum*, phallifer,  $\varphi\alpha\lambda\lambda\eta\phi\acute{\omicron}\rho\omicron\varsigma$ .

Ex symbolica nota, altera mimetica et phoneticis signis constat complexus in tab XV, fig. 147 adscriptus:

( $\nu\epsilon\pi\eta\epsilon$ )  $\eta\mu\alpha\eta$ ; *habitatio divina* (templum) *Ammois*.

Ex symbolica nota et mimetico signo composita sunt vocabula:

- Tab. XV, fig. 149:  $\nu\omicron\gamma\tau\epsilon$   $\epsilon\varphi\omega\tau\epsilon$ , *deus eius*. Crux enim ansata vitae est symbolum, uti iam supra monuimus <sup>76\*</sup>).  
 — — — 150:  $\nu\omicron\gamma\tau\epsilon$   $\nu\alpha\lambda\omicron\gamma\tau\iota$ , *deus bonus*, *benevolus*. De signo benevolentiae cfr. Horapollin. I, 55.  
 — — — 151: *numen masculinum*, deus.  
 — — — 152: *numen femininum*, dea.  
 — — — 153:  $\lambda\delta\omicron\tau$ , *mensis*.  
 — — — 154: Figura, qua indicatur aedificium, quod simul templum fuit et palatium, qualia erant magna illa aedificia, quorum rudera conspiciuntur prope vicos *Karnak* et *Luxor*. Constat vocabulum ex signo symbolico, quo *numen* exprimitur, et notis mimeticis, quibus *aedificii* et *domini* notiones redduntur.  
 — — — 156: *Magnum aedificium*, palatium.  
 Tab. V, fig. 401: *Habitatio principis*, palatium.  
 — — — 399: *Stella orientis*, Lucifer,  $\varphi\omega\sigma\phi\acute{\omicron}\rho\omicron\varsigma$ .  
 — — — 400: *Stella occidentis*, Vesper,  $\epsilon\sigma\pi\epsilon\omicron\varsigma$ .

Exstat tamen haud exiguum vocabulorum compositorum numerus, quae meris phoneticis signis scripta sunt. Qualia haec sunt:

- Tab. V, fig. 402:  $\mu\alpha\beta\chi\epsilon\kappa\chi$ , copt.  $\mu\alpha\beta\chi\epsilon\kappa\eta\gamma$ ; *aedificator narium*.  
 — — — 403:  $\mu\alpha\beta\tau\iota$ ; *praebens mensuram* i. e. libra.  
 — — — 404:  $\tau\iota\beta\iota\kappa\eta\epsilon$ ; *tibicen*.  
 — — — 405:  $\epsilon\eta\mu\alpha\tau\epsilon\theta\omicron\gamma\tau\iota$ ; *harpicen*.  
 — — — 406:  $\varphi\alpha\sigma\epsilon\pi\eta$ .  $\tau$ ; *stabellifera*.  
 — — — 407:  $\varphi\alpha\iota\mu\epsilon\tau\tau\iota$  (copt.  $\varphi\alpha\iota\mu\epsilon\tau\tau\iota$ ); *periochoros*.

Restat, ut pauca addamus verba de origine, usu, necessitate ac forma signorum determinantium, quae in fine vocabulorum adiciuntur. Quum enim Aegyptii veteres vocabulis literis raro uterentur (iis exceptis, quae ad vocabulorum radicem pertinent), fieri vix potuit, quin plura saepenumero nomina iisdem hieroglyphicis figuris exprimerentur. Quod quamvis ea ratione evitare solerent, ut certis vocabulis certa signa adaptarent, praesertim eius modi quae symbolica aliqua ratione ad notionem exprimendam alludebant, haud tamen omnis tali signorum delectu evitari potuit ambiguitas nimisque difficile fuisset, sagacissimo et ingeniosissimo homini tam complexo ac contorto scribendi genere utenti. Accedebat, quod via erat reperienda, qua singula vocabula quae in linearum serie arcte coniuncta apparent, facilius segregare liceret. Itaque factum est, ut in fine cuiusvis vocabuli

rem vel cogitationem exprimentis nota adliceretur, quae cogitationis reive naturam determinaret; qualis nota omitti poterat in vocabulis aliorum vocabulorum relationes grammaticas indicantibus. Eius modi determinantia signa aut speciei aut generi conveniebant. Determinativa speciei erant vel mimetica (quibus rei exprimentendae imago reddebatur), vel symbolica, quae hac vel illa ratione, modo faciliori intellectu, modo difficiliori ad ipsam rem vel cogitationem alludebant. Determinativa generica erant vel prorsus arbitraria, vel certe ex mimeticis corrupta. Quae signa notionum rerumque integra genera determinantia delineavimus in Tab. XVII.

Tab. XVII, fig. 17. Quadrupedum.

- —, — 19. Avium (αἴτη, *anser*).
  - —, — 20. Reptilium.
  - —, — 21. Piscium.
  - —, — 22. Arborum.
  - —, — 23. Plantarum, herbarum, florum.
  - —, — 24. Mineralium, gemmarum, ornamentorum.
- ex. gr.
- —, — 25: (αὐρῶ, *aurum*).
  - —, — 26: (ἀργῶ, *argentum*).
  - —, — 27: (πυρῶ=πυρῶς, *plumbum*).
  - —, — 28: (κίρκη, *cuprum*).
  - —, — 29: (σίδηρος), *ferrum*.

Tab. XVII, fig. 30. Membrorum corporis.

- —, — 31. Stellarum, asterismorum et decanorum zodiaci.
- —, — 32. Divisionum temporis.
- —, — 33. Situationis locorum.
- —, — 34 (*a. b. c.*). Liquidorum.
- —, — 35. Rerum ad flammam caloremque pertinentium.
- —, — 36. Lapidum.
- —, — 37. Habitationum, domuum eiusque partium.
- —, — 38. Rerum impurarum.
- —, — 39. Rerum personarumque perosarum et inimicarum (ἐχθρῶν).

Signorum determinantium origo ac natura plerisque in locis manifeste patet; interdum vero paulo est obscurior, tam eorum quae species, quam quae genera determinant. Ita ex. gr. in inscriptione quadam hieroglyphica tabularum historicarum Medinet-Habuensium cynocephalus iratus, tamquam signum determinativum (speciale) ponitur post tria hieroglyphica, quae respondent literis copticis *στ*, sive *στ*, i. e. *ira*, qua de re cfr. Horapollin. I, 14 (ibique Leemanns, p. 205). Funes vel catenae, quibus viucti apparent in tabulis captivi barbarorum gentium, vel in loti florem exeunt vel in papyri fasciculum<sup>77</sup>). Prior (Tab. V, fig. 408) determinat nationes versus meridiem habitantes, i. e. gentes Africanas; posterior (tab. V, fig. 409) populos versus septem triones, i. e. Asiae et Europae.

Hieroglyphicae literaturae notitiam soli sacerdotum ordini fuisse reservatam in prima huius operis sectione contra Champollionem, Seyffarthum<sup>78</sup>) alioque variis argumentis demonstrare conati sumus. Quod etiam ex ipsa rei natura patet, praesertim quum symboliarum notarum explicatio adeo fuerit difficilis, ut a paucis tentari posset. Ipsi etiam sacerdotes scripturae necessitatem sentiebant, quae, aliis quam architectonicis usibus destinata, tum facilius erat tractatu, tum disertior explicatu. Itaque nancisebatur hieratica literatura ex tachygraphicis hieroglyphicae literaturae notis in compendium reductis, quasi cursoriis literis, quibus nos scribendo uti solemus, comparabilis, quae tamen multas etiam alius, quam ex hieroglyphicis figuris, originis notas, easque maximam partem ab initio arbitrarie amplectebatur. Ipse ille, cui hieraticae literae erant destinatae, finis secum fere-

bat, ut symbolicarum notarum numerus diminueretur et mimeticorum signorum ea tantummodo ex hieroglyphica scriptura in hieraticam transirent, quae absque magno temporis diligentiaeque dispendio paucis lineis poterant delineari. Hieroglyphicae igitur figurae vel integrae servabantur at omnibus ornamentis exutae, ita ut nihil remaneret, nisi nuda quasi ossium compages, vel ita delineabantur, ut ea sola pars remaneret, quae prae reliquis rei, notioni aut sono indicando inserviebat. Aliae mimeticae symbolicaeque notae aut phoneticis, quarum origo sicut reliquarum in hieroglyphica scriptura quaerenda est, locum cedebant; aliae denique prorsus arbitrariis ab initio signis, quorum haud exiguum in hieratica literatura numerum invenies. Exempla dedimus in tab. V, D.

Attamen quanvis signorum numerus in hieratica scriptura ad quingenta fere esset redactus, vix alii homines, quam sacerdotes, ea uti poterant. Itaque huius in deos, historicae narrationes, papyri funerales, disquisitiones literariae, etc. hieratice describebantur; at communibus vitae tam publicae quam domesticae usibus neque hieraticum scribendi genus, quippe nimis contortum ac difficile, erat aptum. Unde demotica scriptura sive epistolographica tandem inventa est, quae in maxima ex parte phoneticis notis, iisque ex hieratica literatura petitis constabat. Inter notas phoneticas eidem linguae sono respondententes (homophonas) exiguus numerus eligebatur, ita quidem ut delectui nunc quoque aliquis saltem locus daretur, ut tamen interpretandi difficultas minueretur literaeque communis vitae commoditati adaptarentur. Mimeticum elementum prorsus fere interiit, paucis tantummodo figuris exceptis; symbolicarum notarum non nisi eae conservabantur, quae ad sacros ritus, praesertim deorum nomina pertinebant, quae ex more orientalium populorum <sup>79)</sup> Aegyptii quoque deserta pronuntiatione profanare vix audebant.

Ut transitus ab hieroglyphica literatura ad hieraticam et ab hieratico scribendi genere ad demoticum magis pateret, in tabul. XVI delineandam curavimus partem triplicis inscriptionis in mumiae cuiusdam ex collectione Belzoniana, quae hodie in Museo Britannico adservatur, ligamentis repertae. Qua in re duce secuti sumus Anglum Pettigrew, qui praecivit nobis in opere plus semel in superioribus huius operis sectionibus nobis laudato eoque inscripto:

*History of Egyptian Mummies and an Account of Worship and Embalming of the sacred animals by the Egyptians; with remarks on the funeral ceremonies of different nations, and observations on the Mummies of the Canary Islands, of the ancient Peruvians, Birman priests, etc. (Londin. 1834, 4.) tab. XI. Cf. p. 111.*

Magnum est discrimen inter hieroglyphicam scripturam et anaglypha, quae secundum Herodotum, Diodorum et Clementem Alexandrinum satis luculenter ab hieroglyphis differabant. Subtilem tamen accuratamque anaglyphorum definitionem ne Champollion quidem dedit. Intelligendae sunt picturae symbolici historice argumenti, quibus actio quaedam ita delineatur, ut unumquodque picturae elementum primo statim obtutu directe referendum sit ad tabulae argumentum. Saepenumero fit, ut magni hieroglyphicarum figurarum complexus pro anaglyphis habeantur, quum curatissima operis executione, magnitudo singularum figurarum, grata imaginum adornatio, quae artificii architectonicarum legum causa placuit, anaglyphorum naturam habitumque intuentibus adeo in mentem revocaret, ut hieroglyphorum phoneticorum formas vix agnoscere possent. Quod dilucidius

fit exemplo a Champollione <sup>79)</sup> allato. In plinthis templi versus meridiem siti Karnacensis deprehenduntur complexus hieroglyphicarum figurarum, quos in Tab. XVII, fig. 1 dedimus repetita vice recurrentes <sup>80)</sup>. Quamvis primo obtutu eo inclinemus, ut anaglypha conspiciere nobis videamur, accuratior tamen contemplatio docet, imaginum distributionem anaglyphorum naturae minime convenire; quo accedit, quod plures deprehenduntur figurae, quos inter et reliquas nullus agendi nexus reperiri potest. Itaque vides phonetica hieroglypha, architectonico aedificii ornamento adaptata. Re vera illi, quos commemoravimus, hieroglyphorum complexus nihil aliud referunt, nisi scuta nominis ac titulorum Pharaonis Ramessis III. (RAMESSÏ), uti ex sexta huius operis sectione patebit et collatis schematibus ellipticis, quae tab. XVII, fig. 2. delineavimus statim elucet <sup>81)</sup>. Anaglyphorum interpretatio, quorum argumenta erant clarissima regum populique fata, religionis dogmata <sup>82)</sup> etc., ita tamen exposita, ut mysteriorum ad instar profanis hominibus occultarentur, maiorem etiam in modum, quam hieroglyphicae literaturae clavis ac praecepta, soli sacerdotum ordini reservabatur.

Quibus expositis, vix aliquid addendum invenimus, eorum in gratiam, qui uno obtutu perspicere desiderant, quid Champollion in hieroglyphicarum inscriptionum interpretatione praestiterit. Fieri non potuit, quin post eum alii surgerent, qui hic illic falsa emendarent, manca supplerent, inutilia ac nimis confidenter dicta researent: at summam eorum, quae singulari ingenii acumine post diuturnas saeculorum tenebras protraxit Gallus, veram esse dudum intellectum est, et a primo statim initio intellexerat B. Niebuhrus, qui Champollionis inventum maximam saeculi nostri gloriam, fertilissimamque, quae nostra aetate literarum in horto plantata esset, arborem haud cunctanter pronuntiavit <sup>83)</sup>. Quem deinde alii docti homines secuti sunt, qui praeter expectationem nova argumenta afferbant, Henricus Salt <sup>84)</sup>; Italus Gazzera <sup>85)</sup>; Angli Yorke et Leake <sup>86)</sup>. Salt enim, qui primo acris novi inventi adversarius in arenam conscenderat, occasione oblata, ipsa veteris Aegypti monumenta in solo natali contemplandi, ea quae Champollion in epistola sua ad Dacium docuerat (haec enim sola tunc temporis Saltio innotuerat: ignotum ei adhuc erat opus, quod post illam de hieroglyphica veterum Aegyptiorum literatura idem vir iamam conscripserat) cum ipsis hieroglyphicis inscriptionibus comparavit; notarum nonnullarum significationem melius determinavit, quam Champollion, qui eo facilius poterat errare, quod tabulis tantummodo usus erat ad magnum opus: *Description de l'Égypte* inscriptum pertinentibus. Auxit praeterea alphabetum hieroglyphicum magno homophonorum signorum numero; eiusque ope, non solum Lagidarum Romanorumque imperatorum, in quibus primo initio acquieverat Champollion, nomina ac titulos interpretabatur, sed ipsa nomina veteris Aegypti numinum in Pharaonici aevi monumentis vel phoneticis hieroglyphis scripta invenit, veluti deorum Phtha, Ammon, Anubidis, Imuth, Arsiesi, vel symbolicis figuris expressa, uti deorum Phra, Thoth, Osiridis, deae Isidis, quamvis negari nequeat, quod deinde demonstravit Champollion, eum plus semel in graves incidisse errores. Praeterea, quod longe maioris erat ponderis, Pharaonum nomina phoneticis notis expressa repperit, quo facto statim omnes sanioris iudicii viri intellexerunt, phonetica signa elementum fuisse hieroglyphicae literaturae, multaque Aegypti monumenta longe esse antiquiora, quam eo usque erat existimatum, artemque Aegyptiam plura ante Troiae excidium saecula miro

vigore floruisse. Saltii nomen eo magis hoc in argumento commemoratione dignum est, quod propriis studiis eadem in Aegypto invenit, quae eodem tempore ex priscis monumentis in Gallia eruerat Champollion.

Ea quoque, quae Italus Gazzera, secundo loco nobis commemoratus, disseruit, eundem in finem disputabantur, ut phoneticorum hieroglyphorum usus Pharaonum aevo demonstraretur indeque manifestius eluceret, Champollionis inventum totius hieroglyphicae literaturae, tot per saecula spissis tenebris obrutae, esse clavem. Quamvis in dissertatione illius viri nunc vix aliud quidpiam inveniatur, quam quae ad prima doctrinae elementa hodie omnibus notissima pertineant, ideoque nemini in mentem venire queat, hoc libro tamquam duce vel teste esse utendum, tamen eo tempore, quo liber apparuit, haud exiguum erat meritum, recens inventa et ab innumeris viris doctis in dubitationem vocata novis argumentis exemplisque firmare ac stabilire. Tabulae libro adiectae, in quibus monumenta quaedam Aegyptiaca musei regii Taurinensis delineata sunt, hodiernum quantivis sunt pretii. Tertio autem, quem commemoravimus, libro, praeter tabulas, quae monumentorum veteris Aegypti in museo Britannico adservatorum imagines lapidi inscriptas reddunt, peculiare pretium accessit ex Epistola adiecta Champollionis <sup>87</sup>).

Quod si rite perpenduntur ea, quae ab hisce viris eruditis nobisque ipsis in superioribus disputata sunt, vix opus esse videtur ut obiectiones refutemus ab aliis viris doctis, praesertim ab Italo Lanzi <sup>88</sup>), a Russo Gulianoff <sup>89</sup>), a Germanis Pfaff <sup>90</sup>), Kopp <sup>91</sup>), palaeologorum decore, aliisque minorum gentium hominibus prolatae. Ea quae disseruit Seyffarth <sup>92</sup>) nimis sunt debilia, quam ut aliquem morari possint; ea, quae Itali Jan-nelli <sup>93</sup>) et Ricardi <sup>94</sup>) disseruerunt, adeo cachinnos movent, ut ipsi risum saniorum hominum concitaremus, si confutatione eiusce modi homines dignos esse arbitraremur.

Ast inter adversarios Champollionis vir exstitit ingenii sagacitate linguarumque Asiae cognitione prae multis egregius, Klapproth, cuius argumenta, dum ipse inter vivos erat, refutare necessarium duximus, post mortem superfluum censemus. Vix enim quisquam infitutum ibit, Klapprothium nulla alia de causa in arenam consendisse, quam quia Champollion eius Epistolam de hieroglyphorum acrologicorum inventione paulo acrius perstrinxerat <sup>95</sup>). Quod aperte elucet ex ipsius Klapprothii verbis <sup>96</sup>). Itaque duo scripta publici iuris fecit <sup>97</sup>), tanto acumine composita, ut multos (ex. gr. eruditissimum v. Bohlen) a recto itinere abduceret eaque, quae ex tenebris vix emerant, novis nebulis obscuraret. Fuerunt tamen alii, inter quos prae reliquis nominamus Kosegartenium, de hieroglyphica etiam literatura optime meritum <sup>98</sup>), qui in errores se abduci non patiebantur, hodieque vix aliquis erit, qui Klapprothium audeat defendere, ira ac, nisi magnopere fallimur, etiam invidia obcaecatam.

## ADNOTATIONES.

1) Cfr. *Mémoires de l'Académie des Inscriptions et belles-lettres*. Tom. XXIX, p. 514. XXXIV, p. 35. Videt etiam eiusdem auctoris dissertationem: *Essai sur les moyens de parvenir à la lecture et à l'intelligence des hiéroglyphes Égyptiens* in eiusdem collectione Vol. XXXV, p. 1 — 55. Quam opinioem impugnavit Tytchen in commentatione inscripta: *Ueber die Buchstabenschrift der alten Aegypter* in *Götting. Bibliothek der alten Literatur und Kunst*, 1789, nr. 6. p. 62.

2) *L'Égypte ancienne*, Vol. I, p. 286. Cfr. Section. I, not. 34. — Quin demonstrari potest, opinionem illam, inter hiéroglyphica signa existisse, quae phoneticorum uonem increperant, longe etiam hisce viris fuisse antiquiore. Pierius Valerianus *Hieroglyph. lib. XLVII*, cap. 27, p. 507), qui ceum aunis aute Kircherum vixit, nonnullorum complexum singula signa literarum vicem tenere, integrumque olim alphabetum phoneticum ex figuris hiéroglyphicis compositum existisse arbitrabatur. Kircherus, quamvis, ut iam supra in primis huius operis sectione monuimus, fere constanter ideographicam hiéroglyphorum interpretationem tueretur, multis figuris mirum in modum divulsi se laceratis, tandem eo pervenit, ut integrum alphabetum reperisse sibi videretur. Cfr. *Obelisc. Pamphil.* p. 130 sq. *Oedip. Aegypt.* Tom. III, p. 47 — 50. Circa annum 1750 Anglus Samuel Shuckford opinabatur signa ideographica complexu phoneticis immixtos esse. *Histoire du monde*, Tom. II, p. 282 sqq. Etiam Gibert (*Mémoires de l'Académie des Inscriptions*, Tom. XXXV, p. 663) *ἡρώα στρογγύα* quae vocantur in notissimo illo Clementis Alexandrini de veterum Aegyptiorum scriptura loco, literas fuisse putabat. Groguet eusebat (*Bibliotheca analitica Neapolitana*, 1810, Tom. IV, p. 346 sqq.) hiéroglyphica nihil aliud fuisse nisi literas maiusculas hebraice alphabeti calligraphorum more exornatas, ita ut non procul abfuerit a priore illo Scyffarthi systemate, de quo in sectione huius operis quinta disseretur. Etiam Langles (*Voyages de Norden*, *Notes et éclaircissements*, Vol. III, p. 296) minime hesitabundus opinionem proposuit, literarum hiéroglyphicam phoneticam naturam fuisse indeque demotivam sivo euchoriam Aegy-

ptorum scripturam esse derivatam. Ipsa doctissimi viri verba adscribimus: *Quoiqu'il n'entre pas dans mon plan de faire des recherches sur les différents écritures hiéroglyphiques et alphabetiques des Égyptiens, on me permettra de donner quelques détails sur le caractère musnadé\*) dont il est souvent mention dans les auteurs arabes qui ont écrit sur les pyramides, et autres anciens monumens égyptiens. L'origine de cette dénomination nous est absolument inconnue: nous voyons seulement qu'elle sert à désigner les hiéroglyphes et autres anciens caractères égyptiens. „Ce caractère, disent-ils, était si connais, qu'on y renfermait en quelques lignes des sens qui, traduits dans une autre langue auraient rempli un grand nombre de pages.“ Ceci me parait assez bien convenir aux hiéroglyphes qui devaient, en effet, contenir beaucoup de choses en peu de figures. Au reste, voici quelques détails tirés d'un ouvrage anonyme, qui feront connaître l'idée que l'on peut attacher au caractère musnadé; „c'est celui, disent-ils, qui appartient aux sept planètes [mir hisce verbis non usum esse Scyffarthum, quum systema suum spotelesmaticum proponeret]; les partisans de la métémpychose, qui fondèrent les temples et autres anciens monumens de l'Égypte, s'en servirent pour écrire leurs secrets, les principes de leurs sciences, leurs préceptes, les procédés de leurs talismans, le culte à rendre aux esprits qui président aux mansions de la lune pendant les quatre saisons, et de ceux qui président aux jours et aux nuits. On trouve des fragmens de ces caractères dans les anciens livres.“ L'ouvrage d'où j'ai extrait la citation qu'on vient de lire, contient quatorze alphabets musnades de vingt-huit lettres chacun, et divisés en deux séries. Chaque série est composée de sept alphabets, dont les lettres sont disposées suivant l'alphabet arabe, avec la lettre de cet alphabet correspondante à la lettre musnadé; celles de la première série sont purement alphabetiques, autant qu'on peut en juger d'après la manière grossière dont elles sont tracées. On y reconnaît pourtant quelques lettres gobtes, telles que le chima (c), le dei (†), le dalda (z), etc.; mais ces dernières sont beaucoup plus communes dans la seconde série, qui contient sept alphabets musnades anciens. On y remarque l'Ibis qui répond au 𐤀 (th),*

\*) Musnad est forma adiectivae arabice formata a substantivo Sind, India. Arabes hinc vocabulo alphabetum aethiopicum, quod igitur iudicase originis esse opinantur, sguiv-

ficant. Cfr. Lepsius, *Ueber die Anordnung und Verwandtschaft des Semitischen, Indischen, Alt-Perischen, Alt-Aegyptischen und Aethiopischen Alphabets*, Berlini 1837, S. p. 78.



la croix à anse placée au-dessus du  $\text{D}$  (1), le scarabée au dessus du  $\text{D}$  ik d ponctué (dt), Osiris dans sa barque au-dessus du  $\text{C}$  (q), etc. Il s'en faut beaucoup que je croie à l'exactitude de l'auteur et du copiste de cet ouvrage; mais il peut nous servir au moins à établir une proposition assez probable, c'est qu'on aura fini par alphabétiser les hiéroglyphes; et que peut-être même les lettres de l'alphabet égyptien étaient dérivées des hiéroglyphes. In adnotatione hinc verbis subiecta Langlès exemplo utitur alphabeti Coreani, quod centum sexaginta octo selectis scripturæ Sineusium ideographicæ signis constat. — Monemus prætorca Suecum Palin in commentatione, quo nuper absque auctoris nomine prodit, inscripta: *Nouvelles recherches sur l'inscription en lettres sacrées du monument de Rosette* (Florentiæ 1830, 8.) gloriam Champollionis sibi met ipsi vindicasse et contendisse nihil ab illo viro esse probatum, quod non dudum ipse iam iam proponisset atque invenisset. Quæ in re lectoris alegat ad librum inscriptum *Analyse de l'inscription de Rosette* (Drbsd. 1804), p. 17. 25. 37. 47. 71. 81. 93. 117. 151. 163 etc. imprimis ad p. 29. 30. 157. *Fragments de l'étude des hiéroglyphes*: Tom. I, p. 141. II, p. 16. 65. 67. 72. 101. 148. aliaque huius voluminis complura loca; III, p. 6. 16. 20. 45. 47. 113. 213 etc. IV, p. 153. 173. 186. 187. 190. 191. 194. 223. 224. 232. 236. 239. 243. 264. 287. 288. V, p. 139. 151 etc. ubi docuerat nonnulla signa hiéroglyphica olim tonicam (i. e. phoneticam), alia nonnulla grammaticam significationem habuisse. — Cfr. denique Spohn apud Boettiger, *Amalthea*, I, p. 83.

3) *Discimus ex Horapolline*, ait in opere suo de origine et usu obeliscorum, p. 439, unam fuisse hiéroglyphicorum speciem, quam ex sono significabant, phoneticam itaque appellandam, sive vocalis, quam *Clementis* quoniam expressit non nominaverit sub ænigmati nomine complexus vredi potest. Imprimis cfr. p. 454 sq. 552 sqq.

4) Minime enim Champollion primus fuit, qui hoc nomen proposuit, quamvis in epistola ad Dacierum (*Lettre à M. Dacier*) dixit: *Le monument de Rosette nous présente l'application de ce système auxiliaire d'écriture, que nous avons appelé phonétique, c'est-à-dire exprimant les sons.* Iam Klaproth (*Collection d'antiquités de Palen*, p. 3, not. 2. *Examen critique des travaux de feu M. Champollion sur les hiéroglyphes*, p. 19 not.) vituperavit Champollionem, quod Zoëga non nomen tacerit.

5) I, 7, p. 10 ed. Pauw:  $\text{ἔτι γε μὴν καὶ ἀντιψυχῆς ὁ ἰσθῆς ἴσασται ἐκ τῆς τοῦ ἀνάμματος ἱμνυίας καλῆται γὰρ παρ' Ἀγυπτίους ὁ ἰσθῆς βαίῃθ$  (sic);

vide infra). τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα διαμεθῆναι, ψυχῆν σημαίνει καὶ καρδίαν. ἴσται γὰρ τὸ μὲν βαί, ψυχῆν, τὸ δὲ ἰθ, καρδία. ἡ δὲ καρδία κατ' Ἀγυπτίους ψυχῆς περίβολος ὥστε σημαίνει τῆν οὐρανίον τοῦ ἀνάμματος ψυχῆν ἰσθαμεθῆναι. ἀρ' οὐ καὶ ὁ ἰσθῆς διὰ τὸ καὶ πρὸς τῆν ψυχῆν σημαίνει, ἔσθω οὐκ οὐκ τὸ καδὸλον, ἀλλ' αἶμα, ὃ καὶ ἡ ψυχῆν τρέφεται. Zoëga, I, I, p. 553 cum vocabulo βαίῃθ comparavit cœpticum σγοιζατ. Cfr. Jablonski, *Panth. Aeg. Protegom.* p. CXXVI sq. *Opusc.* Vol. I, p. 47. Adscribimus præterea, quæ leguntur apud Rossi in *Egyptolog. Aegypt.* p. 31: *Ἰαμ ἡθ, quod Horus ait denotare cor, hodie Copti scribunt θατ. Βαί autem anima est, opinione mea, quam dicunt ἄρι vita, cum articulo παρι. Etymon tamen sive interpretationem τοῦ βαίῃθ nequaquam probo. Neque enim verosimile est, vōstissimos Aegyptios, quom primam accipitrem βαίῃθ denominare coeperunt, stultiores hoc nomen ex βαί atque ἡθ composuisse propterea, quod βαί a nima exprimat, ἡθ, cor. Equidem non dubio, adeo artificiosos vocabulorum notationes ab ingenio sacerdotum, vel theologorum Aegyptiorum profectas; casque, licet interdum antiquæ sint, multo tamen esse ipsa inventionis atque usu vocum, quæ a prima gentis ac linguæ origine exordium ducit, recentiores. Habe veriorum, ut mihi videtur, nominis rationem. βαίῃθ est ab ἄρι, hebr. אר, quod est ad volare, irrucere voluerum rapacium more. Nam τῷ Αἰτ præposito articulo habes Παίτ, Βαίτ: quod postea Βαίτ scribere, qui animæ et cordis significationem in eo latere commenti sunt, quom veram vocis originem ignorarent. Deuteron. XIV, 17 ed. Wilkins scriptum est ἔκαστ' accipit' pro ἔκαστ', et in Scala M. p. 167 ἔκαστ, ἴτερα τ in c commutata. Ab eodem nomine ἄρι, de quo supra, etiam ἀρὸς est ortum. Sed hoc Græci æquilarum proprium, illud Aegyptii accipitrum fecere. — Hæc Rossius.*

6) Apud Champollion, *Précis*, B, p. 398.

7) Dulaurier, *Examen critique d'un passage des Stromates de St. Clement d'Alexandrie*, p. 39. Thilorier, *Examen critique des principaux groupes hiéroglyphiques*, p. 95.

8) Supplementum quartæ et quintæ editionis Encyclopaediæ Britannicæ apparuit anno 1819, postquam exemplaria commentationis Youngii iam iam anno 1818 scorsim per totam Europam distributa erant, quamvis eruditorum virorum animos tunc temporis vix atteuderet. Nos utimur quarto volumine Supplementi ad quartam, quintam et sextam Encyclopaediæ editionem inscripti: *Supplement to the fourth, fifth and sixth editions of the Encyclopaedia Britannica. With preliminary dissertations on the history of the sciences. Illustrated by engravings.* Vol. IV. Edin-

burgh 1824, 4. Caput, quo de Aegypto agitur (*Egypt*, pag. 38 — 74, quo pertinent tabulae LXXIV — LXXXVIII), inscribitur: *Sec. I: Introductory view of the latest Publications relating to Egypt. — II. Pantheon. — III. Hierarchy. — IV. Calendar. — V. Customs and Ceremonies. — VI. Analysis of the triple Inscription. — VII. Rudiments of a Hieroglyphical Vocabulary. — VIII. Various Monuments of the Egyptians.* Hinc intelligitur, quid caput illud contineat, satis ingeniosis coniecturis, quibus scrutatorum sagacitas excitari potest, repletum; quamvis multa desint, quae invite desiderantur. Iam antea Young conatus erat demoticam inscriptionem Rosettanae partem interpretari (*Museum Criticum or Cambridge Classical Researches*, nr. VI, 1816, p. 155 — 204; *cf.* nr. VII, 1821, p. 329 — 339), quo de consimine infra uberius dicitur. Huc quoque pertinent eiusdem docti viri *Remarks on Egyptian Papyri and on the Inscription of Rosetta in Archaeologia, or miscellaneous tracts relating to antiquity*, Vol. XVIII, aliaequo commentationes, quas enumeratas reperies in brevi dissertatione de vita Youngii (p. 58 sqq.) praemissa huius viri libro inscripto: *Rudiments of an Egyptian Dictionary in the ancient eucharial character* (Londini 1831, 8), cuius supra in sectione huius operis secunda mentionem fecimus.

9) *Cfr. Quarterly Review*, nr. LV, Febr. 1823, p. 188 — 197. Young, *Account of some recent discoveries in the hieroglyphical literature and Egyptian antiquities; including the author's original alphabet, as extended by M. Champollion*, Londini 1823, 8. Vide contra disserentem Champollionem in *Précis*, B. p. 13 — 40. Digna etiam sunt quae comparantur ea, quae de hac controversia dixerunt Arago in *Éloge historique du Dr. Thomas Young* et Silvestro de Sacy in *Notice sur la vie et les ouvrages de M. Champollion* (Paris. 1833, 8), imprimis p. 33 sqq.

10) *Examen critique*, p. 3 sqq.

11) Ζοῦῖα, sagacissimi ingenii vir, uturam huiusmodi schematum coniectura iamiam erat adocuita. Ait enim (*de origine et usu obeliscor.*, p. 465): *Conspiciuntur passim in Aegyptis monumentis schemata quaedam ovata sive elliptica plane basi insidentia, quae emphaticae ratione includunt certa notarum syntagmata,*

*sive ad propria personarum nomina exprimentia, sive ad sacrosiores formulas designanda.* Ex iisdem autem hisce verbis sperat potius, quam certis argumentis demonstrare potuisset. *Cfr. Barthélemy opud Caylus, Recueil d'antiquités*, Vol. V, p. 79. Champollion, *Précis*, B. p. 234. Rosellini, *Monumenti dell'Egitto e della Nubia*, Part. I. *Monum. stor.* Vol. I, p. 113. Guiljelmus ab Humboldt in commentatione inscripta: *Ueber vier Löwenköpfige Bildsäulen in der Königlichen Antikensammlung zu Berlin* schematum istorum alteri aptissimo nomini appellavit scutum novum (*Namenschild*), alterum scutum tituli (*Titelchild*). Apud Gallos sudent *cartouches royales*, apud Italos *cartelli reali*. Heeren (*Historische Werke*, Vol. XIV, p. 18) opinionem proposuit, regum nomina ab Aegyptiis ideico huiusmodi schematis esse circumdata, ut indicaret hieroglyphica phoneticam habere significationem. Nuper Jannelli (*Hierograph. cryptic. veter.*, p. 191) contendebat, ista schemata nihil aliud continere, nisi decorum nomina. Re vera, uti pluribus exemplis \*) commoustraverunt Rosellini, l. I, Vol. I, p. 142 et Champollion, *Grammaire Égyptienne*, I, p. 140, nomina titulique decorum schematibus ovatis interdum includebantur: atqui tunc deos haud tamquam nomina coeli sed tanquam primos, dum in terra degerent, Aegypti reges. Prorsus similibus annulis utuntur Sinae, ubi aliosae gentis nomina propria scribere volunt (*cf.* Tab. X, fig. 9), aut signum oris apponunt, quo phoneticam scripturam indicare solent. *Cfr. Kopp, Bilder und Schriften der Vorzeit*, II, p. 81. In hieratica scriptura annulorum vicem tenuit aut nomen signum ☉, quod deinde nomine absoluto susceptum aliud signum huius formae: ☉☉. In demotica scriptura prius signum eiusdem erat formae atque in hieratica, posterius contra varias ac inter se diversissimas formas includebat, quas in tab. VIII, fig. 4. 5. 6 apponimus. *Cfr. Kosegarten, de prisca Aegyptiorum literatura Commentat.* I, p. 22 sq. Spohn, *de lingua et literatura veter. Aegypt.* II, p. 17. Ne quis cogitet, casuum flexiones hisce signis indicari, monumentum tam in Coptorum quam in veterum Aegyptiorum lingua singulos casus nulla nomini flexione esse distinctos. Quod

Prima procul dubio quaestionis pars ea est, num praeter argumentum ex universa hieroglyphicae literaturae natura petitum, historicae quoque adsint rationes, quibus liceat probare, exstitisse olim acrologorum hieroglyphorum genus ita, ut vix aliter fieri possit, quin in ipsis hieroglyphicis scriptis, quae aetatem tulere, deprehendantur, an forte fortuna tantummodo hic illic acrologiae cuiusdam species, absque ullo firmo certoque principio, emergat. Iniuria Klaproth prae reliquis argumentis notissima illa affert Clementis Alexandrini verba, quibus omnes, qui novam hieroglypham veteris Aegypti interpretandi rationem detexisse sibi videbantur, usi sunt, ut suam quisque causam et opinionem defenderet. Id certum est, illius loci verbis *δει τῶν πρώτων στοιχείων* <sup>9)</sup>, in quibus cardo rerum versatur, principium quidem acrophonicum in universum indicari, at non speciale illud acrophoniae genus, quod acrologiam vocavimus. Contra negari nequit ex loco quodam Horapollinis (I, 59) certissimum argumentum, acrologia hieroglyphia aliquando apud veteres Aegyptios in usu fuisse, posse repeti, si de receptae lectionis fide prorsus constaret. Postquam enim dixit auctor, ideam mali regis (*βασιλέως κακίστου*) exprimi circulo a serpente formato (in qua figura acrologiam animadvertas, quum *δλον furorem*, *μωσις odium*, significet, quae inter vitia tyrannorum potissimum locum obtinent), addit verba: *τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ὄφιδος ἐστὶ μωσις* <sup>9)</sup>, quod nulla alia de causa facere poterat, nisi ut peculiari alicuius serpentum speciei nomini acrologiam inniti indicaret, quum vulgo serpens *μοσι* vel *μοσις* audiret. Extra omnem tamen dubitationem positum est, loci illius verba esse corrupta. Superlativus *κάκιστος* adeo ineptus est, ut iam Pierius Valerianus (*Hieroglyph.* XV, 8) *κάλλιστος*, Mercerus *κράτιστος*, (cfr. Bochart. *Hierozoic.* II, p. 406), Pauwius *ἄριστον* legere vellent. Huc accedit additamentum: *τὸ δὲ ὄνομα τοῦ βασιλέως ἐν μέσῳ τῷ ἐπιγράμει γράφουσι, αἰνιττόμενοι γράφειν, τὸν βασιλέα τοῦ κόσμου κρατεῖν*, quo aperte ad scuta nominum ac titulorum regis alluditur. Auctor enim in hieroglyphi symbolico (annulo, quo scuto illa formantur) serpentis caudam mordentis figuram agnovisse sibi videbatur. Quae num vera sit opinio de annuli illius origine nunc missum faciamus: arbitramur potius primitus eiusdem modi annulos eo inservisse, ut deorum nomina a privatorum hominum eiusdem formae ac soni possent dignosci, ac deinde demum hunc morem translatum esse in reges, quos tamquam vivos Deos veteres Aegyptii venerabantur <sup>10)</sup>. Procul dubio in vocabulo *κάκιστος* vitium latet, ac fortasse legendum est *καθόλου* ita ut integer locus, cuius haec sunt verba: *βασιλέα δὲ καθόλου δηλοῦντες, ὅτιν ζωγραφουῖσα κοσμοειδῶς ἐχρηματισμένον, οὐ τὴν οὐρανὸν ἐν τῷ στόματι ποιοῦσι: τὸ δὲ ὄνομα τοῦ βασιλέως ἐν μέσῳ τῷ ἐπιγράμει γράφουσι, αἰνιττόμενοι γράφειν, τὸν βασιλέα τοῦ κόσμου κρατεῖν. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ὄφιδος παρ' Αἰγυπτίους ἐστὶ Μωσις*, hunc in modum sit vertendum: Quod si regis notionem [i. e. regiam dignitatem, non certum quendam regem]

indicare volunt, serpentem delineant, quem annuli forma pingunt ita ut caudam ori iungant. Regis nomen in medio annulo ponunt, quo indicare volunt, regem orbi [i. e. valli Niloticae, secundum usum loquendi apud veteres Aegyptios <sup>11)</sup>] imperare. Nomen autem huiusce serpentis apud Aegyptios est Meisi. Quae postrema verba, si omnino ab ipso operis auctore profecta, nullum alium procul dubio in finem adiecta sunt, nisi ut hocce serpentum genus a basiliscis [ὄφιαίος, αἰσῆρ, <sup>12)</sup>] aliisque, quorum figurae inter hieroglyphica apparent, discerneretur. Quod si autem Horapollinis <sup>13)</sup> liber, qualem nunc habemus, ex aegyptiaco sermone in graecum a Philippo vel alio quodam scriptore translatus est, uti elucere videtur ex ipsa operis inscriptione ac compluribus libri locis confirmatur, in extremis laudatae paragraphi verbis facile agnoscitur interpres, qui pluribus accessionibus opus auxit, iisque interdum ineptioribus. Cuius rei exempla haec adscribo: I, 17: ἤλιος δὲ ὁ Ἰζρος [αἰρ] ἀπὸ τοῦ τῶν ὀφῶν κρατεῖν. II, 100: [κάμηλος] μόνη τῶν ἄλλων ζῶων τὸν μηρὸν κάμπει, διὸ καὶ κάμηλος λέγεται. II, 108: καὶ καλεῖται πεννοφύλαξ ἀπολοῦνός τῳ ὀνόματι etc. Ac discrete interpres ille initio secundi libri ait: διὰ δὲ τῆς δευτέρας πραγμειτίας ἀπὸ τῶν λοιπῶν τὸν λόγον ἔγη ἴσθαι παραστήσομαι· ἃ δὲ καὶ ἐξ ἄλλων ἀντιγράφων οὐκ ἔχοντά τινα ἐξηγήσιν ἀναγκαίως ἔπειτα εἶα. Fortasse igitur illa quoque verba adiecit, ut lecturo Aegyptiaca linguae gnaro relinqueret diiudicandum, num vocabulum μισί recte reddiderit *serpentis* nomie, qua de re dubitare licet (cfr. not. 9).

Etsi vero neque Clementis Alexandrini locus neque verba, quae modo tractavimus Horapollinis, argumentum praebent, quo evincatur, acrologia olim in usu fuisse hieroglyphica, elucet tamen hoc ex accurata hieroglyphorum ab Horapolline in opere suo laudatorum analysi. Dolendum autem est eius modi analysin haud per omne opus institui posse, quod iam monuit Klaproth <sup>14)</sup>, quum magna linguae veteris Aegypti vocabulorum, quibus hac in re opus est, desit nobis copia. Forsitan huic desiderio satisfacti explicatione vocabulorum, quae phoneticis hieroglyphis adscripta sunt rebus figurisque in hypogaeorum parietibus pictis, quorum magnam copiam iamiam eruit Rosellini <sup>15)</sup>. In opere Horapollinis haec agnovisse sibi videtur Klaproth hieroglyphica acrologica:

Res designanda.	Nomen rei.	Figura, qua secundum Horapollinem indicatur.	Vocabulum hieroglyphi acrologico respondentens.	Locus Horapollinis.	Adnotationes.
1. Cor.	ρητ.	Ibis.	ρη.	I, 36.	(Cfr. Schol. Mas. ad Platon. <i>Phaedr.</i> p. 386 C. apud Wyttenbach ad Plut. <i>de Iside et Osir.</i> p. 361 G.)
2. Amor.	αελ.	Funis, Laqueus.	αογρ (ⲁϣ).	II, 26.	Symbolica simul est indicatio.
3. Mors.	αογ.	Noctua.	αογλακ.	II, 25.	Symbolice et acrologice.
4. Scientia (γνώσις).	καρητ.	Formica.	καρηκπ.	I, 52.	Symbolice.
5. Res perpetua (τὸ πολυχρόνιον).	επερ (αἰών).	Cervus.	ειογλ.	II, 21.	
6. Culicum copia.	σολαεε.	Vermis.	σατγ.	II, 47.	Si omnino tale hieroglyphon exstitit, qua de re vehementer dubito, vix aliam explicationem praeter acrologiam admittere licet. Equidem ingenue confiteor me non intelligere, quomodo Aegyptii veteres culi-

Res designanda.	Nomen rei.	Figura, qua secundum Hierapollionem indicatur.	Vocabulum hieroglypho acrologico respondens.	Locus Hierapollinis.	Adnotationes.
7. Impudentia.	αἰδοῦ ( <i>luxuria</i> ).	Musca.	αἰ.	I, 51.	cum copiam aliter quam tribus culicibus vel uno culice adiectis tribus lineolis (cfr. Sect. III) indicare potuerit. Procul dubio hierogl. symb. Cfr. Homer. <i>Iliad.</i> ῥ, 570 sqq.
8. Homo spurcus ( <i>ἄνθρωπος ξεῖστος</i> ).	πορτί.	Porcus.	πιρ.	II, 37.	Symbol. Cfr. Herodot. II, 47. Plut. <i>de Isule et Osir.</i> §. 8. p. 353 F.
9. Apertio ( <i>ἄνοιξις</i> ).	καὲ ( <i>ostium</i> ).	Lepus.	καρὰπιρ.	I, 26.	Hieroglyphi interpretatio monumentorum auctoritate comprobatur. Secundum Plutarch. <i>Quaest. Sympos.</i> IV, 5 (cfr. Minutoli, <i>Reise</i> , pag. 427) lepus etiam auditum significavit (καρτεα) symbolica procul dubio ratione. Cfr. Hierap. I, 45 cum iis, quae expositit Lepsius, <i>Lettre à M. Rosellini sur l'alphabet phonétique</i> , p. 54. not. 59.
10. Homo biliosus.	βίλι.	Colomba, erecta corpora parte posteriori. (Cfr. nr. 20.)	βίλι.	II, 48.	
11. Mulier abortivum faciens.	αὐτοῦ ( <i>abortus</i> ).	Lupus.	αὐτοῦ.	II, 45.	
12. Homo impudens et visus acris.	αὐτοῦ ( <i>celestialis</i> ).	Rana.	αὐτοῦ.	II, 101.	
13. Homo sibi cavens ab iniuriis aliorum.	ταρτί ( <i>securus</i> ).	Grus.	τιρτί.	II, 94.	
14. Belli acies.	† ( <i>pugna</i> ).	Duae manus, quarum altera scutum tenet, altera arcum.	τοῦ ( <i>manus</i> ).	II, 5.	Hierogl. symbolicum, quod in ipsis monumentis occurrit. Cfr. Champollion, <i>Précis</i> , p. 330.
15. Custodia (armuletum).	καρτί. (Cfr. Klaproth, <i>Lettre II</i> , p. 19. 20.)	Duo capita hominum, maris intus spectans, feminae foras.	καρτί ( <i>intus</i> ). καρτί ( <i>foras</i> ).	I, 24.	Hoc quoque hierogl. monumentorum auctoritate confirmatur.
16. Ignis.	αὐτοῦ ( <i>eremare</i> ).	Fumus adscendens.	αὐτοῦ.	II, 16.	
17. Voluptas.	αὐτοῦ, αὐτοῦ.	Numerus XVI.	αὐτοῦ.	I, 32.	
18. Homo tardus in pedibus movendis.	αὐτοῦ ( <i>imbecillitas</i> ).	Camelus.	αὐτοῦ.	II, 100.	Hieroglyphum symbolicum minus in modum idoneum. Cfr. Denon, <i>Voyage</i> , pag. 183: <i>Le sable est l'élément du chameau; dès qu'il en sort et qu'il touche à la boue, à peine il peut se soutenir, ses fréquentes chûtes et ses embarras font trembler pour lui, pour sa charge ou pour son cavalier; mais on peut dire, que le chameau dans le désert est comme le poisson dans l'eau.</i>
19. Homo robustus.	ταρτί ( <i>fortis</i> ).	Elephas.	τελεφνος (?)	II, 84.	Vellemus dubito, num τελεφνος sit vocabulum diversum a graeco τελεφνος, camelle, quam voluit Klaproth habere significationem. Elephas apud Aegyptios vocabatur χοῦ.

## SECTIO QUARTA.

Res designanda.	Nomen rei.	Figura, qua secundum Hierapollinensem indicatur.	Vocabulum hieroglyphico sacrologico respondens.	Locus Hierapollinis.	Annotationes.
20. Homo ingratus et male pugnae adversus bene de se meritos.	σίλικονς.	Columba.	ερωλιπ.	I, 57.	quod cohaeret cum sanscritico <i>ibha</i> ॐ३३, et cum latino <i>ebur</i> . Cfr. Rosellini, <i>Monumenti civili</i> , I, p. 210. Hinc <i>Elephantine</i> Aegyptiis audit 'Eβββ, quod nomen apud Herodotum deprehenditur.
21. Homo infirmus et temere agens.	καδν.	Vespertilio.	κελκογ.	II, 52.	Etiā Achmed ben Waechil (cfr. supra Sect. I, p. 72) laudatus Klaprothio, <i>Lettre</i> I, p. 40, columba Aegyptios iniustitiam indicasse ait.
22. Mentis alienatio.	εργ.	Fistula, tibia.	ενήλικν.	II, 117.	<i>enē</i> et <i>tibia</i> sunt vocabula affinia.
23. Homo evomens suum cibum.	μντ (vomere).	Mustellus aquaticus.	μντ (felis).	II, 110.	Hieroglyphon aperte symbolicum, uti ex ipsis Hierapollinis verbis patet.
24. Lumbus hominis.	κερ (cora).	Dorsi spina.	κς (os).	II, 9.	
25. Iustitia.	κογτιπ.	Struthiocamelus.	κορογος vel ερογος secundum Klaproth, <i>Lettre</i> I, p. 13 vox aegyptiacae originis.	II, 118.	Rosellini struthiocamelum in monumentis invenit quidem, haud tamen vocabulum, quo appellabatur ( <i>Mon. civili</i> , I, p. 187). Iustitiam symbolicae penae struthiocameli indicatam esse, monumentorum auctoritate constat, uti supra in Sect. III. diximus.
26. Homo per saltationem et tibiae cantum deceptus.	κοσκς (saltatio). ενήλικν (tibia).	Turtur.	ερωλιπυαλ.	II, 54.	
27. Homo iniustus et ingratus.	σίλικονς.	Ungues duo hippopotami dorsum vergentes.	δον (ungula).	I, 56.	
28. Opus (εργον).	ροβ.	Cornu bovis maris.	{ ρον (cornu). ζωογτ (masculus).	II, 17.	Hieroglyphon aperte symbolicum.
29. Poena.	τρεικον.	Cornu vaccae.	{ ταν (cornu). τ. Articulus generis feminini.	II, 18.	
30. Interitus.	φωκς (delere). φωρν (extirpare). φων (frangere). φας (scindere, rumpere).	Mus.	φπ.	I, 50.	
31. Victor.	ερο.	Scorpio.	ελ.	II, 35.	
32. Antiquissimum.	κωογ (sacculorum series).	Sermo et folia, aut liber obsignatus.	{ κωβ, folium. κωβ, liber. κωβκωβ, verbum, sermo.	II, 27.	
33. Stomachus.	μνμπ.	Annulus.	μφογτ.	II, 6.	Klaproth enim pro δακτύλιος legit δακτύλιος. Symbolica hieroglyphi significatio neminem fugere potest.
34. Institutio.	νεβντ } νλατ }	Coelum rorem demittens.	νεβνογτ, caeli. Quod vocabu-	I, 37.	

Res designanda.	Nomen rei.	Figura, qua secundum littera polliniam indicatur.	Vocabulum hieroglypho acrologico respondens.	Locus Horapollinis.	Adnotationes.
35. Fullo.	ρα.στ.	Duo hominis pedes in aqua stantia.	lum quamvis proprie est pluralis numerus vocabuli <i>θε</i> <i>caelum</i> ; nunquam tamen absque articulo apparet. ϩογϩδ, ϩοϩδ, ϩανϩεν. ϩα.τ, <i>pes</i> .	I, 65.	Hieroglyphon mimeticum.

Quibus exemplis, quamvis interpretandi rationem in omnibus veram esse minime affirmare audeam, id saltem perspicitur, secundum principium acrologicum (quod complexum phoneticorum abbreviationi inuitur) plures res uno eodemque signo indicari potuisse. Quod prae reliquis demonstratur locis Horapollinis I, 17. 19. 21. II, 38. Leonis enim figura veteres Aegyptios<sup>15b</sup>) in hieroglyphica literatura expressisse ait hominem vigilantem, irae furorem, Nilique adscensum. Leo appellabatur *λαογ*; vigilantia *λαογ*; irae excaudescencia *λαδον*; Nili exundatio *λαογ* non secundum Champollionem [*Précis A. pl. et explic. p. 29* \*)]. Aliud exemplum offerunt verba Horapollinis I, 39. 40. Canis in hieroglyphica literatura sacrum scribam (*ισγοραμματια*), *caes* vel *caδoy* \*\*); risum, *cañ*; odorem, *caoi*; iudicem vel magistratum *cañ*; sternutamentum, *cepep*, significasse dicitur. Quod si re vera de acrologis hieroglyphis agitur, patet duas hic intelligendas esse verborum classes, quarum altera inchoaret a littera *c*, altera a *g* littera. Cuius rei argumentum statim sese offert hoc, quod duabus diversis paragraphis diversas unius eiusdemque hieroglyphicae figurae significationes exposuit Horapollo. Secundum Kircherum<sup>16</sup>), cuius opinionem contra argumenta a Jablonskio<sup>17</sup>) prolata probavit Klaproth<sup>18</sup>), canis apud veteres Aegyptios vocabatur *caoi* vel *cañ* (a *cañ* ut *κύν* a *κύων*). In hieroglyphicis monumentis appellatur vel *caoi* vel *caγp*<sup>19</sup>), uti docuit Rosellini<sup>20</sup>). Posterius vocabulum re vera a *g* littera incipere dicit Klaproth<sup>21</sup>), quum *oy* nihil sit aliud, nisi articulus indefinitus<sup>21</sup>), qui tamen cum ipso voca-

\*) In altera editione (B. p. 32, nr. 241. tabl. et expl.) indicatur vocabulum *neç* vel *noçh*. Cultum enim esse Nilum divinis honoribus sub forma ac nomine dei Ammonis-Chnubidia. Ipsum vocabulum *noçh*, quod Horapollo Nili exundationem significasse ait, in hieroglyphicis inscriptionibus apparet: etenim signum phoneticum nr. 110 (tab. IX) bis repetitum ita, ut altera figura supra alteram posita sit, vix aliter interpretari licet quam *ññ* i. e. *noçh* omnia vocali littera. Iniuria ipse Champollion symboli- cam significationem hic subesse (vix enim aliter aquae copia imitatione indicari poterat) existimavit. Klaproth (*Lettre à M. Gouliano*, p. 15) priorem probavit Champollionis opinionem: ac re vera probabile est, vocabulum, quo Nili exundatio indicabatur, vocabulo *λαογ*, *aqua*, affine fuisse ideoque a *λ* littera inchoasse. Quod illo etiam argumento confirmatur,

eandem rem alii quoque figuris significationem esse, quarum nomen ab eadem littera *λ* inchoabat, v. c. tribus vasibus (cooptico *λαγp*), vel caeli effigie terram irrorantis, cuius hieroglyphi obtutu alium confestim subit cogitatio pluviae in humum defluentis (*λαογ*).

\*\*) Agitur de cane aureo, Dei Thout symbolo, quo re vera sacerdotum ordo metaphoricè indicabatur. Praeterea *braçmactç* canis figura expressum esse ait Horapollo, quod recte se habet. Frequenter enim in monumentis conspicitur Anubis deus cum capite canino, qui corporibus condendis praerat, stans iuxta mumiam in lectulo iacentem. Cfr. Champollion, *Description du Musée Charles X*, p. 34. A. 751 sqq.

\*\*\* In monumentis constanter scribitur *caγp*.

bulo ita coaluit, ut  $\zeta\mu\pi$  simpliciter nunquam inveniatur, eadem prorsus ratione, qua nunquam  $\rho\sigma$  regem <sup>22)</sup> dictum esse deprehendimus, sed constanter  $\sigma\tau\theta\sigma$ , anteposito etiam articulo definito <sup>23)</sup>. Ipsa igitur monumenta duo offerunt canis nomina, alterum a  $\bar{\epsilon}$ , alterum a  $\bar{\epsilon}$  litera inchoans. — Etiam crocodilus \*), plures significationes habuisse dicitur ab Horapolline I, 67. II, 81. Quum apud Aegyptios vocaretur  $\chi\alpha\theta\alpha\tau\iota$ ,  $\sigma\alpha\tau\chi\iota$  et  $\lambda\alpha\sigma\alpha$ , res indicare poterat, quae a literis  $\chi$ ,  $\tau$  et  $\lambda$  inchoabant: itaque tenebras ( $\delta\alpha\kappa\acute{o}\tau\omicron\varsigma$ ),  $\chi\alpha\lambda\mu$ ; furentem,  $\sigma\alpha\kappa$  vel  $\sigma\alpha\lambda\epsilon\kappa$ ; furem,  $\sigma\alpha\tau$  vel  $\sigma\iota\sigma\alpha\tau$ ; aquam (Nili?),  $\lambda\alpha\sigma\alpha$  <sup>24)</sup>. Denique eadem figura, quae tamen discriminis causa (cfr. tabul. nr. 10. 20) penna ibidis in capite ornata erat, homo nihil faciens,  $\sigma\mu\alpha\tau$  vel  $\sigma\epsilon\mu\mu\epsilon$ , indicabatur; ubi litera  $\sigma$  literae  $\tau$  affinis offendere nequit (cfr. supra tab. nr. 10. adnot.). — Stella,  $\sigma\iota\sigma\tau$ , secundum Horapollinem I, 13. II, 1. significavit divini numinis notionem (unde factum est, ut in titulis imperatorum Romanorum epitheton divi exprimeret, uti in sexta huius operis sectione videbimus),  $\sigma\iota\sigma\epsilon$ , quod vocabulum apud veteres Aegyptios proprie dominum significabat <sup>25)</sup>; tempus,  $\sigma\iota\sigma\tau$ ; et lusu quodam, cuius explicationem a soni similitudine et affinitate, quae inter literas  $\tau$  et  $\sigma$  intercedit, repetendam esse voluit Klaproth, etiam numerum quinque,  $\tau\iota\sigma\tau$ . Posterius tamen idcirco factum esse videtur, quia aegyptiacae stellae forma aperte ex pentagrammatis figura erat derivata <sup>26)</sup>. Prior et secunda stellae, tanquam hieroglyphicae figurae, significatio monumentorum auctoritate comprobatur; vix tamen de acrologia cogitandum esse arbitror. — Scarabaeus (*Atateuchus sacer*),  $\sigma\alpha\lambda\sigma\alpha\tau\chi$  vel  $\mu\alpha\lambda\sigma\alpha\tau\chi$ , secundum Horapollinem I, 10 significavit  $\tau\acute{o}$   $\mu\omicron\nu\omicron\gamma\omicron\nu\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ ,  $\mu\alpha\lambda\alpha\iota\varsigma$  vel  $\mu\theta\omicron\rho\alpha\lambda\alpha\iota\varsigma$ ; originem \*\*),  $\mu\alpha\lambda$ ; secundumque idem principium acrologicum patris expressit notionem, quam eodem vocabulo  $\mu\alpha\lambda$  reddi potuisse Klaproth coniecit; denique mundum  $\phi\epsilon\mu\epsilon\tau$  <sup>27)</sup> vel  $\sigma\sigma$ ,  $\tau\omicron$  (proprie  $\eta$  *οίκουμένη*), et virum, sive virilitatem \*\*\*) ,  $\tau\mu\sigma\tau$ . In duabus postremis significationibus nulla deprehenditur acrologia, ita ut dubitari nequeat, symbolicam hic subesse interpretationem, quod et ipse voluit Horapollo. Scarabaeus enim principium virile (activum illud et procreationi aptum) indicavit; vultur <sup>28)</sup> [ $\mu\theta\omicron\tau\tau\epsilon\tau\varsigma$ ; femina  $\epsilon\tau\mu\alpha$ ] contra foemininum (passivum illud et conceptui idoneum) expressit. — Phoenix,  $\alpha\lambda\lambda\omicron\sigma$ , significavit  $\tau\acute{o}$  *πολυχροόνιον*, longae vum [ $\lambda\mu\alpha\sigma$ , vetus] et Nili inundationem [Nilus,  $\alpha\lambda\lambda\eta\mu\iota$  <sup>29)</sup>;  $\alpha\gamma\tau\iota\varsigma$  <sup>30)</sup>] secundum Horapollinem I, 34. 35. II, 57. Atqui, ut taceam, hic quoque allegoriam, unde symbolica hieroglyphicae figurae explicatio promanavit, satis superque esse manifestam <sup>31)</sup>, monendum est, verba  $\alpha\lambda\lambda\omicron\sigma$  et  $\alpha\gamma\tau\iota\varsigma$  veteribus Aegyptiis procul dubio prorsus ignota fuisse. — Prae reliquis exemplis acrologiae in hieroglyphica literatura frequentatae argumentum affert Klaproth, quod Horapollo I, 6. 11. accipitre [ $\rho\omicron\mu\iota\tau\tau$ ] ait indicatas esse notiones divini numinis,  $\mu\alpha\tau$ ; matris,  $\mu\alpha\tau\epsilon\tau$ ; visus,  $\mu\alpha\tau$ ; limitis,  $\mu\alpha\tau$ ; caeli,  $\mu\alpha\theta\mu\tau$  (cfr. vocabulum  $\mu\alpha\tau$ , nubis); misericordiam,  $\mu\alpha\tau$ ; et Minervam,  $\mu\iota\mu\epsilon$ ,  $\mu\epsilon\tau$ . Praeterea vulturem,  $\mu\theta\omicron\tau\tau\epsilon\tau\varsigma$

\*) De duabus crocodili specibus, altera mansueti ( $\sigma\omicron\iota\chi\omicron\varsigma$ ), altera voraci ac rapaci ( $\chi\acute{\iota}\mu\epsilon\upsilon\alpha$ ), cfr. Geoffroy St. Hilaire in *Descript. de l'Égypte*, Vol. XXIV, p. 400 sqq. —  $\lambda\alpha\sigma\alpha$ ,  $\lambda\alpha\sigma\alpha\sigma$  (ita enim copiose et hieroglyphice frequenter scribitur) videtur explicandum esse  $\lambda\alpha$ - $\sigma\alpha\tau\tau\epsilon$  i. e. (*animal natum*) ex

ovo. Cfr. Lepsius, *Lettre de M. Rosellini sur l'alphabet hiéroglyphique*. Romae 1837, 8. p. 41.

\*\*\*) Cfr. Champollion, *Descript. du Musée Charles X*, p. 11. A. 215 — 221.

\*\*\*\*) Cfr. Champollion, *l. l.*, p. 86. nr. 517 — 638.

significasse Deam Inonem Aegyptiis, uti supra in tertia sectione monuimus, Satin appellatam; altitudinem,  $\overline{\mu\alpha\iota}$ ; initium,  $\tau\acute{o}$   $\overline{\pi\rho\acute{o}\tau\omicron\nu}$ ,  $\overline{\mu\omicron\rho\eta}$ ; humilitatem,  $\overline{\mu\omicron\kappa}$  vel  $\overline{\mu\omicron\kappa\iota}$ ; sanguinem,  $\overline{\epsilon\pi\omicron\varsigma}$ ; victoriam, vincere,  $\overline{\sigma\rho\omicron}$ ; drachmas duas,  $\overline{\sigma\iota\kappa\upsilon\tau}$ , quod vocabulum secundum Kircherum <sup>32)</sup> quartam unciae partem significavit; et futurorum cognitionem  $\overline{\mu\omicron\rho\eta}$   $\overline{\pi\alpha\iota}$ , quae secundum Horapollinem avi rapaci (specie et genere non indicatis) indicabatur. Quum  $\overline{\mu\omicron\tau\rho\epsilon\varsigma}$  (vultur) a  $\overline{\mu}$ ,  $\overline{\nu\omicron\mu\epsilon\rho}$  (accipiter) a  $\overline{\pi}$  littera incipiant, Klaprothius putavit, vocabula composita ita esse indicata acrologica ratione, ut elementorum, quibus composita erant, litterae initiales totidem figuris significarentur, quorum nomina ab iisdem literis incipiebant. Quo retulit, quod Horapollo ait I, 28, Aegyptios silentium  $\overline{\chi\alpha\rho\omicron}$  (quod compositum est vocabulum ex  $\overline{\chi\alpha}$ , desinere et  $\overline{\rho\omicron}$ , os) numero 1095 expressisse, qui numerus erat dierum tres annos absolventium. Quae verba non addidisset Horapollo — haec enim fuit opinio Klaprothii —, nisi acrologiam principium indigitare voluisset:  $\overline{\mu\omicron\mu\alpha\tau}$   $\overline{\rho\omicron\mu\mu\iota}$  enim tres annos significat et  $\overline{\mu}$  cum littera  $\overline{\chi}$  adeo frequenter commutabatur [v. c. in vocabulo  $\overline{\alpha\rho\mu\iota\mu\alpha\kappa\omicron\rho\iota\tau\iota\kappa}$  <sup>33)</sup>, aliisque compluribus], ut eiusdem fere soni fuerint necesse sit <sup>34)</sup>. — Apud Plutarchum <sup>35)</sup> haec verba deprehenduntur: *Ἐν Σάει γούν ἐν τῷ προπύλῳ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηνῶν ἦν γεγλυμμένον βεῖφος, γέρον, καὶ μετὰ τοῦτο ἱέραξ, ἐπιπέης δ' ἰχθύς, ἐπὶ πάσαι δὲ ἔκπαι ποταμῖος. εὐήλου δὲ συμβολικῶς, ὧ γενόμενοι καὶ ἀπογινόμενοι [ὁ θεὸς μοσεῖ τὴν ἀναίδειαν. δηλοῦ γὰρ τὸ βεῖφος τὴν γένειαν, τὴν φθοράν] δὲ ὁ γέρον. ἱέρακι δὲ τὸν θεὸν φράζουσαι, ἰχθύτι δὲ μίση, ὡς περ εἴρηται, διὰ τὴν θάλατταν. ἕκπαι ποταμῖος δ' ἀναίδειαν. λέγεται γὰρ, ἀποκτείνας τὸν πατέρα, τῇ μητρὶ βίαι μίγνυσθαι* <sup>36)</sup>. Hieroglyphicorum signorum, quae hisce verbis commemorantur, duo priora procul dubio sunt figurativa; tertium secundum Klaprothium, uti supra indicavimus, acrologicum. Etiam in quarto acrologiam agnovisse sibi videtur, quippo quia verba, quae Horapollo adiecit, *διὰ τὴν θάλατταν*, nullam aliam propter causam addita esse existinat, nisi ut piscis figura indicaretur mare, quod nullo alio modo (exceptis signis phoneticis) exprimi poterat. Prorsus eadem ratione pro unguento myrothecium Aegyptii pingere solebant <sup>37)</sup>. Mare autem cooptice vocabatur  $\overline{\iota\omega\mu}$ . Cum odii notio verbo  $\overline{\mu\alpha\sigma\tau\epsilon}$  ( $\overline{\mu\alpha\sigma\tau}$ ) exprimeretur (interdum etiam vocabulo  $\overline{\epsilon\rho\mu}$ ), Klaproth, uti acrologiam in hisce etiam verbis reperiret, omnino aquam ( $\overline{\mu\alpha\omega\tau}$ ) a Plutarcho significatam esse censuit, quae meliori ratione, quam pisci, exprimi vix poterat. Praeterea, si quis negligere mavult verba *διὰ τὴν θάλατταν*, quae idcirco addita esse videtur, ut quivis statim comprehenderet, rem omnibus exosam (mare) facillime sese offerre odii taedium notionem indicaturo, alia etiam occurrit acrologia in verbis  $\overline{\tau\epsilon\alpha\tau}$  piscis et  $\overline{\tau\rho\epsilon\mu\kappa\omicron}$   $\overline{\kappa\alpha\kappa\acute{\omega}\varsigma}$   $\overline{\delta\chi\epsilon\iota\nu}$ . De hippopotami signo, quod ultimo loco commemoratur, nihil statuere licet, quum nomen, quo a veteribus Aegyptiis appellabatur, prorsus sit ignotum <sup>38)</sup>.

Equidem longe profecto absum, ut in horum aliorumque hieroglyphorum simili interpretatione Klaprothium veritatem esse assecutum existimem. Sunt ingenii potius lusus, quam quas probes explicandi rationes. Id tamen certum est, quod supra in huius disputationis exordio posuimus, occurrere in hieroglyphicis inscriptionibus signa quaedam, haud magni sane numeri, quibus notiones ea ratione indicabantur, ut vocabulum signo hieroglyphico respondens ab eadem littera inciperet, quae initium faciebat nominis, quo res notiove designanda appellabatur. Quod quo iure factum sit supra explicare conati sumus. Etenim

hieroglyphorum acrologicorum eam esse censemur naturam, ut sint signa initialia complexuum hieroglyphicorum, qui phoneticis signis constabant, et compendii gratia non integri adscribebantur, ita tamen ut plerumque aliqua simul intercederet relatio vel symbolica vel allegorica inter signum acrologicum remque designandam. Quod si hisce limitibus circumscribas Klaprothii inventum, eum ineptiisse non est cur liceat contendere: cave autem ab altera parte, ne totam eius disputationem veram esse iudices. Neque enim tantus est acrologicorum hieroglyphorum numerus, quantum existimavit Klaproth, quum parce tantummodo verborum compendiis uti liceret, quod neque inscriptionum perspicuitas neque ipsa monumentorum natura (maxima enim hieroglyphicarum inscriptionum pars lapidi incidebatur) permisit: neque Horapollinis opus, quaecunque sit, lexicon hieroglyphorum acrologicorum dicas, quum longe maior copia signorum hieroglyphicorum, quae a scriptore illo commemorantur et explicantur, symbolicis sit adnumeranda: neque opusculum Arabis Ebn Waschil, quod supra in prima huius operis sectione laudavimus, eum in finem conscriptum est, quem voluit Klaprothius, ut acrologicorum hieroglyphorum natura explanaretur (certe longe probabilior est opinio Silvestri de Sacy, fraudulentum istum ac fere insulsum hominem ineptiarum farraginem impudenter cumulasse et undequavis conflasse): neque denique hoc invento lacuna illa repletur, de qua locutus est Champollion, quum diceret <sup>39)</sup>: *Il ne resterait plus qu'à trouver une méthode pour reconnaître la valeur des caractères symboliques; et c'est là l'obstacle qui semble retarder le plus l'intelligence pleine et entière des textes hiéroglyphiques* <sup>40)</sup>.

At ne hisce quidem tantisque restrictionibus circumscriptam assertionem probavit amicissimus mihi Richardus Lepsius, qui nuper Romae, ubi hodie degit, epistolam publici iuris fecit ad Cel. Rosellinum de alphabeto hieroglyphico conscriptam <sup>41)</sup>, in qua eiusse modi phoneticorum complexuum compendia, qualium nos in tertia huius operis sectione non exiguum exemplorum copiam indicavimus, quorum luculentissimum praebet figura oris (vo), qua partes indicantur numerorum sive numeri fracti, in hieroglyphicis inscriptionibus occurrere prorsus negavit <sup>42)</sup>, novamque de alphabeti hieroglyphici natura opinionem proposuit, quam multis viris egregie placuisse video. Itaque de hac etiam re verba quaedam sunt facienda, praesertim quum amico meo, cuius eruditionem ac sagacitatem lubens agnosco, adsentire nequeam. Phonetica hieroglyphia in plures classes discernit, quarum prima eas amplectitur figuras, quae constanter linguae sonis exprimentis inserviunt et quae nomine alphabeti phonetici generalis comprehendit, altera illud signorum genus, quae non nisi initio complexuum phoneticorum significationem reliquis consentaneam sibi arrogaverunt: tertia denique hieroglyphia, quae in graecae romanaeque tantummodo originis monumentis literarum vice fungebatur. Prima classis collectitur signa (tabulae nostrae nonae) haec:

1. α. ο. ε. nr. 2. 4. 5.	6. τ (τ) nr. 155. 156. 159. 160.	11. c. nr. 132 *). 234.
2. α. ε. ι. nr. 4 (dupliciter positionum). 13. 9*.	7. ρ. λ. nr. 85. 86.	12. μ. nr. 181. 188.
3. ο. ογ. nr. 51. 52.	8. α. nr. 97. 99. 100*. 96.	13. φ. nr. 53.
4. β. nr. 59.	9. η. nr. 110. 111. 113.	14. δ. nr. 187. 192.
5. η (ν). nr. 65. 69.	10. η. nr. 124.	15. γ. nr. 296. 298.

\*) Est lorica scyllae, uti monstravit Lepsius, *l. l.*, p. 44.



Inter prima huius classis signa complura, quae eidem vocis humanae sono respondent, deprehenduntur, quod idcirco factum esse ait Lepsius, ut calligraphiae rationes, quibus peculiari opera studebant, qui inscriptiones monumentis insculpebant, rite observari possent. Sed iure interrogaret aliquis, cur sonis nonnullis maior responderet signorum copia, aliis minor. Pluribus enim quam duobus signis nunquam opus erat, minime vero talibus, quae fere eiusdem erant dimensionis. Ad secundam classem pertinent eiusdem tabulae signa haec:

1. α. ο. ε. nr. 12. 246. 44. 23. 20.	6. τ (α). nr. 173. 232*. 170*. 157*.	11. c. nr. 226*. 145. 148. 6 (?). 251.
2. λ. ε. ι. nr. 48. 235.	7. ρ. λ. — — — — —	12. γ. nr. 184*). 194. 45 (?).
3. ο. σγ. nr. 221. 54. 46. 37.	8. αα. nr. 98. 102*. 105. 101*. 104.	13. φ. nr. 56. 128. 253.
50. 19.	231*.	14. δ. nr. 230. 229. (clavis).
4. β. nr. — — — —	9. η. nr. 123. 254. (ligo). 122.	15. ζ. nr. 210. 200*. 239 (?). 203*.
5. κ (ε). nr. 82. 71*. 179*.	10. η. nr. 131. 125. 129.	205*. 277*.

Asterisco notatum est in hocce indice illud signorum genus, quae phoneticis initialibus cognata, modo ideographica ratione res notionesque indicaverunt, modo syllabas, quibus nomen rei delineatae compositum erat, expresserunt, quamvis syllabarum sensus longe procul abesset a primitiva appellatione, ideoque quae certis tantummodo occasionibus phoneticam significationem habebant. Haec erat methodus illa, qua hodiernum Sinenses utuntur, ubi signis suis ideographicis alienae gentis nomina propria scribere voluit (cfr. supra Sect. III, not. 1), et qua in simili re olim utebantur etiam veteres Aegyptii.

Tertiae denique classi adnumeranda sunt signa:

1. α. ο. ε. nr. 11. 260. 20.	6. τ (α). nr. 157. 170. 163. 161. 232. 234.
2. αλ. ε. ι. nr. 48.	7. ρ. λ. nr. 87. 73. 89.
3. ο. σγ. nr. 9. 57 invers.	8. η. nr. 237. 114. 119.
4. β. nr. 58. 62.	9. η. nr. 126.
5. κ (ε). nr. 70. 72. 74. 67.	10. c. nr. 247. 142. 137. 240. 138. 139. 274. 136. 141.

Si verum esset, quod ait Lepsius, signa ad secundam classem pertinentia, praesertim phonetica initialia, natura sua, etiam exulta iam hieroglyphica arte, nihil aliud fuisse, nisi ideographica signa, quae addito denuin phonetico complemento literae vice functa essent, demonstrandum foret, huiusce modi signa non nisi unius vocabuli initio deprehendi ac quidem illius, quod rei vel mimetica vel symbolica ratione expressae responderet. Quod tamen minime servatum est. Etenim accurato complexuum hieroglyphicorum studio, quibus significationem phoneticam singulorum signorum demonstravit Salvolini, satis superque elucet, eiusce modi hieroglyphica phonetica initialia in capite complurium complexuum eorumque prorsus diversae significationis deprehendi. (Cfr. ex. gr. 221. 45. etc.) — Id quod alio in loco uberius demonstrabitur.

## ADNOTATIONES.

1) Apud Champollion, *Précis*, B. p. 393.

2) Cfr. huius viri opus inscriptum: *Opuscula archæologiques*, de quo vido Sect. III. not. 149. Nuper idem vir dissertationem edidit inscriptam: *Bemerkungen über den Thierkreis von Denderah*; aus dem Russ. übersetzt. Dresden 1832, 8.

3) *Lettre sur la découverte des hiéroglyphes acrologiques adressée à M. le chevalier de Goulianoïff*, membre de l'Académie de Russie par J. de Klaproth. Paris 1827, 8.

4) *Ne quis miretur*, ait Zoëga, de origine et usu obeliscorum, p. 459 de Horapolline, multum a nobis tribui scriptori, de quo ita sunt dissona doctorum virorum iudicia, ut quid de eo sit putandum, plerique hæcæant prorurs. Nos quidem in rebus Aegyptiis eadem ratione utendum esse existimamus libris Horapollini, sive Philippi dicere mavis, atque in Graecis rebus uti solemus Hecychio, Suida aliisque eius classis auctoribus: at in singulis vocibus curiose quaeramus, anne dicta conveniant cum prisorum Aegyptiorum genio, cum veterum auctorum qui de hisce rebus scripsere testimoniis, cumque monumentarum contextu quae ævum tulerant. Quam plurima autem huius generis et inesse, neminem fugere potest, cui aliqua est cum Aegyptia antiquitate familiaritas; alia sunt de quibus hæsitandum reor hæcæntus; alia denique quae Graecos mores et sequius ævum aperte produunt. Itaque Tychsenii sententia, qui in Gotting. bibl. fise. VI, p. 59 magicos praescriptis sequioris ævi formulas ait Horapolline tradi et explicari ait, libro diligenter inspecto ultra cõtruit: sed nec Deguignio subscribendum, ubi in Mémoires de l'Académie des inscriptions et belles-lettres, Tom. XXXIV, p. 12, anna quæ ab eo traduntur cum vetustæ illoctinae apud Aegyptios indole perfecte consentire asserit. Cfr. Champollion, *Précis du système hiéroglyphique*, A. p. 299 sqq. B. p. 347 sqq.: Les notions les plus étendues que l'antiquité nous ait transmises sur les caractères tropiques des Égyptiens, sont renfermées dans le célèbre ouvrage d'Horapollon, intitulé *ἸΕΡΟ-ΓΛΥΦΙΚΑ*, traduit de l'égyptien en grec par un certain Philippe. On a jusqu'ici considéré cet ouvrage comme devant jeter une grande lumière sur la marche et les principes de l'écriture hiéroglyphique proprement dite, et cependant l'étude de cet auteur n'a donné naissance qu'à de vaines théories, et l'examen

des inscriptions égyptiennes, son livre à la main, n'a produit que de bien foibles résultats. Cela ne prouverait-il pas que la plupart des signes décrits et expliqués par Horapollon ne faisaient point exclusivement partie de ce que nous appelons l'écriture hiéroglyphique, et tenaient primordialement à quelque autre système de représentation de la pensée? Je n'ai reconnu, en effet, jusqu'ici, dans les textes hiéroglyphiques, que trente seulement des soixante-dix objets physiques indiqués par Horapollon, dans son livre premier, comme signes symboliques de certaines idées; et sur ces trente caractères, il en est treize seulement, savoir, le croissant de la lune renversé, le scarabée, le vautour, les parties antérieures du lion, les trois vases, le lièvre, l'ibis, l'encrier, le roscau, le taureau, l'oie-chenaiopez, la tête de coucoupha, et l'abeille, qui paraissent réellement avoir, dans ces textes, le sens qu'Horapollon leur attribue. Mais la plupart des images symboliques indiqués dans tout le livre I<sup>er</sup> d'Horapollon et dans la partie du II<sup>e</sup> qui semble la plus authentique, se retrouvent dans les tableaux sculptés ou peints, soit sur les murs des temples et des palais, sur les parois des tombeaux, soit dans les manuscrits, sur les enveloppes et cercueils des momies, sur les amulettes, etc., peintures et tableaux sculptés qui ne retracent point des scènes de la vie publique ou privée, ni des cérémonies religieuses, mais qui sont des compositions extraordinaires, ou des êtres fantastiques, soit même des êtres réels qui n'ont entre eux aucune relation dans la nature, sont cependant unis, rapprochés et mis en action. Ces bas-reliefs, purement allégoriques ou symboliques, qui abondent sur les constructions égyptiennes, furent particulièrement désignés par les anciens sous les noms d'anaglyphes. (Clem. Alexandr. Strom. V, 4. Vido Sect. I. not. 372). Cette distinction établie, il est aisé de voir que l'ouvrage d'Horapollon se rapporte bien plus spécialement à l'explication des images dont se composaient les anaglyphes, qu'aux éléments ou caractères de l'écriture hiéroglyphique proprement dite: le titre si vague de ce livre Ἰερογλυφικά [sculptures sacrées ou gravures sacrées] est la seule cause de cette méprise. — Haec Champollion, cuius verbis nullum commentarium subiciamus, quum tertio quartaeque huius operis sectionum compluribus locis astis

superque demonstratum sit, Horapollinis hieroglyphis interpretandi methodum minime tam arctis finibus esse circumscriptam. Nemo acerbius de Horapolline, quisque illo fuerit, tulit iudicium, quam Seyffarthus, cuius haec sunt verba (*Rudim. hierogl. Introd. §. 1. not. 1*): *Inter veteres inclaucerunt Horus Apollo, Caelius Aug. Curio* \*), *Hermapion, Clemens Alexandrinus, alii, qui quatenus suam sententiam, quod imprimis de Horo Apolline valet, tradiderunt, disputatores mihi videntur.*

5) Vide supra Section. I, not. 189.

6) *Examen critique des travaux de feu M. Champollion sur les hieroglyphes*, p. 79: *Ni M. de Goullanoff, ni moi, nous n'avons jamais cru, ou pu croire, que cette découverte pouvait contribuer au déchiffrement des anciennes écritures égyptiennes.*

7) *Nomi Aegypti Imperator.*, p. 204.

8) Praeter auctores supra in sect. I. laudatos efr. Lepsius in *Rhein. Mus. Philol. Tom. IV.*, p. 142 sqq. *Lettre à M. Rosellini sur l'alphabet hieroglyph.* p. 44.

9) Jablonski, *Opusc.* I, p. 133 sqq. 160. IV, p. 92 not. vocabulum explicuit  $\alpha\epsilon\zeta$ - $\sigma\iota$  i. e. *complementum copiens*. Salmas. *Epistol.* I, 60 ap. Gollum p. 133,  $\alpha\epsilon\zeta$ - $\sigma\iota$ , *caudam copiens*. Sed  $\alpha\epsilon\zeta$  numquam caudam significavit. Boehartii (*Hieroz.* I, p. 1066. II, p. 764) et Scaligeri (*de emendat. tempor.* III, pag. 194) coniecturae prorsus ineptae sunt: verissima fortasse est ea, quam proposuit Seyffarthus, *System. Astron. Aegypt. quadrupart.* p. 164, nomen  $\alpha\kappa\eta$ - $\eta\epsilon\epsilon$ , *dilecta Isis*, interpretans.

10) Cfr. Sect. II, not. 7.

11) Quem loquendi usum inscriptiones hieroglyphicae, quas infra in sexta huius operis sectione asseremus, satis superque demonstrabunt. Neque Graecia erat alienus, apud quos, praesertim apud Eeclesioa patres saepenumero occurrit vocabulum  $\kappa\iota\omicron\mu\omicron\varsigma$ , quo nihil nisi Aegyptus significatur. Cfr. Clem. Alexandrin. p. 333 Potter. Origenes, Vol. II, p. 101 ed. de la Rue. Quem si loquendi usum non ignorasset Herodotus, non tam inepta de Nili fontibus narravisset (II, 28). Quae enim sacerdos Saitica Herodoto retulit, non de Nili fontibus, sed do introitu eius in Aegyptum erant intelligenda.

12) Rossi, *Eymal. Aegypt.* p. 2 vocabulum derivat ab  $\alpha\kappa\eta$  (*pernicitas*) vel  $\alpha\kappa\omega$  et ipi *facere*. Frequens est permutatio litterarum  $\bar{\iota}$  et  $\bar{\epsilon}$ , ex. gr.  $\kappa\omicron\alpha\zeta$  et  $\kappa\omicron\alpha\eta$ , *scalpere*;  $\kappa\alpha\bar{\iota}$  et  $\kappa\alpha\bar{\iota}\epsilon$ , *inquirere*;  $\alpha\kappa\bar{\iota}$  et  $\alpha\kappa\bar{\iota}\epsilon$ , *solivite* etc. Sonum praeterea litterae lenioris quam solivite fuisse, ex orthographia  $\alpha\kappa\omega$

elucet. Nomen fere congruit cum eo, quo  $\alpha\pi\iota\varsigma$  vocabatur apud veteres Aegyptios:  $\phi$ - $\epsilon\bar{\rho}$ - $\alpha\lambda\omicron\gamma\tau$ ,  $\eta$  *didōtia* *θαραύς*. Cfr. Aelian. *Hist. anim.* X, 31 et supra Sect. III, not. 125.

13) Secundum Courget de Gehelii, *Monde primitif: Origine du langage et de l'écriture*, p. 382 *Horus Apollo* erat inscriptio aperis, non aetoris nomen.

14) *Lettre sur la découverte des hieroglyphes acrolog.* p. 28: *Si nous possédions dans le copie la totalité de l'ancienne langue de l'Égypte, on pourrait, d'après la méthode acrologique, retrouver dans son entier les hieroglyphes exprimés par Horapollon; mais une foule de mots nous manquent, tels que cygne, cornille, cynocéphale, hippopotame, embryon, coin de la bouche, tamis, lettres égyptiennes, fossoyer, vêtement royal, manteau de prêtre, oreille de bœuf,  $\eta\epsilon\upsilon\zeta$ ,  $\chi\eta$ - $\nu\alpha\lambda\upsilon\mu\eta\zeta$ , archer, tumulte, fiancée, astronomie, aversion, futur, inégal (*ἀνώμαλος*), patrimoine, ichneumon, mule, et plusieurs autres.*

15) Cuius efr. operis monumenta Aegypti Nubiseque illustrantis partem secundam, quae civilia simpliciter monumenta, integram inde a capite ad finem.

15b) De leoue, tamquam hieroglyphico Nili signo efr. etiam Zoëga, *de orig. et usu obeliscor.* p. 329, et quae confuse magis quam erudite exposuit Seyffarthus, *System. astronom. aegypt. quadrupart.* p. 148 sq.

16) *Scala magna*, p. 165.

17) *Panth. Aegypt.* II, p. 46. *Opusc.* I, p. 336. Cfr. praeterea not. ad Horapollin. p. 276 ed. Pauw. Zoëga, *de orig. et usu obeliscor.* p. 453. Boehart, *Hierozaeon*, Part. I, p. 691. Wilkins, *Dissertat. de ling. Copt.* p. 111.

18) *Lettre à M. Goullanoff*, p. 17. 43.

19) Rosellini, *Monum. civilti*, I, p. 203.

20) *Ibid.* I, p. 199.

21) Rossi, *Eymal. Aegypt.* p. 153.

22) Jablonski, *Opusc.* Vol. II, p. 42 sq. not.

23) Scholtz, *Gramm. aegypt.* p. 17.

24) Aelian. *Hist. animal.* X, 25. Porphyr. ap. Euseb. *Praepar. Evangel.* III, 11, p. 115.

25) Compar. graecum  $\theta\acute{\omicron}\varsigma$ , cuius forma dorica erat  $\sigma\acute{\omicron}\zeta$ . Cfr. Kaen. ad Greger. Corinth. p. 589. Ista forma recurrit in  $\Sigma\acute{\iota}\beta\upsilon\lambda\lambda\alpha$  (*δὸς βουβῆ*),  $\Sigma\acute{\iota}\omega\upsilon\varsigma$  (*Θιόσωγος*) et all.

26) De origine, quam dicunt iudicium, huiusce significandi methodi, ex amuletis numerorum derivanda efr. v. Bohlen, *das alte Indien*, II, p. 226.

27) *Quatre empire, Recherches sur la langue et la littérature de l'Égypte*, p. 74.

\*) Vide, quam mira sit Seyffarthii eruditio, qui Curioni, qui Pierrii Valeriazii hieroglyphicis deuo edidit

et absolvit, inter Horapollinem et Hermapionem locum tribuit. Cfr. supra sect. I, adnot. 8.

28) Cfr. Zoëga, *de orig. et usu obeliscor.* p. 448. not. 38. p. 451. not. 43.

29) Kircher, *Ling. aegypt. restitut.* p. 214.

30) Secundum Champollionem (*L'Égypte sous les Pharaons*, I, p. 132) vocabulum hoc corruptum est ex graeco ἀετός. Quam opinionem lubenter probamus, quidquid contra dicat Klaproth, *Lettre II. sur les hiéroglyphes*, p. 37.

31) De Phoenicia mythō cfr. v. Bohlen, *das alte Indien*, Vol. II, p. 240 sqq. Ideler, *Handb. der Chronolog.* I, p. 183 sqq.

32) *Prodrom. coptic.* p. 146.

33) *Liturg. Basil.* §. 297.

34) Cfr. Rossi, *Egyptol. Aegypt.* p. 294, quem iam laudavit Klaproth, *Lettre*, p. 27. Adde Thilorier, *Examen critique*, p. 46.

35) *De Iside et Osir.* §. 32, p. 436. Tom. II, p. 363.

36) Verba parenthesi inclusa iam iam addidit Zoëga, *de obelisc.* p. 439, not. 3 ex loco parallelo apud Clementem Alexandrin. *Stromat.* V, 7, p. 670: *ναὶ μὲν καὶ ἐν Λισπόμενῃ τῆς Αἰγύπτου ἐστὶ τοῦ ἱεροῦ καλουμένου πυλῶνος διατετύπωται παιδίον μὲν γένειως σὺμβολον, φθορᾶς δὲ ο γίρων, θεοῦ τε αὐτῶ ἱεραῶ, ἃς ὁ ἱερθεὶς μίσητος, καὶ κατ' ἄλλο πάλιν σημαίνόμενον ὁ προκείμελος ἀναδείας φαίνεται τόνον αντιθέμενον τὸ πᾶν σὺμβολον δηλοῦναι ἵνα τοῦδε ὁ γινόμενοι καὶ ἀπογινόμενοι, θεὸς μιστὶ ἀναδείας. Quod Clemens loco hippopotami crocodilum commemorat, errori tribuendum est. Cfr. Horapollin. I,*

56. Damasc. apud Phot. *Bibl.* p. 1048 et quae diseruit Seyffarth. *Rudim. hierogl.* p. 6, not. 14, qui rem omnino in dubitationem vocavit.

37) Klaproth, *Lettre sur la décou. des hierogl. acrologiques*, p. 41.

38) De hippopotamo, signo hieroglyphico, cfr. Zoëga, *de orig. et usu obeliscor.* p. 445. Deprehenditur, ut exemplum asseram, in parietibus templi prope Kom-Ombo. Cfr. v. Prokesch, *Erinnerungen aus Aegypten und Kleinasien*, Vol. I, p. 221.

39) *Précis*, A. p. 397.

40) Lepsius, *Lettre sur l'alphabet hieroglyph.* p. 26 — 32 has aert rationes, quibus ideographicorum hieroglyphorum (i. e. mimeticorum et symbolicorum) significationem et pronuntiationem agnoscere liceat: 1) ipsam hieroglyphici signi figuram; 2) imagines vel tabulas, quae signum comitatur; 3) Graecorum Romanorumque scriptorum diserta interpretatio; 4) translationes veteres inscriptionum hieroglyphicarum ex gr. Hermapionis; 5) ipso inscriptionum contextus; 6) vocabula phoneticis signis adscripta; 7) scripturae in textibus eiusdem argumenti varietates; 8) initialium phoneticorum studium; 9) usus, quem Graeci Romani que ideographicis signis admiserunt in linguae sonis exprimentis; 10) transcriptiones denique Graecorum Romanorumque.

41) *Lettre à M. le professeur Hippolyte Rosellini sur l'alphabet hieroglyphique. Avec deux planches.* Rome 1837. 8. pp. 89.

42) *L. l.* p. 50. p. 56, not. 63.

## SECTIO QUINTA \*).

### CONAMINA SPOHNII; SYSTEMATA SEYFFARTHII.

**P**riusquam ad recentiores illas de antiquissima Aegypti historia disquisitiones transimus, et quid hac in re veterum monumentorum ope nuper sit praestitum exponimus, restat ut paucis saltem verbis quam brevissime fieri potest illud quoque systema tangamus. quod nulla ratione cum inventis Champollionis coniungi potest, calligraphicum Seyffarthi. Licet enim in novissimo suo opere:

*Systema Astronomiae Aegyptiacae quadripartitum. Conspectus astronomiae Aegyptiorum mathematicae et apotelesmaticae. Pantheon Aegyptiacum sive Symbolice Aegyptiorum astronomica. Observationes Aegyptiorum astronomicae hieroglyphice descriptae in zodiaco Tentyrico, tabula Isiacae sive Beminae<sup>1)</sup>, monolitho Amosis Parisino, sarcophago Sethi Londinensi, sarcophago Ramesis Parisino, papyrisque funeralibus, annis 1832, 1693, 1631, 1104 a. Chr.; 37, 54, 137 p. Chr. cum corollariis chronologicis, historicis, mythologicis, philologicis, exegeticis, astronomicis et palaeographicis. Lexicon astronomico-hieroglyphicum cum permultis figuris hieroglyphicis impressis. Accedunt index universalis atque tabulae X lithographicae cum colorata tituli. Lips. 1833, 4.*

calligraphicum systema prorsus reliquerit, aliudque in eius locum substituere sit conatus, quod arctius certissimis nostri temporis in hoc studiorum genere inventis sese applicaret, attamen, quum (p. 367) contendat, novum, quod protulit systema a priori illo vix aliter differre nisi in rebus minoris momenti et quae ad ipsam systematis naturam laud pertinere (quod dictum quantopere a veritate recedat deinceps demonstrabitur), necesse esse arbitramur, ut diligenter etiam priores illas disquisitiones consideremus, quod operis nostri consilium, quid recentiori aevo praestitum sit in hieroglyphicae veteris Aegyptiorum literaturae explicatione exponendi, imperiose ellagitare videtur. Prae reliquis illi operum eius parti animum mentemque advertemus, quae in hieroglyphorum interpretatione versatur aut arcte cum ea cohaeret, quamvis evitari nequeat, ut fundamentum, cui Seyffarthus mi-

<sup>1)</sup> Pars haec operis nostri iam ante tres annos apparuit in ephemeride inscripta: *Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik*, 1835, März, nr. 41—47. Iterum eam impediendam curavimus, quum iudicium de eorumque Spohnii et duplici Seyffarthi systemate hoc loco deesse nequeat: formam tamen mutavimus, multaque adiecit, quibus iudicium nostrum stabiliretur. Nisi hodieum existeret viri docti, qui Seyffarthi explicationes in adiungere

solent, quas Champollion dederat, ita ut, utra vera sit, incertum reliquatur (inter quos viros unum h. l. nominamus nuperimum Horapollinis editorem, Conradum Leemana, Batavum) totam hanc disputationem missam fecissemus: nam, de mortuis nihil nisi bene! Ac vere tanquam mortuum considerandum esse Seyffarthum, omnia largiuntur, qui graviore animo archaeologiam et palaeographiam Aegyptiacam illustrare conantur.

rum suum operosunque aedificium superstruxit, diligenter inspiciamus paucaque moneamus de abstrusis illis propositionibus, quas veras esse vel sibi ipsi persuasit vel aliis voluit persuadere. Quae cum adeo sint monstrosae, ut vix eiusce modi portentorum genus post Kircherum archaeologiae Aegyptiacae studiosis videre contigerit, ipsa, me etiam non monente, cuius sanioris ingenii viro Procrustis notissimum illud lectum in animum revocant: vereorque ne multi existant homines, qui dicta adeo inepta, qualia Seyffarthus emisit, refutare, non superfluum tantummodo, sed ipsis etiam illis dictis ineptius censebunt. Atqui levitas illa ingenii, quae arrogantiae solet esse comes, severam exposcit repulsam, ubi agitur de frugibus in campo plantatis, qui ad nostram usque aetatem fore incultus iacuit ac desertus, ne primae sationes impudenti ac temeraria manu protervi cuiusvis invasoris deleantur. Talemque declarem Seyffarthum necesse est, quem Spohnii mors infelici tempore ad hieroglyphorum interpretationem antiquitatumque Aegyptiacarum percontationem a trita eo usque via abduxit, quippe quia omnis generis in eo desiderantur cognitiones, quae cum eius modi disquisitionibus aptum reddere possent.

Fridericus Augustus Guilelmus Spohnius, praematura morte VI Cal. Februarii anni MDCCCXXIII amicis literisque, quas singulari ingenii acumine colebat, abreptus, dum inter vivos erat, nihil quod ad archaeologiam Aegyptiacam pertineret in publicam lucem emisit praeter brevem commentatiunculam inscriptam: *Ueber Hieroglyphen, ihre Deutung und die Sprache der alten Aegypter. Erstes Fragment* ?) —, quae prodiit Lipsiae 1820. Qua perfecta vix perspicere licebat, qua via vir doctissimus ad hieroglyphorum interpretationem procedere vellet. Quo deinde mortuo, amicissimus illi Gustavus Seyffarth tamquam religionem sibi in se imposuit negotium, chartas quas ille reliquerat ad archaeologiam Aegyptiacam, praesertim ad interpretationem inscriptionum voluminumque papyraceorum demoticis literis exaratorum pertinentes publica luce donandi et systema, quod proposuerat, ulterius persequendi. Itaque anno MDCCCXXV prodiit Lipsiae prima pars operis inscripti:

*De lingua et literis veterum Aegyptiorum cum permultis tabulis lithographicis literas Aegyptiorum tum vulgares tum sacerdotali ratione scriptas explicantibus atque interpretationem Rossettanae aliarumque inscriptionum et aliquot voluminum papyraceorum in sepulchris reperiuntur exhibentibus. Accedunt grammatica atque glossarium aegyptiacum. Edidit atque absolvit G. Seyffarth. 4.*

Altera demum parte, quae sex annis post viris doctis dudum avide eam expectantibus tradebatur, principia exponebantur, quibus Spohnius ad demoticam literaturam plenam omnibusque numeris absolutam interpretationem pervenisse sibi videbatur, adiunctaque erant tabulae, duodecim numero, quae accuratissimis imaginibus archetypa monumentorum a Spohnio illustratorum ante oculos posuerunt. Licet ipse editor ingenue fateretur, Spohnium saepenumero in explicandis singulis signis, interpretandis vocabulis etc. etc. in errores incidisse ?), iustam tamen debitamque laudem systematis huius auctori recusare non possumus, propria eum via eaque longe diversa ab illa, qua Young, Champollion, et Kosegarten incesserant, eodemque tempore multum novi verique reperisse idcircoque meruisse, ut inter primos palaeographiae Aegyptiacae conditores haud ultimum locum occuparet ?).

Chartae, quarum hucusque mentionem fecimus, a Spohnio relictæ et a Seyffartho editæ fere unice in demoticis inscriptionibus explanandis versabantur. Pauca tantummodo protulerat de hieratico scribendi genere, nihil fere quod ad hieroglyphicam spectaret literaturam. Idem deinde argumentum (demoticum scribendi genus) tractavit adhuc Seyffarthus in fasciculo, cui titulus: *Beiträge zur Kenntniss der Literatur, Kunst, Mythologie und Geschichte des alten Aegyptens. Heft I mit vier lithographirten Tafeln* (Lips. 1826, 4.), in quo præcipue egit de voluminibus papyraceis bibliothecæ Berolinensis, quæ hodie in Museo eiusdem urbis Aegyptiaco adservantur. Certus deinde Champollionis adversarius novique systematis, quo hieroglyphica veteris Aegypti literatura illustraretur, auctor prodiit in opere splendidissimo: *Rudimenta Hieroglyphicæ. Accedunt explicatæ specimen hieroglyphicorum, glossarium atque alphabetum. Cum XXXVI tab. lithogr.* Lips. 1826, 4. 5). Quatuor in hoc opere distinguit systemata inter se discrepantia, vel potius methodos, quibus usi erant viri docti, qui eo usque hieroglyphicis inscriptionibus explicandis operam navaverant: symbolicen, secundum quam singula signa singulis notionibus symbolica ratione responderent (Kircherus); ideologiam, quæ singulis quidem signis itidem tribuit significationes symbolicas, at notionum originem explicat ex signorum conjunctione eorumque inter se diversis relationibus (Palin 6)); paronomasiam, qua methodo significato cuiusvis signi hieroglyphici ex semitica figuræ denominatione elucet (Sickler 7); et iconoprotophonesiam (Champollion), quibus summe denique systemata adiunxit, cuius fundamentum calligraphicæ esse volebat, quum contenderet, hieroglyphica, æque ac literas maiusculas Armenorum ex minuscularum calligraphicæ exornatione, orta esse ex studio, demoticas literas, quas antiquissimas esse dicebat, variis ornamentis exstruendi 8). Cuius opinionis argumenta protulit, quod eadem literæ diversis imaginibus exprimi putissent, et hæc imagines vel figuræ varia ratione exornarentur; quod singulæ hieroglyphorum partes essent mutabiles; quod singulæ literæ hieraticæ iisdem sæpenumero vel prorsus similibus formis gauderent, quibus signa hieroglyphica 9). Quæ ut probaret argumenta, primo loco attulit notissima illa verba Herodoti (II, 36): *Αἰγύπτιοι χρέωνται γράμμασι διαφοραίοισι καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἱερά, τὰ δὲ δημοτικὰ καλεῖται*, quibus demonstrari arbitrabatur, tunc temporis existisse quidem literaturam hieroglyphicam, sed nondum eum in modum fuisse excultam, ut ab hieratica penitus discreparet. At Herodotus quum *ἱερὰ γράμματα* commemoraret, procul dubio nihil aliud nisi hieroglyphica indicare voluit 10), ut iam in prima nostri operis sectione exposuimus, ita ut hieraticam literaturam vel prorsus ignoraret, vel vera ratione nihil nisi meram hieroglyphicorum signorum tachygraphiam esse indicaret ideoque silentio præteriret 11). Deinde verba attulit Cosmæ Indicopleustæ (*Cosmograph.* p. 161 apud Montfaucon, *Collect. nova Patrum*, vol. II), quibus enuntiatur, *Mosen in Aegypto didicisse γράμματα ἱερογλυφικά, μᾶλλον δὲ σύμβολα γραμμάτων*, quibuscum coniungit locum Cassiodori 12), ubi hæc leguntur: *Obeliscorum in circo prolificitates ad caeli altitudinem sublevantur: sed potior Soli, inferior Lunæ dicatur est. Ubi sacra prisorum Chaldaicis signis, quasi literis ūdicantur.* Ex utroque loco elucet tantummodo, scriptores hosce serioris ævi hieroglyphicæ literaturæ naturam minime perspexisse, quod nemo flagitare, ne expectare quidem poterat 13). Præterea Seyffarthus argumenti loco attulit inscriptiones rudioribus minus-

que excultas figuris compositas, quales deprehenduntur in obelisco Florentino <sup>14)</sup>, et saxo quodam insculptae in deserto Thebas inter et Rubrum mare sito, quod detexerat Gallus Cailliaud <sup>15)</sup>, quibus transitum ab hieratica literatura ad hieroglyphicam agnovisse sibi videbatur. (Cfr. nostram tab. V, fig. 10). Hieroglypha autem prodiisse ex hieratico scribendi genere, neque contra, uti hodie concedunt omnes viri docti (inter quos illi quoque, qui cum Champollione minime consentiunt in reliquis), hieratica signa ex hieroglyphicis figuris, exinde demonstrare conatur, quod varia hieroglypha ex una eademque litera essent orta; quod hieraticae literae, quae compluribus particulis separatis constant, duobus vel plaribus etiam signis hieroglyphicis redderentur; ac vice versa duae hieraticae literae prorsus seiunctae saepenumero una tantummodo figura hieroglyphica exprimerentur. Ut taceamus, eius modi argumentis non nisi eum uti posse, quem veram hieroglyphicam literaturae naturam penitus perspexisse constat, nemo iustitabitur, tale iudicium cuiusvis hominis arbitrio esse permissum, ita ut quamvis alius aliter de iisdem rebus sentiret, nemo tamen posset demonstrare, reliquos in errores incidisse <sup>16)</sup>. Secundum systema hoc calligraphicum, Seyffarthus in figuris hieroglyphicis tria elementa agnovisse sibi videbatur, quibus unaquaevis constaret: prima hieraticae literae rudimenta, ex quibus nata esset figura hieroglyphica; lineae secundariae, quae imaginem finibus circumscriberent ac determinarent; denique ornamenta; quamvis sit coactus, ut concedat, saepenumero unum alterumve horum elementorum desiderari. Quod licet obiter tantummodo observaret Seyffarthus, maximi tamen erat momenti. Etenim, si studium calligraphicum erat fundamentum artis hieroglyphicae, et unumquodque trium illorum quae commemoravimus elementorum ad ipsam hieroglyphicam figurae naturam pertinebat, nullum eorum pro lubitu scribentis omitti poterat.

Quam incertum esset systema Seyffarthi, quantas offerret difficultates, praesertim ex sequentibus clucebat observationibus: Non solum vocales literae poterant omitti, addi, cum aliis commutari, sed etiam consonae; optio inter hieroglyphica signa, eorum mutua dispositio, coniunctio, separatio, exornatio, variatio perpetuis mutationibus ausam praebuit; nullum signum hieroglyphicum unam tantummodo habuit significationem; contra plures erant figurae, quae sex et compluribus etiam literis poterant respondere. Quae ut discerni potuissent, Seyffarthus veteres Aegyptios certis quibusdam notis diacriticis usos esse dicebat, quas propter ignorantiam non vidissent ii, qui monumenta veteris Aegypti delineaverunt. Ita serpentem cum squama literam P, absque squama TH <sup>17)</sup>, cum corona literam F indicasse contendebat. Porro Seyffarthus admisit metathesin ephonicorum, quae vocavit, signorum i. e. eorum, quae linguae sono cuidam respondebant; eanique metathesin interdum unius eiusdemque vocabuli finibus circumscriptam, interdum vero etiam propagatam esse per compluria vocabula non solum sese excipientia, sed etiam quae aliis vocabulis essent divulsa ac separata, causamque tam mirae ac fere ineptae adorationis esse quaerendam in elegantiae quodam locumque aliis figuris lucrando studio. Incertior etiam ac difficilior intellectu tota haec reddebatur methodus, quam apocopen hieroglyphicorum signorum statureret, qua tot literas omittere licebat, ut integra verba duobus signis vel etiam una solummodo figura exprimerentur. Denique scriptorum pictorumve arbitrio vique imaginandi largum, quo exspatiari licebat campum aperuit <sup>18)</sup>.



Praeter signa emphonica Seyffarthus statuebat symphonica et aphonica. Priora ea esse dixit, quae non nisi cum uno vel pluribus aliis signis hieroglyphicis coniuncta literas indicavissent, ortaque essent tum ex iis literis hieraticis, quarum singulae partes separatae magis fuissent quam arcte connexae, aut mutationibus calligraphicis, quibus essent subiectae, in plures partes fuissent divulsae, tum ex ipsis hieroglyphis singulorum elementorum diruptione. In hoc quoque signorum genere frequenter obvias fuisse dicebat permutationes, immutationes positionum, separationes, junctiones, omissiones etc. Signa aphonica (aphona) Seyffarthus distinguebat in mimetica, veras rei significandae imagines, tropica, ubi imagine alius rei notiones cognati generis exprimebantur; denique allegorica, ubi notiones diversi generis indicatae diversas explicationes admittere debebant.

Quae brevis systematis calligraphici expositio<sup>19)</sup>; quale ab auctore in *Rudimentis Hieroglyphicis* explicatum est, huius operis consilio sufficit<sup>20)</sup>. Obiter tantummodo mentionem iniicimus eorum, quae contra monuit Champollion<sup>21)</sup>, quibus defensus Seyffarthi provocabatur, quae tamen nihil aliud continent, nisi succinctam repetitionem et verbosam commendationem principiorum, quibus in systematis sui adornatione usus est, minime vero, quam omnes uno ore desiderabant, accuratam demonstrationem, ex qua novae hieroglyphicae inscriptiones interpretandi methodi certitudo cluceret<sup>22)</sup>.

Prusquam transimus ad immutationes illas, quibus systema suum in novissimo suo opere, cuius titulum initio huius sectionis adscripsimus, subiecit Seyffarthus, necesse est, ut paucis verbis de principio apotelesmatico agamus, quod per omnes archaeologiae Aegyptiacae partes persequi conatus est. Notiones astronomicae veterum Aegyptiorum procul dubio non erant eiusce modi, ut apud eos astronomiae origines sint quaerendae; id quod iam dudum suspicatus erat Heilbronnerus<sup>23)</sup>, summa nuper evidentia exposuit von Bohlen<sup>24)</sup>. Accuratam huiusce rei explicationem in aliud tempus differentes, nihil hoc loco monemus praeter hoc unum, etiam eam ob causam non vero simile videri, veteres vallis Niloticae incolas magnos fuisse astronomos, quia caelum Aegypti, praesertim in partibus finitiori circulo propinquis vaporosum observationibus astronomicis minime erat faustum ac propitium, quod Nouet, qui in celeberrima illa Gallorum expeditione astronomi vice fungebatur, discrete affirmavit<sup>25)</sup>. Silentio praeterimus controversiam virorum doctorum, num Babylonii<sup>26)</sup> astronomiae, quae non solum in observationibus, sed in numeris etiam et computationibus versatur, primi fuerint auctores, an alia quaedam gens: id vero certum nobis esse videtur, etiam ea, quae de prima certarum quarundam notionum astrologicarum in Aegypto origine monuit Herodotus (II, 82) ne tanta quidem attentione digna esse, quantum huic loco impendit Ritterus (*Erdkunde*, Tom. I, p. 880), minime vero sufficere, ut systema tauti ambitus iis superstruatur, quantum suo dedit Seyffarthus. Nostram de astronomia veterum Aegyptiorum sententiam vix melius exponere possumus, quam verbis viri doctissimi Stuhr, in quibus de Sinensibus Indisque agit<sup>27)</sup>, et quae infra apposuimus<sup>28)</sup>. Ea, quae Stnhrius monet, eodem iure de Aegyptiis valere, ex uno illo patet

<sup>19)</sup> „Eine gründliche Untersuchung lehrt, dass allerdings die Chinesen und Indier seit sehr alten Zeiten ihren Blick der Beobachtung des gestirnten Himmels

und der Erscheinungen desselben zugewendet haben, dass indeß von einer ursprünglichen gemeinsamen Quelle der Sternkunde der östlicheren und westlicheren Völker,

argumento, quod neque Hipparchus, neque alius quidam graecus astronomus unquam Aegyptiorum observationes commemoravit, detectionumve, quae ab iis profectae essent, mentionem iniecit, immo constanter eclipsium observationibus a Babyloniorum gente factis usus est pressoque pede Chaldaeos sequebatur <sup>26)</sup>.

Nihiloscilicet Seyffarthus opinionem profuturam, principium quoddam astrologicum vel apotelesmaticum in veteri Aegypto fundamentum fuisse omnium rerum ad religionem, literarum culturam, et vitae communis societatem pertinentium; quod ut demonstraret, in prima operis sui parte astronomiam apotelesmaticam, qualis in paucis quae ad nostram aetatem pervenere fragmentis antiquiorum iuniorumque Graeci Romanique aevi scriptorum contineri prohibetur, quasi denno ab imis fundamentis exaedificat, inque prisca Pharaoni imperii tempora transfert, ita ut nulla plantari potuisset arbor, nisi loco, quem arbitrariae apotelesmaticae doctrinae leges permisissent <sup>29)</sup>. Quo tamen in opere eum saepenumero videmus labantem et coactum, ut ad coniecturas maxime arbitrarias et ad explicationes audacissimas atque interdum vere portentosas confugiat; nonnullaque iam exemplis demonstrabimus, quantopere sit erraturus is, qui arbitretur, omnia, quae protulit Seyffarthus, ex antiquis scriptoribus esse petita; quomodo omnis generis contradictiones, in argumentorum serie inconsequentiae, delicta adversus simplicissimas logicae artis leges, errores in locis ex scriptoribus allatis, aliaque peccata per totum opus sese excipiant.

Domini trium anni tempestatum (Seyff. p. 14, §. 7) soli coniecturae innituntur, nam in loco Procli, p. 56, quem affert Seyffarthus, non nisi de trigonorum dominis sermo est. — Ex verbis Laurentii Lydi, *de mens.* p. 87 (p. 19, §. 13): τὸν δὲ τέταρτον [μῆνα] κατὰ τὴν τῶν στοιχείων φύσιν τῷ τετάρτῳ ἀριθμῷ ἀνέθεντο, τοὐτόστιν Ἀφροδίτη· ἡ γὰρ τοῦ παντός αἰσθητοῦ φύσις ἐκ τεσσάρων ἐστὶ στοιχείων, αὐτὴ (in editione Schowii legitur αὐτῆ) δ' ἂν εἴη κατὰ τοὺς φυσιολόγους Ἀφροδίτη — minime consequitur, ♀ dominium tetragonorum cum ♁ commune fuisse, quod vult Seyffarthus. — Unde Seyffarthus hausit ἀροκράτορας p. 36? Eodem loco dominus hemisphaerii superioris dicitur ☉, dum p. 13 ♂ indicaverat. — p. 40, p. 32, ubi Aegyptiaci epagomenorum nominis πῶλοτ ἰουοται, *parvus mensis*, mentio erat iniicienda, quarta columna, quae etymologias nominum, quae apud Aegyptios singulis mensibus tribuebantur, a Seyffartha propositas continet, prorsus omitti poterat. Quum enim constet inter omnes, etymologias tunc demum qualescunque esse pretii, ubi vocabula notis syllabis radicalibus explicantur, neque vero, quod hoc loco factum est, syllabis partim pro libidine fictis, nihil sani in hoc Seyffartha conamine

ja selbst nur der Chinesen und der Inder so wenig die Rede sein dürfe, wie davon, das Chinesen und Inder durch sich selbst in eigenthümlicher Entwicklung ohne fremden Einfluß von Westen her es auch nur zu einer gewissen Art von wissenschaftlicher Ausbildung der Sternkunde gebracht hätten. Ueberall auf der Erde, unter allen Völkern hat man sehr frühe schon angefangen, die Erscheinungen des gestirnten Himmels zu betrachten. Dies ist indeß überall nach sehr verschiedenen Auffassungsweisen geschehen, und es sind dabei, um die Erscheinungen zu ordnen, sehr verschiedene

Verfahrungsweisen in Anwendung gekommen. Anders faßten in ihrer Betrachtung die Chinesen die Erscheinungen des Sternhimmels auf, als die Inder, und anders wiederum als diese die Aegypter, Chaldäer und Griechen. Zu einer eigentl. wissenschaftlichen Ausbildung der Sternkunde indeß, wodurch eine Berechnung der Bewegungen der Himmelskörper möglich wird, ist es erst in Alexandrien gediehen, und die durch Hipparch geordnete Wissenschaft ist auch den Chinesen und Indern zur Quelle höherer Ausbildung ihrer Sternkunde geworden.“

invenies. Ita  $\omega\sigma\gamma\tau$  explicatur (columnae enim inscriptionem: explicatio, non ad romanorum mensium addita nomina esse referendam patet ex iis, quae exposita sunt p. 82 sqq.) vocabulo  $\omega\sigma\gamma\tau$ , quod quid hoc loco sibi velit et significet, ne ipse, vereor, Seyffarthus, quidem indicare poterit.  $\omega\sigma\tau$  respondet graeco  $\epsilon\upsilon\kappa\alpha\sigma\iota\alpha$  (La Croze, p. 26).  $\Pi\lambda\sigma\mu\iota$  vel  $\Pi\lambda\sigma\mu\iota$  explicatur vocabulis  $\mu\alpha$  et  $\mu\upsilon\mu\iota$  (prius est pronomem possessivum primae personae singularis; posterius significat: *punire, castigare*), vel vocabulis  $\mu\alpha$  et  $\mu\acute{\alpha}$ , quorum posterius *lactucam* significat. Fortasse nomen derivandum est a  $\mu\epsilon$  (sahid. *ne*) *caelum* et  $\sigma\iota$  vel *de sitire*.  $\lambda\sigma\mu\mu$  deinde idem esse dicitur, quod  $\gamma\alpha$   $\dagger$   $\mu\mu$ , quae verba nemo profecto interpretari valebit. Neque ego etymologiam nominis Athyr, quae aliquatenus sufficiat, indicare possum. Negationem tamen inseparabilem  $\lambda\tau$  ab initio vocabuli agnoscere licet; in reliquis fortasse quaerendum est vocabulum  $\rho\mu$ , *sol*, cuius alia forma erat  $\mu\mu$ , ita ut integrum vocabulum responderet graeco  $\alpha\nu\eta\lambda\iota\sigma$  i. e. *mensis uubilis* 30).  $\gamma\chi\iota\alpha$  significare dicitur  $\gamma\chi\iota$   $\iota\alpha$ .  $\gamma\chi\iota$  vel  $\gamma\chi$  significat *posuere, locare*; sed quid  $\iota\alpha$ ? Nominis initium fortasse cohaeret cum  $\kappa\alpha\epsilon$ , *ultimus*, reliqua cum vocabulo  $\epsilon\mu\sigma\gamma$ , *imber*.  $\tau\mu\epsilon\iota$  Seyffarthus divellit in  $\dagger$   $\sigma\gamma\tau\epsilon$ , quorum vocabulorum posterius non est aegyptiacum. Nomen huius quinti mensis aperte cohaeret cum  $\dagger$   $\sigma\gamma$ , *quique*.  $\Pi\epsilon\chi\mu\mu$  vel  $\lambda\sigma\mu\mu$  derivatur a  $\lambda\sigma\sigma\epsilon$ , *tristitia*, et  $\mu\mu$ . Quod quid sibi velit ad explicandum mensis nomen, nemo intelliget. Longe absurtum, ut interpretationes nominum quorundam mensium anni aegyptiaci, quas nos propositimus, aliud quidpiam esse censeamus, nisi coniecturas, quarum tamen priores non procul forsitan a veritate abhorrebunt 31): in reliquis explicandis demorari nolumus, quamvis minime sit difficile, meliores, certe intellectu faciliores explanationes etymologiasque horum nominum invenire 32). Seyffarthi interpretationes originem suam debent studio, ex ipsis nominibus planetas mensium dominos agnosceudi. Quodsi hanc propter causam nomina ista accuratius consideramus, fieri non potest, quin statim intelligamus, quam inepta sint ac fere insulsa Seyffarthi decreta. Quum enim dicat: *Dominus mensium, quamquam ab Herodoto, qui obiter de iis loquitur, non afferuntur, facile tamen eruuntur ex eorum nominibus*; intelligi nequit, qua ratione in nomine Athyr, quod, uti supra diximus, divellit in  $\gamma\alpha$   $\dagger$   $\mu\mu$ , planetam  $\sigma$  mensis huiusce dominum invenire potuerit; dum, si omnino planetae nomen in eo potest agnosci, hoc vix aliud esse potest, quam planetae  $\varphi$ , Athyr, vel Hori,  $\mu\mu$ , de quo p. 106 legimus: *Profeta Horus nunc  $\odot$ , nunc  $\varphi$ , nunc  $\psi$ , nunc horum possessiones exprimit* (id quod p. 107 sqq. multorum locorum auctoritate comprobatur; cfr. p. 194, ubi  $\mu\mu$  nomen fuisse demonstratur planetae  $\psi$ , p. 191, ubi idem qui  $\odot$  fuisse, et p. 195, ubi planetae  $\varphi$  respondisse dicitur). Undenam igitur explicari potest, quod h. l.  $\sigma$  planetam indicat? Signa zodiaci, quibus singuli menses respondent, derivavit Seyffarthus ex mytho apud Plutarchum (*de Iside et Osir.* p. 377) servato, secundum quem Isis mense Paophi se gravidam sensit, et tempore solstitii huiusmodi Horum filium peperisset. Mense ergo, qui proxime ante mensem Paophi antecessit, uense igitur Thoth, eam virginem adhuc fuisse, idcircoque mense Thoth signo Virginis respondisse. Quo quid ineptius execrari potest? At nihil profecto aliud elici potest ex verbis, quae deprehenduntur p. 41: *Ceterum mensem Thoth respondere signo  $\omega\psi$  ex eo claret, quod Aegyptii tradunt, Isidem ( $\text{♁}$ ) mense Paophi ( $\text{♁}$ ) se gravidam vidisse, eamque Horum 33) sive  $\odot$  ex solstitio hiberno prodeuntem sub solstitium hibernum peperisse*. Quae explicandi ratio si

vera esset, non sine iure veterem Aegyptum *μυροτόρσιον* appellares. — P. 41, §. 33. De planetis, quibus fuisset dominium 52 hebdomadam anni, nihil notum est. Iterum igitur Seyffartho ad coniecturas confugiendum est, inter quas naturae prae reliquis congruere videtur ea, ut planetae secundum eum ordinem dominium exercuissent, quo sese excipiebant (♃ ♀ ☉ ♂ ♃ ♃), ut igitur prima dierum hebdomas a luna ♃, quinquagesima secunda a Venere ♀ pependisset. Atqui non vero simile est, primam sequentis anni hebdomadem iterum ♃, ac quinquagesimam secundam ♀ dominam habuisse, sed planetarum ordinem proximo anno a sole (☉) inchoasse, et in ♃ finivisse, ita ut idem cyclus octavo quoque anno rediisset, quod etiam Fourier factum esse censuit. — P. 45. Ut coniecturae quaedam maiorem procuraret veritatis speciem, Plinius appellatur *diligentissimus antiquitatis scrutator*. Eundem in finem Eusebius vocatur p. 79 *egregius antiquitatis scrutator*<sup>34</sup>, immo Sextus Empiricus p. 56 audit *venerandus pater* h. e. ni fallor *ecclesiae*! — Etiam planetae horarum diei domini, quos p. 44 recenset, merae coniecturae innituntur. — In §. 38, p. 45 disseritur de divisione horarum in minutiora temporis segmenta, *minutas* quas nos vocamus partes (μυαγ) et *secundas* (δανκνογ?), iterumque mera coniectura planetae indicantur, qui singulis ex ordine praefuissent. Quid igitur in fine §. 37 sibi volunt verba: *Caeterum conicere licet, Aegyptios alias quoque diei partes fecisse praeter noctem et diem, trichoria et horas, quas pro more suo diis planetaribus subicerent; praesertim quum ecclesiam in minutas adeo partes dividerent, atque astrorum motus accuratissime cum temporum lapsu cohaerent: sed de his nihil certi a veteribus traditum legitur*. Quod enim in hisce verbis tanquam coniectura dubitanter proponitur, in sequenti paragrapho tanquam certissimum enuntiatur. An fortasse alia etiam eaque abstrusiora tempora dividendi ratio intelligenda est? — A p. 58 usque ad p. 67 deprehendimus indicem singularum quae planetis tribuuntur proprietatum. Quam leviter hic ex omnibus scriptoribus, qui hoc argumentum tractavere, sit conflatus, ex nonnullis exemplis manifestum fiat. P. 64 inter *eventus, actus, conditiones* planetae ♀ recensentur: *liciti et illiciti coitus, adulteria, stupra, coitus*; p. 59 inter *facultates et effectus animi* planetae ♃ enumerantur: *maliginitas, nequitia, perfidia, vilitas*, longaque deinde vitiorum nequitiarumque series. Neque desunt in hoc indice proprietates, quae manifesto inter se repugnant, nec tamen indicatae sunt occasione, quibus haec vel illa planeta provocatur vel defenditur; ex. gr. p. 60: *aequitas, iustitia, ardor crudelitatis, ultionis aviditas*. Neque repetitiones evitatae sunt. P. 62 inter *eventus, actus, conditiones* planetae ♂ enumerati sunt *gibbosi*; et in sectione, quae *imperium et patrocinium* inscribitur, iterum deprehenduntur *gibbosi*. *Fures* adscribuntur imperio ♃ (p. 60) et deinde etiam planetae ♂ (p. 62); haud tamen expositum est, quando huius, quando illius imperium praevaleat. Huiusce modi exempla, quale ultimo loco posuimus, praepriis sunt frequentia; ex. gr. p. 62 ad *imperium ♂* ablegatur *epar* (cum ♃); et p. 65 ad *imperium ♀ epar* (sine ullo additamento). *Mercatores* p. 65 sub planeta ♀ deprehenduntur et sub ♃ (p. 65 inter *opificia et artes*, et p. 66 in sectione inscripta *imperium et patrocinium*): eodemque modo *oratores* invenies in p. 64 ♀, in p. 65 ♃ planetae adscriptos. Ex magno exemplorum grege, quo demonstratur, quam leviter totus ille index sit compilatus pauca tantummodo selegimus, quae prae reliquis sunt conspicua; attentoque relinquimus lectori copiam hanc pro lubitu augendi. Ne iniusti videamur obtretratores,

monendum est, ipsum Seyffarthum in §. 54, p. 67 sqq. indici, de quo agimus, adnotationes quasdam tabulamque adiecisse affinitatis communisque compluribus planetis imperii; adeo tamen manca est, ut instituto minime sufficiat. — Deos veteris Aegypti antiquitus fuisse nihil aliud nisi planetarum imagines et formas<sup>35</sup>) et hac ratione explicandum esse transitum a monotheismo ad polytheisium (p. 55, §. 46), Seyffarthus inde comprobare conatur, quod apud complures antiquas gentes septem primitus dii culti sint, populi que etiam in aliis dictis dogmatibusque mythologicis consenserint. Qua in re praeter alios utitur loco Firmici (*Astronom.* I, 4, p. 14), ubi planeta  $\alpha$  *habitor rupis Tarpeiae* appellatur, indeque concludit, Iovem Capitolinum primitus nihil fuisse aliud, nisi formam planetae  $\alpha$ . Quod si etiam concedere velimus Seyffartho, Firmicum hanc opinionem re vera tueri voluisse, id tamen cuius erit manifestum, ex verbis tam novi ac saepe inepti scriptoris (quem tamen Seyff. p. 67, §. 54, uti omnes reliquos scriptores apotelesmaticos graecae romanaeque antiquitatis, ante oculos habuisse ait *Aegyptios magistros eosque antiquissimos, imo astronomiae auctores, ut ipsi profiterentur*, quae postrema verba satis caute adiecit), qui ubivis, quotiescunque Iovis mentio fiebat, planetam  $\alpha$  agnoscere et deprehendere arbitrabatur, huiusce opinionis argumentum derivari non posse. Immo verisimile est, planetam  $\alpha$  tunc demum defensorem et dominum rupis Tarpeiae esse declaratum, quum astrologia, antea quod Romam inter et Aegyptum intercedebat commercio, praesertim sub imperatoribus, Romae firmiter constitit. Certo primitiva haec non erat explicatio cultus Romani. Qua occasione oblata monendum videtur, Seyffarthum in multis operis sui locis secundum consuetudinem inde a Creuzero receptam, res longe diversissimas confundere et permiscere ac saepenumero ex comparationibus quibusdam conclusionum seriem conficere, cui tanquam firmo tutoque fundamento novum superstruere conatur aedificium. Quam tamen ob causam minime eum impugnavimus. Quicunque enim systema vult vel novum exstruere, vel perditum restaurare, coactus est, ut ad eiusmodi comparationes, multiplices variasque opinionum factorumque combinationem tanquam largissimum coniecturarum fontem confugiat. Quodsi tunc quasi certissimum proponit, quod ipse exploratissimum esse sibi persuasit, postquam contigit, longa coniecturarum, quarum alia ex alia nexa est, serie concordiae cuiusdam speciem in singulis aedificii ex varia materia constructi partibus provocandi, in hoc nihil aliud agnoscimus, nisi proprietatem illam animi humani, se ipsum tanquam centrum universi suamque persuasionem tanquam unice veram extraque omnem dubitationem positam considerandi; longaque absumus, ut errores, quibus ipse succubuit, totidem fraudes, ut systema omnibus numeris clauderetur commissas appellemus. — P. 76 Seyffarthus ait, astrum  $\gamma\gamma\gamma$ <sup>36</sup>) esse planetam  $\delta$ . At in §. 21, p. 198 sq. hocce nomen inter reliqua planetae  $\delta$  non deprehenditur, neque verba: *Astrum vero  $\gamma\gamma\gamma$  est  $\delta$  planeta* ullo alio argumento confirmantur. Coniectura petita est ex comparatione loci *Act. Apostol.* VII, 43, ubi in simili causa deus *Ἰερωσόφου* commemoratur, qui planetae  $\delta$  respondebat. Nomen secundum codic. L. Bibl. Reg. Paris. (cfr. Seyff. p. 12)  $\rho\epsilon\phi\alpha\alpha$  vel  $\rho\eta\phi\alpha\alpha$  scribendum est et a Jablonskio  $\rho\alpha\ \delta\ \phi\epsilon$ , *rex caeli*, aptissime explicabatur<sup>37</sup>). — Quomodo Seyffarthus veterum scriptorum auctoritate, ut opinio suarum argumenta congereret, sit usus, ex sequentibus elicit exemplis. P. 77 haec legimus verba: *Quid dicam de eo, quod Homerus ipse Oceanum dicit lavacrum Deorum,*

scilicet planetarum, signorum zodiaci et reliquarum stellarum (Iliad. á, 423. Hymn. in Lun. v. 7)? Quotidie enim sidera caeli ad Oceanum Imericum descendunt eoque lavantur. Annon clarum est, etiam ex Graecorum, quippe ab Aegyptiis doctorum, sententia non esse Deos praeter planetas et zodiaci partes? Concedamus duorum, quos attulit, locorum posteriorem aliquatenus saltem huc referri potuisse, quamvis nihil aliud contineat nisi imaginem omnium populorum, eorum etiam qui planetas minime tanquam deos venerantur, poëtis usitatissimam facillimeque sese offerrentem; quonam tandem modo Seyffarthus huc trahere potuit verba Homérica (Iliad. á, 423):

Ζεὺς γὰρ ἰς Ἠετάρων μῦρ' ἀμύμονας Ἀθρονῆας  
Χθρῆς ἴδη κατὰ δαῖτα — — ?

Posito tamen atque concesso, in hisce locis et omnino apud graecos poëtas Oceanum tamquam lavacrum Deorum significari, quibus tandem argumentis inde consequitur, Graecos poëtas nullos alios cognovisse Deos, nisi planetas et signa zodiaci<sup>39)</sup>? Nonne irre eius modi loca laudare improbi<sup>40)</sup>, huiusce generis argumenta afferre insulsi ac fere vesani hominis esse dicas? Accedit, quod aperta et explicata hac auctoris agendi et argumenta conquirendi ratione totum systema corruat necesse est, uti ex ipsius Seyffarthi verbis patet. Pergit enim: *Iam haec gravissima sunt. Ab hoc enim argumento* (dicto, Aegyptios nullos alios novisse deos nisi planetas et zodiaci signa) *tota pendet explicatio scriptorum astronomicorum, quotquot supersunt Aegyptiacorum.* — Ambiguitas proprietatum facultatumque, quae planetis attribuantur deosque singulos indicare solent, eaque quae incerta manent in relationibus, quae inter nomina deorum eorumque significationes astronomicas intercedunt, hisce verbis a Seyffartho tolluntur: *Theologiam in mysteriis habitam fuisse apud Aegyptios quis est qui ignoret? Atque haec est mysteriorum veterum ratio, ut ambiguitate impediatur notitios atque profanos. Quod egregie exposuit Meyerus, Vir S. V. (Blätter für höhere Wahrheit, V, p. 113).* Ut de Meyero taceamus, quem piissimum et ingeniosissimum quidem virum putamus, in hisce tamen rebus arbitrum minime idoneum, iure quaeras, quomodo fieri possit, ut post tot saeculorum decursum initiatis tantummodo huiusce modi relationes sint manifestae, et quomodo factum sit, ut Seyffarthus initiatis sit adnumerandus, qui mysteria profanis, quibus nosmet ipsos accensendos esse ingenue fatemur, patefacere nolit? Tandem, quid in fine sibi volunt ampullae illae et sesquipedalia verba: *Nulla vero est ambiguitas, quin in se ipsa habeat solutionem suam?* Quenam eorum sit significatio, non sine iure quaeras. Nonne consulto tenebris sunt obvelata, ut qui ea legat, computatorium numulum numeratos numos esse arbitretur? Videtur, quasi in hac argumenti specie solutio difficultatis sit quaerenda, et — *fato incido carbonem pro thesauro invenimus.* — Singulare ingenii acumen probavit Seyffarthus, ubi ingeniosis coniecturis narrationumque veterum scriptorum apta combinatione labyrintho astronomicam tribuit significationem. At quomodo conciliari possunt verba, p. 91: *Largum hoc aedificium cum divisionibus suis et caelestibus et geographicis Aegyptiacis, non ab oriente ad occidentem, ut zodiacus pergebat, sed, ut ipsa Aegyptus, a meridie ad septentrionem cum iis, quae deinceps sequuntur: Ergo Labyrinthus imago est zodiaci atque Aegypti.* Iam id ipsum huic coniecturae contradicere videtur, quod zodiaci imaginem expressisse, nihilo tamen secius soli (☉) tantummodo sacer fuisse dicitur. — Quomodo porro ad verba: *Hanc ob*

causam recte veteres iterum iterumque monuerunt, Aegyptiorum deos quosdam ad Nilum ortos esse, pertinet vaga illa laudatio: *Homer. Il. 14.* in adnot. 75, quum in tota rhapsodia nihil deprehendi possit, quod illa ratione huc spectaret? Ea autem est Seyffarthi scripta veterum laudandi consuetudo. Ita, ut exempla quaedam afferam, p. 20, not. 56 laudatur: *Manilius c. 8, p. 168.* — p. 17. l. 2: *Manilius p. 170.* cfr. p. 57, not. 26 etc. — p. 4: *Simplicius de caelo lib. II. c. 46. p. 123. l. 18.* — p. 99: *Lucian. Tox. Hom. Od. x, 277. Op. II, p. 75* (sic!). — p. 146: *ut Oridii locus docet Met. V. fab. 5.* — Alia huiusce modi exempla infra afferentur <sup>41</sup>). — Ut Aegypti in minores partes divisionem secundum leges astrologicas defenderet (p. 92 sqq.), Seyffarthus veteri in monumento, quod hodie in Museo Taurinensi adservatur, usus est. Magnopere dolemus, quod nullum de interpretationis veritate iudicium ferre nobis liceat, quum Seyffarthus non fidam monumenti imaginem delineandam curavit, sed adumbrationem interpretationis suae dare maluit, quod patet ex verbis notae 79: *vide infra Tab. II. No. II, ubi periculum fecimus, 12 singulas Aegypti provincias ad XII signa referendi.* Nullo igitur iure in ista delineatione quaerere licet, quod inscriptio promittere videtur, *Specimen Geographiae Aegypti Mythologico-Astronomicae in altari regii musei Taurinensis repertum*, sed nihil aliud nisi conamen interpretationis a Seyffartho tentatae <sup>42</sup>). Monumentum illud in hac forma comparare licet cum opere interpolato veteris cuiusdam scriptoris. Quantopere hic omnia sint incerta et ancipitia, elucet ex comparatione eorum, quae de eodem monumento dissertit Champollion (*Lettre au Duc de Blacas, II, p. 111*). Ne in scuti quidem regii explicatione uterque consentit; quum Seyffarthus nomen regis Seth, Champollion regis Arthout legisse opinetur. Eo magis necessaria videbatur fida ipsius monumenti delineatio. Haud vero solum hisce similibusque argumentis Seyffarthus probare conatus est, veterem Aegyptum in provincias esse divisam secundum signa zodiaci, sed auctoritate etiam veterum scriptorum graecorum et romanorum. Postquam ea, quae de Thebis et Memphide enotata reperiuntur, urbibus statim ab exordio sese offerentibus, de quibus inter omnes reliquas minima erat dubitatio, exposuit, haec addit verba: *Quae quidem omnia adeo consentiunt cum Geographico Taurinensi, ut eix opus sit, aliarum urbium exempla afferre.* Si tamen ullo loco, hoc profecto maximi erat momenti, ut plura affererentur exempla eorumque cum reliquis consensus demonstraretur. Cur gloriam adspernatus est Seyffarthus, systema suum magna exemplorum copia stabilendi et contra aliorum dubitationes firmandi ac vindicandi? Adeo hebetis nos esse ingenii minime haesitabundi fate-mur, ut eum iterum iterumque imploremus, ne Amaltheae cornu, quod ipse manibus tenere videtur, nobis amplius ocellum esse sinat. Qua occasione oblata, pauca verba de divisione Aegypti ad exemplar zodiaci <sup>43</sup>) addere volumus, qualem in minimis etiam rebus agnovisse sibi visus est Seyffarthus. Quo tandem modo cogitari potest, populum quandam eumque minime insipientem constitutionem suam vivendique rationem sacerdotum suorum nugis ineptisque penitus sacrificasse, quod in Aegypto factum esset, si vera sunt, quae Seyffarthus exposuit. Concedamus, sacerdotum imperium nullis finibus fuisse circumscriptum, adeo, ut soli in rebus interioribus adornandis ius suffragii habuissent, num verisimile est, artificiosam eiusce modi divisionem, quae minutissimas etiam terrae particulas esset amplexa, antiquiorum illam non tam a vetustissimis terrae incolis, quam ab ipsa natura

institutam et per longam saeculorum seriem conservatam, prorsus submovere potuisset? Accedit, quod nos saltem intelligere nequimus, qua ratione systema adeo complicatum perfici potuerit, imo, quod maioris est momenti, quomodo eius origo sit explicanda. Etenim talis divisio non potuit excogitari, nisi doctrina apotelesmatica omnibus numeris absoluta, quod profecto non erat opus exigui temporis spatii sed longae annorum saeculorumque seriei. Quod si ponimus, quomodo cogitari potest, singulorum deorum cultum in locis, quae tamquam emporia cultuque suo locali, quod maximo orationis nitore exposuit Heeren, sensim sensimque ad summum potentiae divitiarumque fastigium adscenderant, pro libidine sacerdotum, etiamsi sensim et pedetentim, esse oppressum et alius cuiusdam divinitatis, cui secundum systema apotelesmaticum hic vel ille locus erat adscriptus, cultui cessisse? Fortasse autem tota ista divisio non nisi *theoretica* erat, neque exstitit nisi in voluminibus papyraceis et doctrina sacerdotum, ita ut nunquam in communi vitae consuetudine illius ratio sit habita; fortasse nihil aliud erat nisi pars doctrinae siderum natalitiorum notationi rerumque venturarum computationi accommodatae; fortasse comparanda est cum divisione terrarum secundum fines naturales, qualis in recentioribus geographiae compendiis deprehenditur, quorum finium, quamvis in rerum natura inveniantur, populi tamen ipsi fere nullam rationem habere solent; fortasse arcte cum cultu divino coniuncta erat inde ab illo tempore, quo sacerdotum ordo omnia ad se ipsos referre seque quasi centrum totius populi rerumque omnium in vita tam publica quam domestica cardinem considerare adsuisset? Quae omnia quamvis aliqua saltem ratione probabilia videri possent, minime congruunt cum opinione Seyffarthi, qui eius modi divisionem etiam in minutissimis rebus effectam et observatam esse contendit. Atqui, quando divisio ista non tamquam systema artificiosum consideratur, quod sacerdotes aliquando suos in usus excogitavere, sed tamquam institutum popularis, quae omnes veterum Aegyptiorum mores ac consuetudines invertisset, non haesitamus quin Seyffartho obloquamur, quum minime intelligamus, quomodo fieri potuerit, ut nugae istius modi systematicae (et quid tandem aliud fuisset divisio illa?) totius populi vitam tam publicam quam domesticam pertransissent. Neque sententiam meam idcirco mutandam esse censeo, quod video etiam v. Schmidt virum non mediocriter eruditum <sup>44)</sup> similem tuitum esse sententiam, quum dicat: *Aegyptiorum sacerdotes unicuique pago singulare numen, proprias plantas et animalia dicaverunt; sic paucis bestiis, quae unicuique sanctissimae erant, exceptis caeterae omnes in iis tantum regionibus gratiae fuerunt, in quibus id numen, cui dicatae erant, colebatur* <sup>45)</sup>. Hic certe nulla planetarum mentio. Seyffarthus eo usque ineptiae processit, ut singulos nomos eiusdem fuisse magnitudinis, maiores urbes prorsus aequali intervallo separatas esse (p. 96) contenderet, qua in re Herodoto (II, 109) utitur auctore, quamvis is nihil dicat eorum, quae reperisse sibi visus est Seyffarthus, divisionem Aegypti in nomos a geometricis mensionibus pependisse, sed quemvis terrae incolam suam soli portionem reliquos aequalem ab agrimensuris accepisse. Quod deinde addit Seyffarthus: *Hoc autem per se intelligitur, in maximis Aegyptiorum urbibus et dominum aliquem signi, vel provinciae, et Decanum aliquem vel Nomarchum cultos fuisse. Quod veteres etiam testantur*, — nonnullis certe locis argumentisque probandum erat. — Infelicissimus est Seyffarthus in vocabulorum originibus investigandis, quod iam supra nonnullis exemplis demonstravimus. Alia repetere



possemus a nominibus vetustissimorum Aegypti regum a Manethone commemoratorum, quae mira dissectione ad planetas referre conatur (p. 83): at ne longi sinus: alia quaedam exempla, quorum ineptia primo statim sese offert obtutu, afferimus, unde sintul patet, quod parum Seyffarthus linguae copticae gnarus sit, cuius accurata cognitio nemo hodie carere potest, qui antiquitatum Aegyptiacarum studio sese deditit \*). P. 81 'Ερμῆς ab ἑρ-μαδς, μαηι, μαι, *purum, verum esse* derivandum censet, vel ab ἑρπ et μαδς (*auro abundare*) Posteriorius vocabulum mihi ignotum est; *abundare* exprimitur verbis μαγ et ἑρ-σογσ. Quodsi revera graeci Dei nomen derivandum esset ex aegyptiaco sermone, qua de re ego quidem vehementer dubito, 'Ερμῆς foret ἑρπ-μαηι, *Horus iustus*, vel secundum Zoëgam <sup>46)</sup> ἑρ-εμαι, *pater scientiae*. Latinum *Sol* secundum Seyffarthum compositum esse dicitur ex ειογ, stella, et λι vel λα (memphitico ρι vel ρα), *sol*. Quod idem fere est, ac si Gallorum *Sire* derives a titulo regum Aegypti ερη, *filius Solis*, vel Hispanorum *Señor* a cēiur, *filius Hori* \*\*). Quibus explicationibus licet vix quidpiam excogitari possit ineptius nihilo tamen secius Seyffarthus p. 80 ait: *De nominibus Deorum Aegyptiacorum Jablonskius disputavit in Pantheo suo, quorum multa nimis incerta esse videntur: certiora infra afferantur!* Nomen Veneris ♀ in p. 11. not. 40 κορροτ vel κορρωσ fuisse dicit et *stellam ursae* interpretatur. *Ursa* cooptice appellatur λαδς 47) vel ταρεζ 48), quorum posterior secundum ingeniosam Klaprothii explicationem derivandum est a graeco Ταράσσειν, τάρραξς, ideoque quamlibet bestiam rapacem potuit indicare. Quum ρωτ respondeat graeco ἐνανατέλλειν (*Psal.* LXIV, 10), non dubito quin κορροτ, κορρωσ [κορρωτ] *Luciferum* significet, quamvis *Psal.* CIX, 3 eadem significatione legatur κεισς ραλατογ, ἀστὴρ τοῦ πρῶσ <sup>49)</sup>. Σρη simpliciter positum non *stelen* indicasse videtur, uti vult Seyffarthus

\*) Sunt tamen hodierni viri docti, qui magna, uti primo videtur obtutu, cruditionis copia extracti, licet ne minimam copticae linguae notitiam habeant, iudicium sibi permittunt in rebus ad archaeologiam Aegyptiacam pertinentibus et quod alii magna opera extraxerunt aedificium, temere demoliantur. Quibus viris adnumerandus est Samuel Sharpe Anglus, qui anno 1836 Londini edidit librum inscriptum: *The early history of Egypt, from the old Testament, Herodotus, Manetho and the hieroglyphical inscriptions*, 4. et anno 1837: *Lexicon Hieroglyphicum*, 4. Nullam huiusce viri eiusque librorum mentionem fecissem, nisi eo auctore nuper usi essent, qui Menethonis dynastias partim coaetaneas fuisse contendunt (cfr. Sect. VI.). Quanta illi tribuenda sit auctoritas ex paucis exemplis patebit. Ηα, νεσ, η, φ ait esse articulum definitum; η, ηο eundem plura numerum, cuius exempla avert: *Pi-beseth, Pith-om, Pi-habiroth!* ην-η interpretatur *magnum No*; εαλενφ scribitur προ αλενφ; Ταγδα vel Tane ait fuisse antiquum Thebarum nomen, compositum ex articulo τ et aνε, *caput, civitas (!)*; Memphidis nomen derivandum esse censet a μαδ λη aνε, *the place of Apide or of Pithah (!)*;

καρι (quod aperte, ut obiter id moneam, cohercet cum graeco γαῖα, quod iam vidit Rossi, *Etymol. Aegypt.* p. 82) agnoscit in nomine regis Χωμιαθδᾶ apud Eratosthenem commemorati; ηι, domus, in ultimis syllabis vocabuli Μιμῶν-ιον agnoscere sibi videtur (horrendum dicit!); μετασοκᾶ ex coptica lingua derivandum ait, ut μεταεκησ a σβασ, *pius (!!!)*, μεταφᾶνογ (quod saltem μεταφᾶνογ scribendum erat) a πλοσ, *full (!!!)* etc.; denique in terminatione nominum Romanorum in ius (ex. gr. *Quinctilius, Iulius, Fabius* etc.) agnoscit graecum νῖος, ut ex. gr. *Fabius* sit *fabae filius*, vel *Iulius* *Iulii filius*, quibus tamen exemplis ipso non utitur. En, huiusce modi est virorum illorum eruditio, qui in Champollionem eiusque discipulos quotidie grassantur!

\*\*) Quis etymologorum non noverit ineptias? Castera, qui Brucii relationem illius per Acthiopiam facti in gallicum sermonem transtulit, est etiam ventos a gallico *été* derivavit. Notumque est fuisse, qui *Nebucodnezar* et *Jacob*, *semper* et *ét*, *Fuchs* et *ύλκας* cognata esse contenderunt.

p. 4. not. 22, quod patere videtur ex verbis  $\alpha\eta\rho\iota$   $\delta\epsilon\sigma\delta\alpha\iota$  (*Erod.* XXIII, 24). — Porro Aegyptii non dicebant  $\tau\epsilon\tau\omega\tau\epsilon\rho$  (Seyff. p. 29, §. 23), sed  $\pi\epsilon\tau\omega\tau\epsilon\rho$ . — Nomen *horoscopi* (p. 36, §. 38)  $\phi\epsilon\tau\tau\eta\sigma\tau$   $\epsilon\pi\eta\mu\iota$ , cuius nullam interpretationem tentavit Seyffarthus, non dubitamus quin explicandum sit  $\phi\epsilon\tau\tau$   $\eta\sigma\tau$   $\epsilon$   $\eta\mu\eta\mu\iota$ , *arcus veniens in altum*,  $\tau\mu\eta\mu\alpha$   $\epsilon\pi\alpha\nu\acute{\alpha}\tau\epsilon\lambda\lambda\omicron\nu$ .  $\phi\epsilon\tau$  proprie *arcus* ( $\tau\acute{\alpha}\xi\omicron\nu$ ), deinde *arcus circuli*; hinc  $\phi\eta\tau\tau\epsilon$  *arcus caelestis*. — P. 93 tamquam *veris* nomen indicatur  $\omicron\gamma\eta\omicron\mu\omega\rho\omicron\nu$ , in quo nomine quisvis statim agnoscit graecum  $\omicron\theta\epsilon\nu\acute{\alpha}\nu\omicron\pi\alpha\rho\omicron\nu$ . Ver apud Aegyptios vocabatur  $\epsilon\lambda\eta\theta\eta\omega\mu\alpha$ , *initium aestatis*, P. LXXIV, 17. Notum enim est, eos tres tantummodo habuisse anni tempestates. *Dies* rarissime vocabatur  $\alpha\lambda\epsilon\rho\iota$  (Seyff. p. 43) vel  $\alpha\lambda\mu\rho\iota$  (secundum lexicon vetus a Woydio comparatum); vulgare vocabulum erat  $\epsilon\rho\sigma\tau$ , vel  $\epsilon\rho\sigma\rho$ . Posterior forma in hieroglyphicis inscriptionibus frequenter occurrit <sup>50</sup>). Quomodo  $\epsilon\lambda\alpha\sigma\tau\eta\mu\omega\tau\iota$  *annum magnum* potuerit indicare (Seyff. p. 48, §. 41) vix intelligendum est. *Job.* XXIV, 1 pluralis numerus significat *temporum seriem*. — P. 90 Seyffarthus tamquam nomen *Aegypti inferioris* profert vocabulum  $\epsilon\lambda\epsilon\rho\tau$  vel  $\epsilon\lambda\delta\eta\tau$ , in quo statim agnoscitur *superioris Aegypti* nomen arabicum  $\alpha\beta\delta\omega$ . Aegyptus inferior  $\kappa\alpha\tau'$   $\epsilon\lambda\theta\omicron\gamma\iota\nu$   $\chi\eta\mu\iota$  vocabatur <sup>51</sup>). —  $\alpha\lambda\alpha\tau\omega\mu\alpha$ , quod Seyffarthus p. 143 *capri* nomen fuisse ait, nihil est aliud nisi corruptum vocabulum *Méndoc*, ex loco quodam Nonni <sup>52</sup>).

gentium, Ioniorum et Phoenicum praesertim navigatorum conveniebant), auctor fuerit omnium doctrinarum et litterarum inventor. Quod argumentum, cui alia praeterea nonnulla accedunt, gravissimum esse arbitratur, ut iure dixerit, Phoenices formationi alphabeti Aegyptiaci (demotici) et hieroglyphorum phoneticorum introductioni non prorsus alienos fuisse. Cui tamen viro eruditissimo nos adstipulari nequimus propter argumenta, quae attulimus in prima huius operis sectione (quam cfr. enim adnotationibus ad eum pertinentibus), quamvis etiam Eichhorn (*Einführung in das alte Testament*, Vol. I, p. 147) similem tuitus sit opinionem.

60) In capite enumerationis leguntur haec verba (p. 366): *Hieroglyphices mesae haec fere summa sunt.* At mutatis mutandis hac thesae de Champollionia systemate non minus valent, quam de Seyffarthi, ita tamen ut neutrum iis sufficienter explantur.

61) *In his quidem omnibus*, ait Seyffarthus, *ut etiamnum mihi persuasum habeo, nihil erravi. Quam enim postea mihi contigerit, innumera fere literarum Aegyptiacarum monumenta caque ad instruendam hieroglyphicam optissima, ut bilingua, invenisse et examinare, intellexi, systema meum hieroglyphicum in genere quidem recte se habere.* Quibus verbis videtur refutari voluisse, quod monebat Champollion (*Lettre à M. le duc de Blacas*, p. 8), systema Seyffarthi nullis historicis argumentis inniti, nullam veteris Aegypti re vera rationem habere, sed meris coniecturis a priori esse superstructam.

62) *Figurae hieroglyphicae omnino sunt imagines rerum septem diis vel planetis consecratarum*, p. 371.

63) Cfr. Moebius, *de planetariorum dierum denominatione*. Lips. 1687, 4. Selden. *de iure nat.* III, 9. *Opp.* I, p. 313; imprimis 20, p. 394. Kopp, *de difficult. interpret.* Vol. I, p. 360 sqq. Ideler, *Handb. der Chronologie*, Vol. I, p. 178 sqq. Lobeck, *Aglaopham.* II, p. 941 sqq. imprimis p. 946.

64) §. LXXI, p. 253 ed. Gale. p. 68 ed. Victor. Florent. 1594. Quod locum multi traeterunt. Cfr. Jablonski, *Panth. Aegypt. proleg.* p. XV sq. de Memnone p. 94 sq. v. Schmidt, *de sacerdot. et sacrif. Aegypt.* p. 177 sqq. Didymus Taurinensis [Valperga-Colusso], *Rudim. literat. Copt.* p. 44. Barthélemy in *Mémoires de l'Académie des Inscriptions*. Tom. XLI, p. 519 sqq. Zoëge, *de orig. et usu obeliscor.* p. 435 sq. Toelken apud Minutoli, *Reise nach dem Tempel des Jupiter Ammons*, p. 139.

65) *Enchirid. harmon.* II, p. 37 ed. Meibom.

66) Secundum coniecturam certissimam Zoë-

gae. Alii legunt *ol θερωτο*, alii *ol θερωτο*. Postremam lectionem tuctur Seyffarthus.

67) *Præparat. Evangel.* XI, 6. Cfr. Brunck, *Analect. veter. poetar. graecor.* III, p. 209.

68) Cfr. de eius modi geminis Gruter, *Inscript. Append.* p. XXI, *Fundgruben des Orients*, Vol. III, p. 84 sqq. Kopp, *de difficult. interpret.* Vol. I, p. 300 sq.

69) Cfr. tamen quae exposuit Aristoteles, *de caelo* II, 9, p. 290, h.

70) Ex. gr. apud Laurentium Lydum, *de mens.* II, 1, p. 14: *Πάντως τὰς ἐνθροῦς ἐκ τῆς τῶν πλανήτων κινήσεως εἶναι ἐμφανῆς. ὁ μὲν γὰρ ἢ τῷ Δευτέρῳ, ὁ δὲ ἢ τῷ Φερνῳ, ὁ δὲ ἢ τῷ Ἀσθῳ, καὶ οἱ λοιποὶ τοῖς λοιποῖς κινούνται κατὰ τὸν Πενταγώνον πρὸς τὸν ἕχον τῶν κινήσεων. ὁ μὲν γὰρ Ἐγμὸς τὸ α̅, ὁ δὲ Ἀφροδίτης τὸ ε̅, ὁ δὲ ἕλιος τὸ η̅ καὶ ὁ μὲν τοῦ Κρόνου τὸ ι̅, ὁ δὲ τοῦ Ἰσίου τὸ κ̅ καὶ οὐδένη τὸ ς̅, ὁ γὰρ μὲν τοῦ Σιῶς ἀστέρα τὸν ὠ̅ ἐνθρῶν ἀποτελοῦσαν. ὁ δὲ ἕχος τῶν ἐνθρῶν ὧς ἕμῃς οὐκ ἀσκηταὶ δὴ τὴν ἀπόστασιν.* Undo talis producti litterarum ordo:

α ε η ι ο υ ω  
 ς ρ Ϙ ς ρ ς ρ  
 α ε ε ε ι ο υ  
 ς ς ρ ρ ς ρ ς ς

qui prorsus differt ab eo, quem voluit Seyffarthus:

α ε ε ε ι ο υ  
 ς ς ρ ρ ς ρ ς ς

71) Cfr. locos, quos composuit Lobeck, *Aglaopham.* II, pag. 932 not. Quintilian. *de Music.* III, p. 158. Plutarch. *de EI apud Delph.* IV, p. 419. Bekker, *Anecd. graec.* p. 796. Cfr. Kopp, *de difficult. interpret.* Vol. I, p. 367 sqq. Mysticae eiusae modi mgae in copticis etiam codicibus (quales Oxonii et Parisiis adservantur et a Lacrozio et Woydio collati sunt) deprehenduntur, Valentinianorum et Basilidianorum doctrinae accommodatae.

72) P. 368, not. 18. Qua nota paulo accuratius considerata, cuius patet, quia ratione Seyffarthus veterum scriptorum locos compilaverit ac coarscrit. Integrum idcirco eam adscribimus: *Jablonskii Panth. Aegypt. proleg.* p. LVI al. (? Fortasse addito al. indicare voluit, Jablonskium alius etiam operum suorum loca hanc rem totigatio, quod re vera fecit. Cfr. *Opusc.* Vol. I, p. 409). *Lobeckii Achlaopham.* (sic!) p. 932 not. 941 sq. *et sub finem* (nbi nihil aliud deprehenditur, nisi Struvii nota de serie dierum hebdomadis p. 1356, quo unice spectare potest haec prorsus superflua indicatio). *Müllerus in Göpftinger gel. Anzeigen.* 1830, Sept. No. 144. *Fischerus Rhetores elect.* Lips. 1773. a. *Galaum.* (Qua laudatione quid ineptius excogitari possit, dictu difficile

est. Beue tamen ex ea intelligitur, quomodo fontibus usus sit Seyffarthus. Aperte laudare voluit locum Demetrii Phalerei, quem iam in textu laudaverat et mox iterum in hac adnotatione affert, secundum Collectionem: *Rhetores selecti ed. Gale. Iterum editi I. F. Fischer.* Lips. 1773, 8. quae omnium editionem Demetrii longo est pessima). *Didymi Taurinensis Rulim. ling. Copt.* p. 44 (ex opore Zoëgae). *Irenaeus Lib. I. c. X.* (ex opere Didymi Taurinensis). *Demetrius de elocutione §. 71. Quintilian. de Mus.* III, 158 (ex Lobeckii *Aglaopham.* p. 932 not.). *Lydus de mens.* p. 14 (indidem). *Plutarch. de u. Delphico IV,* 219 (iudicium, quod statim intelligitur ex modo laudandi). *Etymolog. Gudian. ed. Sturtz* (sic!) p. 595. *Kopp, Palaeographie* (sic!) p. 303. *Gessner de laude Dei per septem vocales in Commentat. Götting.* I, p. 245. *Beckeri* (sic!) *Anedot.* p. 796 (ex Lobeckii opere). Nonne igitur veram inferunt contumeliam verba, quae in fine adnotationis adiecit Seyffarthus: *Plurima haec loca debet viro doctissimo, Bernh. Gotth. Weiske, Prof. Lipsiensi, amico carissimo.*

74) Ut vocalem hanc litteram peculiari signo indicare possit, Seyffarthus in fasciculo sexto operis inscripti: *Beiträge zur Kenntniss der Geschichte, Literatur, Kunst und Mythologie des alten Aegyptens*\*) utitur littera hebraica ה, quam apertè desumpsit ex Psalmi XXXIV versu ultimo:

וַיִּרְאוּ אֶת כְּבוֹד יְהוָה וַיִּשְׁמְרוּ אֶת הַמַּדְבָּר

quae similis est formula ac Christianorum: *Gloria in excelsis Deo*, vel aliac cinsee modi complures. De perturbatione ordinis litterarum in nonnullis psalmis alphabeticis cfr. de Wette *Commentar über die Psalmen* (Heidelberg. 1823, 8.), p. 78 sqq. — Magnam praeterea est assum, versum quandam a littera v finali inchoandi.

75) Cfr. figuram apud Wahl, *Allgemeine Geschichte der morgenländischen Sprache und Literatur*, tab. IV.

76) Vide Kopp, *Bilder und Schriften der Vorzeit*, Vol. II, p. 365. Secundum Jablonski *Panth. Aegypt.* V, 5, 6. Tom. III, p. 163 sq. respondebat litterae o: secundum Tychson, *Bibl. der alten Literatur und Kunst*, Fasc. VII, p. 79 litterae x. (Cfr.

tab. I, fig. 1.) Frequenter in gemmis occurrit. Cfr. Chiffletii *Gemm. Abrax.* nr. 16.

77) Iamblich. *de Myster.* V, 8, pag. 123. Cfr. adnotationem Wyttenbachii ad *Plutarch. de Iside et Osir.* p. 381 B. Vol. VII, p. 261.

78) Mirum mihi videtur, Seyffarthum non esse nam traditione illa apocryphica, cuius mentionem fecerat Niebuhrus *Beschreibung von Arabien*, p. 91 et quam viris eruditissimis commendavit Wahl, *l. l.*, p. 626, linguam Pharaonicam septem habuisse litteras primarias carumque unamquamvis tria signa diversa. Cfr. etiam Mahn, *Darstellung der Lexikogr.*, p. 401. Quae pertinere videntur ad alphabeta, quae Arabes *musnad* vocant. Cfr. Sect. III, not. 2.

79) Herodotus nihil aliud dicit, nisi quod templum deo Bubastidis *τύποισι ἑξαπλήξει ἰσομενίδου ἀζοίσι λόγον*, et quod templum *πυραμίδου αἰμασίτη ἑγγελλυμένη τύποισι*. *At τύπων θεῶν*, quo nomine anaglypha secundum nostram sententiam intelligenda sunt (cfr. II, 124. 136. 148. 153. 75. 46.) minime commemorat.

80) Lin. 54 (cfr. Append. nr. II). Etiam in inscriptione graeca, in vicinia magno Sphynxis ante maximam pyramidem detecta, quae decretum continet incolarum Busiridis in honorem Neronis (cfr. *Quarterly Review*, XIX, p. 413. Letronne, in *Journal des Savans*, 1821, p. 179 sqq. *Recherches* p. 388 sqq.) haec verba leguntur l. 22: *δογματίξω γὰρ [ὁ Βάλβιλλος] τὰς λαοθῶν αὐτοῦ ἰσπίνας, ἐν στήλῃ δεδηλωμέναις τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, αἰῶνι μνημονεύσθαι παντί, sec. restorationem Letronnii.*

81) *Chronolog.* p. 40 ed. Goar. Hic quoque nihil ad rem facit locus.

82) Quod si Seyffarthi tanta fiducia prolata verba legis, non iniuria arbitraberis, eius modi vocales litteras indicandi methodum re vera in monumentis veteris Aegypti deprehendi, vult certo Seyffarthum, dum hoc assereret, veterem quandam scriptorem ante oculos habuisse. Illud profecto erat demonstrandum, ut antiquis autem scriptoribus nullum aliud allatum videmus argumentum, nisi quod non ipsum quidem h. l. commemoravit Seyffarthum, planetas ἕ aves oscines sacras fuisse. (Seyff. p. 66.)

\*) De fasc. I cfr. Sect. II, not. 24. Fasciculi II — V continent Systema astronomiae aegyptiacae quadrupartitum. Fasc. VI peculiarem etiam habet titulum, quem ipso nunc vocat Seyffarthus: *Unter Alphabet, ein Abbild des Thierkreises mit der Constellation der sieben Planeten*  $\text{D} \text{E} \text{Z} \text{O} \text{J} \text{U} \text{S}$  am 7. September des Jahres 3446 vor Christus, angeblich zu Ende der Sündfluth, wahrscheinlich nach eigenen Beobachtungen

*Noah's Erste Grundlage zu einer wahren Chronologie und Culturgeschichte aller Völker. Mit einer lithographirten Tafel.* Lips. 1834, 4. In hoc libro et commentationes recensent varii generis, quotquot eo usque in publicum lucem emiserat, ne quis ignoret, quante vir sit eruditissimus et quam rursus assiduitatis!

83) Omissa scilicet litera Ibdid, nonnunquam incommoda, nonnunquam grata.

84) Cfr. contra Heeren, *historische Werke*, Vol. XIV, p. 40 sqq.

85) Praeter ea, quae in sectione huius operis prima monimus de conaminibus virorum quorundam doctorum, veterum Aegyptiorum literaturam hieroglyphicam cum Sinesium notiones exprimendi me-

thodo comparandi, cfr. etiam *Lettre de Pékin sur le Génie de la langue Chinoise et la Nature de leur Écriture symbolique comparée avec celle des anciens Égyptiens*. Bruxellis 1773, 4.

86) *Palaeographie als Mittel für die Sprachforschung zunächst am Sanskrit nachgewiesen*. Berol. 1834, 9. p. 3 sqq.



## SECTIO SEXTA.

### DISQUISITIONES DE VETERUM AEGYPTIORUM HISTORIA AC REBUS GESTIS AD FIDEM ANTIQUORUM MONUMENTORUM \*).

Quod vulgo in compendiis historiae universalis inscribi solebat caput nomine historiae veteris Aegypti, vel eorum solummodo auctorum innitebatur testimoniis, qui Veteris Testamenti apud Hebraeorum gentem libros composuere, vel rerum gestarum apud Graecos Romanosque scriptorum qualicumque auctoritate vel denique, quod appellari solebat critico fragmentorum, quae operis Manethoniani tulit aetas, examini?). Quod si utriusque generis notitiae inter se componebantur eoque facto tentabatur, ea, quae Herodotus, Diodorus Siculus, Josephus alique, quibus plures etiam essent adnumerandi, nisi invidio eorum intercidissent opera fato, narrare, conciliare cum iis, quae Sebennycticus antistes retulerat, mira prodire solebat confusionis farrago, in qua nemo a fabula veritatem secernere ausus erat, eaque eius modi, ut paucis, quos merito inferiorum ordinum eruditus adnumeres, videretur, in tanta tot ineptiarum improbabiliūque rationum congerie deprehendi posse veram, qualem decebat fatorum veteris Aegypti sub Pharaonum dominatione expositionem quemadmodum ea, quae nupera aetate detecta sunt in monumentis, quorum parietibus inscriptae deprehenduntur aureae illae hieroglyphicis figuris conceptae de rebus antiquis gestis narrationes, iam nunc tanti ponderis sunt inventa, ut vix ullus audeat dubitare quin exinde vera mythologiae archaeologiaeque Aegyptiacae facies possit agnosci, quod ante haec quatuor fere lustra nemo ne audacissimus quidem homo nisi omnium contendisset risu, ita etiam prae reliquis veterum Pharaonum ex imis quasi tenebris ad lucem prodit notio, nomina cum fati innotuere, quae sub eorum dominatione Nilotica subiit tellus, etiam posterioris aevi sub Persarum, Graecorum Romanorumque in quo historia veterum inscriptionum in templis sepulchrisque superioris et inferioris Aegypti Nubiaeque iusta, quam censinus, explicatione in eum usque modum dilucidata est, ut iam prorsus a novo sit inchoandum novaque sit contextenda historia, quam varii generis in Europae museis nunc conservata interituique erepta monumenta Augustae Taurinorum, Neapoli, Romae, Lutetiae Parisiorum, Londini, Berolini, Lugduni Batavorum, omnium oculis proposita, mirum in modum illustrant. Quas ob divitias, quibus laetamur, praecipue Francogallis grates sunt agenda, quorum infausta illa, si rerum gestarum unice consideratur eventus, nec tamen infecunda vel infructuosa, exeunte superiore saeculo expeditione primus hocce studium renovandi datus est impulsus. Dum vero Pharaonum regum historia, qualis prodit ex monumentis illis prorsus alia eaque comitiorum quam haecenus veste ornata in plerisque certe satis apte con-

gruat cum narrationibus, quae in Veteris Testamenti libris nobis sunt adservatae<sup>3)</sup>, saepenumero e contra pugnat cum iis, quae Herodotus, Diodorus Siculus alique graeci nobis tradidere scriptores<sup>4)</sup>, ita ut prae reliquis respondendum sit ad eam quaestionem, qua ratione possit explicari, quod scriptores illi a veritatis via hodiernum omnibus aperta deflexerint, et unde originem ceperint narratiuncularum dispersi illi ac mirum deinde in modum consuti panniculi, quorum acervi Milesiis fabellis non absimiles magnifico nomine Veteris Aegypti historiae hucusque vocari solebant.

Prisci Aegyptii peregrinis, qui ut terram viderent advenere, cuiusvis generis impedimenta obstruere solebant<sup>5)</sup>, iis praesertim, qui penitientem sacrorum rituum caerimonia- rumque notitiam adipisci vel sacerdotali eruditioni initiari conabantur<sup>6)</sup>. Haud igitur mirum, si Pythagoras<sup>7)</sup>, Plato<sup>8)</sup>, Eudoxus alique<sup>9)</sup>, quos singulos recensere longum est, haud adeo accuratam archaeologiae Aegyptiacae cognitionem nancisci potuerunt, quantam secundum studium ipsorum, vera et genuina a falsis ac subdititiis dignoscendi, expectare licebat. Herodotus<sup>10)</sup>, cuius narrationibus ad hanc fere diem usque vetus Aegypti historia tamquam fundamento superstrui solebat, terram Persarum sub dominatione vidit. Concedamus licet Jablonskio<sup>11)</sup> ac Zoëgae<sup>12)</sup>, hac in re, quod raro fieri solet, consentientibus, Persarum reges, praesertim Darius eius nominis primum, quantum fieri poterat ac per rudes saevosque Persarum animos licebat, Aegyptiaci populi tam domesticos mores quam gentiles ritus caerimoniasque multis modis esse tuitos; fatendum tamen est, quod discrete exposuit Rosellini<sup>13)</sup>, confusionem illam, qua tunc temporis seu pestis labe Aegyptus erat infecta, sacerdotum ordinis ea aetate humilem conditionem ac multis in rebus ad vitae sustentationem necessariis stupendam ignorantiam, aut, ubi maior, quod hic illic fieri sane potuerat, superstes erat doctrinae eruditionisque copia, anxia dissimulatio cauta- que taciturnitas studio patris historiae, qui iure solet appellari, tot obstruxisse impedi- menta, ut, si alio tempore, vel anteriori vel posteriori, easdem terras potuisset visitare, longe maiorem inde posterior aetas cepisset fructum. Quae ante Herodotum Hippy Rhe- ginus, Hecataeus Milesius<sup>14)</sup>, qui peculiari studio Thebarum civitatis origines historiam- que explanare conatus erat, Hellanicus Lesbios<sup>15)</sup> in hac arena praestiterant, si pauca eaque exigui momenti excipias fragmenta notitiasque non maioris ponderis ab aliis posterioris aevi scriptoribus in suos usus advocatas, prorsus interiire, quemadmodum et ista quoque, quae post illos Democritus<sup>16)</sup> et Hecataeus<sup>17)</sup> Abderitae, Theopompus Chios<sup>18)</sup>, Ephorus Cumaeus<sup>19)</sup>, Eudoxus Cnidius<sup>20)</sup>, Philistus Syracusanus<sup>21)</sup>, Aristage- ras<sup>22)</sup> alique in scripta sua retulerant.

Quum Ptolemaeis in Aegypto regnantibus literae artesque Nilocolis olim cultissimae denuo florescere et quasi reviviscere coepissent, quum schola Alexandrina succederet in locum scholarum, quae a praeiis inde saeculis Thebis, Heliopoli et Sai existerant, quum novum regni Lagidarum caput, Alexandria, quasi centrum fieret vel cardo, si mavis, com- mercii per totum terrarum orbem undequaque illic confluentis doctrinaeque et omnium eruditionis generum, prodiit historia quaedam Aegypti, quae, antequam successit, nominum titulorumque regionum scuta in monumentis hieroglyphicis interpretari, vel prorsus fabulosa indicabatur, vel, quasi nullius ponderis, et omni argumentorum auctoritate destituta raro nec nisi tunc in usum advocabatur, ubi apta videbatur novo cuidam syste-

mati vel illustrando vel corroborando. Manetho, sacrorum antistes (*ἱερογραμματὴς*) in templo Sebennytico (urbis Σεβαστοῦτ) utebatur libris, qui in templi illius tabulario depositi ad-servabatur in concinnando opere suo, quod Ptolemaeo Philadelpho dedicavit<sup>24</sup>). Graecos etiam legerat rerum scriptores, qui tum aliarum gentium tum Aegypti historiam narraverunt, quod luculenter patet ex locis compluribus Josephi, unde eum Herodoti errores plus semel refutasse discimus<sup>25</sup>). Neque nulla in eius opere regum nomina enumerabantur, quod multi docti viri ex hodierna fragmentorum, quae aetas tulit, conditione aperte clucere opinati sunt, imo copiosa fusaque narratione tradidit res sub Pharaonibus regibus in Aegypto et ab Aegyptiis gestas, cultumque deorum ac mores incolarum amplo commentario illustravit<sup>26</sup>). Quod proprio etiam iudicii acumine utebatur in refutandis vel explanandis Graecorum fabellis mythicis, patet — ne alia nunc afferam testimonia — ex verbis Josephi<sup>27</sup>), in quibus Sethosin-Ramessen et Armaïn eosdem fuisse contendit cum Aegypto Danao-que Graecorum. Canon regum, quem confecit, fere integer nobis est conservatus ab Eusebio in Armeniaca versione<sup>28</sup>) et in fragmentis Iulii Africani apud Syncellum<sup>29</sup>). Praeter haec Manethoniani operis fragmenta vel potius excerpta antiquissima veteris Aegypti historia illustratur etiam Catalogo Regum Eratosthenico<sup>30</sup>) et Excerptis ex Veteri Chronico apud Syncellum<sup>31</sup>), quorum tamen neutri magna est tribuenda auctoritas.

Ex senioris aevi scriptoribus nominandi sunt soli Diodorus Siculus et Strabo. Quorum ille Aegyptum regnante Ptolemaeo Auleta peragravit et monumentorum quidem accuratas fideque dignas dedit descriptiones<sup>32</sup>), at, quamvis Herodotum ne flocci naucique quidem habendum esse plus semel dicat<sup>33</sup>), mere Graecorum traditiones recoxit aniles, ut eius operis illam, de qua hoc loco agitur partem fabellam potius quam historiam appelles<sup>34</sup>). Strabo, qui circiter viginti annis ante Christum natum Aegyptum vidit<sup>35</sup>), constanter oculatissimum observatorem iudicioque plenum criticaeque artis non ignarum se prodit virum; at geographica ubique historici anteponit, ut haec interdum plus quam fas erat neglexisse videatur. Senioris aevi Judaeorum scriptores, Josephus, Philo alique referunt haud pauca de Aegypto, qualis fuerit illa aetate, qua Israëliitarum gens in valle Nilotica commorabatur, eaque minime contemnenda, uti luculentissime commonstravit Jablonskius<sup>36</sup>), quae partim fama hominumque continuo sermone posteritati erant propagata, partim tradita in libris scriptorum Judaicorum, quorum nihil ad nos pervenit nisi mera notitia<sup>37</sup>). Plutarchi, Porphyrii, Jamblichi aliorumque opera maximi sunt ponderis in explicatione mysticarum illarum, quae ad cultum divinum pertinebant, doctrinarum, in illustrandis populi moribus vitaeque consuetudine, lingua literisque veteris Aegypti diiudicandis; at non nisi pauca exhibent, quibus ipsa Aegypti historia possit dilucidari. At multa eaque non exigui momenti fortassis ad lucem protrahere licebit ex scriptis Arabum Taky-Eddin-Ahmed, qui notior est sub nomine El-Macrizy, Murtadi, Zacuth, Syri Abulpharagii (Bar-Hebraei) alisque, quibus antiqua Niloticae vallis historia admodum fortasse iuvabitur, quando in modum Abdallatiphi a Silvestro de Saey editi doctis erunt commentariis illustrati.

Hodie longa monumentorum, quae ex illa aetate supersunt, inter se collatorum serie effectum est, ut historiam Aegypti nova ratione enarrare possimus, quae a veritate haud adeo procul aberrabit, quam omnia ista, quae eo usque viri docti somniavere. Con-

cedendum tamen est, ne iusto videamur iniquiores, illis vix aliquid melioris praestari potuisse temporibus. Itaque in hac sectione eaque huius operis ultima quantum fieri potest succinete veteris Aegypti historiam ducibus praesertim Champollione et Hippolyto Rosellini dabimus, iis non spreto, quae ab aliis viris doctis ad angendum granorum acervum, qui pyramidum sensim sensimque ad instar excrevit, sunt adlata. Ipsa sunt monumenta, quibus potissimum tribuimus fidem, neque tamen negliguntur a nobis Manetho et reliqui rerum gestarum tum apud Hebraeos tum apud reliquas nationes scriptores. Certiorem Champollione hoc in argumento Rosellinum (quem latina ratione fortassis melius Rosellinum dixeris) esse ducem nemo infuturatur, cuius rei causa non tam in auxilium ampliore, quae huic ad manum erat, quam in ingenii diversitate est quaerenda. Quodsi enim cuius concedamus Champollioni, quum Epistolam ad Ducem de Blacas (*Lettres à M. le Duc de Blacas*) componeret, nondum tantum inspicere licuisse monumentorum seriem, quam posthac factum est <sup>38)</sup>, idcircoque esse excusandum, quod hic illic protulit nonnulla, quae certis argumentis comprobare non potuit ac semet ipsum saepenumero refutavit, vix tamen excusari potest iniqua illa cupido, cuius rei et prae reliquis inter dubias recensendae veritatis speciem induendi, et quae eo usque certa fuisse videbantur et extra omnem posita dubitationem iterum iterumque dubiis adnumerandi, ut novis nimirum coniecturis nova prodiret ansa! Quod studium, systema quoddam proponendi omnibus numeris absolutum, id quod saepenumero ab iis adpetitum videmus scriptoribus, qui literarum quandam campum de novo in se suscipiunt irrigandum atque excolendum, immo qui recentioris luminis fuere auctores, comparandum esse videtur cum ineptis illis *χαρτογράφαι* qui terras incognitas, mariumque nunquam a nautis adpetita litora qualibuscunque lineis circumscribere tentant. Semper semperque vituperandum est studium illud, quando quale (proh dolor!) extremis vitae suae annis persecutus est Champollion, arrogantiae tantum secum fert speciem, ut ab iniquitate et pessimo aemulationis genere vix possit discerui <sup>39)</sup>. Hippolytus contra Rosellinus, vir prae reliquis cautior, rarissime tantummodo descendit in coniecturarum latebras <sup>40)</sup>.

Priusquam ad Manethonianum Dynastiarum transitum indicem, quem ducem sequemur per vastum veteris Aegyptiorum historiae labyrinthum, restat ut ad quaestionem respondeamus, utrum familiae istae dynastiarum, quod nonnulli censuerunt, ex magna saltem parte coevae fuerint <sup>41)</sup>, an alia aliam ex ordine exceperit. Rosellini <sup>42)</sup> posteriorem sententiam, quod iam prius fecerat Perizonius <sup>43)</sup>, unice veram esse censet. Argumenta in eius gratiam prolata revera maximi sunt ponderis, contrariae autem opinionis probationes adeo sunt debiles, ut facillima ratione possint explodi.

Ac primo quidem loco advertendum est, Manethonem, qui inter omnes rerum gestarum scriptores accuratissimam aegyptiacae historiae cognitionem sibi poterat acquirere, dynastiarum seriem ita enarrasse, quasi alia aliam exceperit; ipsunquae Eusebium <sup>44)</sup>, qui primus complures familias coaetaneas fuisse atque in diversis Aegypti partibus regnasse opinabatur, eius modi opinionem certe non ex opere Manethoniano hausisse, quippe quum in fine excerptorum ex singulis libris summam annorum constanter addidisset, per quos unius cuiusvis familiae reges imperio potiti essent. Quo accedit, quod si plures unquam regum familiae uno eodemque tempore in Aegypto existissent, Manetho non solum

nullam habuit causam, cur hoc reticeret, sed e contrario satis idoneam, cur disertis verbis euantiaret. Etenim opus suum dedicaverat Ptolemaeo Philadelpho: quomodo censeas, eum inter tot alia, quae grata et assentatoria Lagidarum stirpi protulit, illud unum prae reliquis honorificentissimum silentio prorsus transiisse, Aegyptum ab antiquis inde temporibus inter complures regulos divisam, iam sub nova stirpe unius tantummodo nutui obediens? Ac quomodo factum esse opineris, ut idem ille, qui synchronismum duarum familiarum uno certe casu disertis verbis retulit, aevo enim, quo Pastores (επισκοποι) Aegyptum invaserant, omnino per omne tempus coevas fuisse plures in Aegypto dynastias reticuisset? Nullum igitur proferri potest argumentum, cur agnomina familiarum, taniticae, memphiticae, saiticae, diospolitanae etc. de locis interpretentur, ubi regnaverint, immo uniuscuiusvis familiae per totam Aegyptum dispersa monumenta manifesto probant, agnomina ista desumpta esse a locis, unde familiae illae primam originem duxerint<sup>43)</sup>. Accedit, quod inter se congruunt Pharaonum monumenta in constructionis ornamentorumque ratione, quod eiusdem generis sunt, quae ubique cernuntur hieroglyphicae inscriptiones; quod iidem fuerunt mores ritusque, eadem in quotidiana vita consuetudines omnibus Aegypti incolis in eadem ad catadupis ad Nili usque ostia. Ipsa terrae natura eius est modi, ut non nisi unam gentem sub uno rege eam incoluisse nobis persuadere possimus. Unde enim illae vires regulo cuidam, ut ingentes pyramidum vias ad caelum extolleret, unde diversarum gentium farragini tanta concordia, ut communi labore monumenta exaedificarent in terra uni tantummodo earum propria neque omnibus aequo iure incolenda? Quod nunquam crediderim. Patet praeterea ex narrationibus Herodoti et Diodori, regum, quos enumerant, alterum alteri successisse neque plures uno exstitisse eodemque tempore. Neglecto etiam Herodoti loco<sup>46)</sup> prae reliquis memorabili, quo ait post Menem in Aegypto regnasse trecentos triginta reges, quomodo mente potest recomprehendi, inter tot regulos haud sempiternam fuisse discordiam bellaque exstitisse perpetua, quorum nulla apud rerum gestarum scriptores superest memoria, unumque eorum per African, Asiam Europamque duxisse exercitus, quod omnes testantur omnium populorum scriptores ipsaque monstrant monumenta; quomodo fieri potuit, ut tantae accumularentur divitiae, quantas Thebis adservari praedicavit Homerus<sup>47)</sup>? Etiam Strabo, qui ipsam peragravit Aegyptum, ubi singulas urbes, quales Bubastin, Sain, Tanin et rel. commemorat, procul dubio disertis verbis indicasset, eas aliquando peculiarium reguorum capita fuisse. Quibus argumentis praeterea accedit Sacrorum Veteris Testamenti librorum auctoritas. Sine iure procul dubio provocatum est<sup>48)</sup> ad locos tales, quales *Genes. X, 13* sqq. *Isa. XIX, 13*. Etenim posteriore in loco מְרִיץ minime denotat principes regnantes, in regni solio constitutos, sed urbibus praefectos. Ita Lutherus noster, quamvis primo obtutu mirum videatur, prorsus tamen congrue in loco *I Reg. XXII, 26*. verba hebraica: מֶלֶךְ-הָעִיר vernacule reddidit: *Amon der Bürgermeister*. Antici simpliciter indicantur eodem vocabulo in loco *Genes. XII, 15*: מֶלֶךְ-פְּרֶעָה. Prior ille locus, quocum conferas velim *I Chron. I, 11*., pertinet ad fabulosa ista ac vana genealogiarum somnia, in quibus maxima ex parte originem ceperunt mirae Hebraeorum partimque insulae de terrae forma regnorumque ac populorum per terrarum orbem distributione opinionum, quae coniecturae nullo argumento probatae opinionum de origine totius generis humani ex uno connubio (semiticae stirpis) inniuntur. Quam coniecturam recentioribus disquisitionibus

minus minusque probabilem reddi, satis notum est, neque cuiquam nisi fidissimo orthodoxae fidei sectatori eam facile persuadeas. Ea, quae iam exponemus manifesto ac diserte docent, *συγκρισμόν* familiarum regiarum, quas Manetho recenset, nullis posse probari argumentis; ipsaque etiam sufficit parum accuratior leviorque earum inspectio, ut primo obtutu coniecturam illam omni fundamento destitutam esse facile intelligas.

In obelisco Ramesseo, cuius inscriptiones hieroglyphicis graecae ab Hermapione redditas servavit nobis Ammianus Marcellinus, deprehenduntur tituli *βασιλεὺς οἰκουμένης*, *δεσπότης οἰκουμένης* 49), quibus etiam Ptolemaei reges Romanique imperatores utebantur. Eiusdemmodi titulum invenimus in monumentis Pharaonum aevo constructis (*nek-oo dominus mundi*, Tab. XIV, fig. 73), cui non absimilis est alter ille titulus: *dominus Aegypti superioris et inferioris* (tab. XXVI, fig. 30), cum terram suam *mundum*, *κόσμον*, vocare solerent Aegyptii, qua de re iam supra locuti sumus in Sectione huius operis III. Qua quisquam ratione sibi persuadere potest, dominos exiguae partis Aegypti, ex. gr. nomi Saitici, eiuscemodi titulos sibi adrogasse?

Vir generosissimus Rihle von Lilienstern 51) protulit argumentorum seriem, quibus *systema collaterale* (venia petenda est expressioni francogallicae magis quam latinae) possit probari. Quorum primum est illud, nullo modo posse demonstrari, Manethonem regum familias suas eadem ratione numerasse, qua ab Julio Africano nobis sunt traditae, quem et Josephum solos fuisse ait, quibus licuisset ex ipso Sebennyticis antistitis opere suos rivulos derivare. Quod argumentum tum iis est explosum, quae supra exposuimus, tum negantis est naturae (sive *negativum*, ut cum serioris aevi grammaticis loquamur), eodemque iure opponi posset, nullis probari posse argumentis, Manethonem regum stirpes coaetaneas recensuisse, excepta tamen decima septima. Sequitur alterum argumentum, ex ordine *consecutivo* prodire numerorum seriem, quae omnibus traditionibus fide dignis repugnet, quod tamen adeo exigui est momenti, ut verbis quibusdam Hippolyti Rosellini facile queat repelli 52). Syncello duce numerus quem Manetho dicitur indicasse, sine longa opera ita potest emendari, ut familiarum humanarum, quae in Aegypto regnaverunt, initium anno MMDCCXII. a. Chr. nat. statuatur. Quum igitur secundum Rosellinum 53) primordia imperii familiae decimae sextae ad annum MMCLXXII. a. Chr. nat. referenda sint, restat annorum numerus quadriagentorum quadraginta, quibus quindecim priores familiae imperium in Aegyptum exercuerint. Qui computus optime congruit cum veteri chronico apud Syncellum 54) superstite, in quo quindecim illae familiae quadringentos quadraginta tres annos regnasse dicuntur. Ast vero omnia superiorum saeculorum systemata chronologica tanquam unico fundamento superstructa sunt Sacrorum Librorum V. T. auctoritati, dum disquisitiones criticae de historia Aegypti, Indiae et Sinarum 54\*) regni (Cathariae, Chinae), observationes et animadversiones a geologis factae de diuturnitate conditionis, quam post ultimam, qua in hodiernam formam redacta est, revolutionem orbis noster terrarum adeptus est; opiniones cosmogonicae 55) notionibus nostri aevi de caelestium corporum ordine ac natura superstructae; meliores, quam antehac fieri solebant, disquisitiones de natura mythi et historiae 56), nostra demum aetate dubia provocaverunt de fide traditionum gentis illius nomadicae Iudaeorum, quae serius atque alii multi populi ad illius culturae fastigium est evecta, qua sola comite veterum rerum potest stare stu-

dium. Ne hodie quidem aliqua cum certitudine negare possumus, an non de parietibus templorum Aegypti et Indiae (ut alias gentes nunc taceamus) voces audiantur illa etiam aetate antiquiores, quam Moses theoriae quam proposuit cosmogonicae initium fecit. Atque ut verbo dicam quod sentio, tota illa in libris Mosaicis narratio tunc tantummodo aliqua consideratione digna est, ubi in philosophia naturali tractatur problema de rerum prima origine, quippe quia simplicissima ratione terrae originem connexit cum dogmate monotheismi, eni ipsi eiusque fundamento adeo coniuncta est, ut ab eo divelli nequeat, et quod quasi postulat et efflagitat. Mili certe videtur nefarium cunctisque contrarium legibus criticae artis et historicae doctrinae, vim inferre historiae populi cuiusdam propter alius eiusdem nationis genealogicas traditiones.

Tertium etiam produci solet argumentum, omnia, quae de prisco aliarum nationum statu innotuerunt, ostendere nobis primitus multitudinem gentium ac civitatum minorum, quae ex membris priscae cuiusdam familiae sensim sensimque essent enatae, donec tandem vi rerum gestarum in unum quasi corpus coaluissent. Quod si ponitur (id quod mihi a veritate minime recedere videtur), sacerdotum stirpem in veteri Aegypto non eiusdem fuisse originis ac reliquos ordines, sed ex Indiae finibus immigrasse: quod si perpenditur praeterea, hunc ordinem literarum dominium solum tenuisse veterisque Aegypti historiam per tot saeculorum seriem posterioribus aervis nobisque mandasse, cuius patere opinor, quomodo periodus nythis fabulisque referta imperium *Θεοκρατικόν*, melius nota et, ut ita dicam, historica, quae deinde successit, monarchicas offerat institutiones. Nunquam ex *Θεοκρατία* prodire potest *πολυκρατία* neque vel unquam prodiit. Quartum deinde argumentum prolatum est, geographicam Aegypti conditionem origini complurium regnorum quorum aliud ab alio non dependeret, favuisse, moremque populum in plures *castas* (vetus sit peregrino vocabulo) segregandi, et fabulam de colonis sacerdotum, qui diversorum deorum sectam ex omnibus, ut videtur, terrae plagis attulerant cultum, eius modi formam rei publicae apud Nilicolas vero magis similem reddere. Atqui iam supra monuimus, omnino in valle Nilotica deesse omnes limites naturales, quibus populi segregari solent, ita ut unum populum sub uno rege totam vallem incoluisse arbitrandum sit. Segregatio incolarum in diversos sui quemque iuris ordines nullum praebet argumentum pro opinione illa, secundum quam compluria uno eodemque tempore in Aegypto existerint regna, immo e contra, quod ex ipsa eius nodi divisionis natura et gentium, apud quos similis viguit segregatio, historia facile demonstrari potest, novam idque certum argumentum pro *μοναρχία*, quam a primis inde temporibus in Aegypto floruisse pro certo contendimus. Denique quintum argumentum, quod propositum est, tempore irruptionis et expulsionis *regum Pastorum* (*Πασταίων*) complures civitates una eademque aetate re vera in Aegypto exstitisse, quod, si extra omnem dubitationis aleam esset positum, omnium gravissimum censendum esset, nobismet ipsis, qui Thebanorum familiam et Pastorum reges in Aegypto coactaneas fuisse teste Manethone concedimus, omnium argumentorum, quae prolata sunt, maxime infirmum minimique ponderis esse videtur, quum nihil aliud nobis factum esse videatur, quam quod accidit in Francogallia saeculo aerae nostrae decimo quarto, quum Caroli huius nominis septimi regis, auctoritas in provinciis trans Ligerim agnosceretur, Angli autem septentrionalem terrae partem cum ipso totius regni capite,

Lutetis Parisiorum, integram tenerent. Sat supersunt in rerum gestarum historia exempla, legitimam auctoritatem a gente subiugata libenter laetique animo esse agnitam, ubi armorum vi potuit sustineri usurpatamque expulsare valuit, eamque ex aegulis, quo se recipere atque abscondere erat coacta, victricem tandem aliquando proliisio atque inimicos, qui legitimam usurpaverant, funditus stravisse. Ast ubi talia accidunt, nemo, qui sciat, quid in historia vocari solet *συγχροτισμός*, de eiusmodi complurium regnorum uno eodemque tempore vigentium aequalitate cogitabit. Iure igitur Rosellini<sup>57)</sup> ab hac ipsa regum familia argumentum contra perversam *συγχροτισμού* opinionem repetiit. Videbimus enim infra, ultimum gentis decimae septimae eiusque legitimae regem, qui vel Aahmes vel Thutmes appellatur in monumentis (*Διωσις ὅς καὶ Θέρμωσις* apud Syncellum, *Μισογραδοῦτμωσις* Manethonis apud Josephum, pastorum gentem ex valle Nilotica expulsisse eosque ad Avariū usque (Heropolin) fugasse, ubi vallo se contra Aegyptios praemunire coeperunt, quo facto rex monumenta Thebis et Memphide sub illorum dominatione vel laesa vel prorsus diruta restitnere ac restaurare coepit. Quod satis superque demonstratur ex inscriptione hieroglyphica, quae cum anaglypho eiusdem argumenti deprehenditur in *στῆλη* quadam, quam Hippolytus Rosellini invenit in lapidinis montis Mokattam versus austrum ab urbe Cahira, et in opere suo interpretatus ost. Ex illa procul dubio consequitur, ultimum gentis septimae decimae eiusque diopolitanae regem, cui propria sedes erant Thebae, totam Aegyptum nuper ab invasione barbarorum rapacium deliberatam sibi propriam evindicasse et Memphidem Thebasque restaurasse, priorique illi urbi forsitan maiorem etiam curam tribuisse, quam posteriori, quum prae reliquis a barbaris incurrentibus nullique cultui divino parentibus demolita esse videretur, qui et ipsi indesinenter a Pharaonibus in Aegypto superiore commorantibus fidsisque ipsorum adseclis infestabantur. Aliud praeterea argumentum contra *συγχροτισμῶν* derivari potest a stirpe regia Elephantinensi (dynastia quarta), quae ducentos quadraginta quinque annos imperium de Aegypto exercuisse cuiusque auctor ex ipsa illa insula fertur fuisse oriundus. Quod si igitur ponimus, roges esso intelligendos, qui hac in insula ducentos quadraginta quinque per annos imperium exercuissent, prorsus absurda prodiret conclusio, quod iam dudum monuit Jomardus<sup>58)</sup>.

Anteaquam transimus ad interpretationem scitorum, quibus regum nomina ac tituli continentur, restat ut explicemus, qua ratione sit factum, ut regum nomina apud graecos scriptores in ipso indice Manethoniano supenunero differant prorsus ab iis, quao in monumentis coactaneis ita deprehenduntur, ut nulla restet dubitatio vel ambiguitas. Quod Champollio<sup>59)</sup> ingeniosissima maximequo probabili coniectura explicare conatus est ita, ut ad instar Sinesium imperatorum Pharaones nomen privatam nomenque regni publicum habuisse affirmaret. Comparat praeterea Champollio<sup>60)</sup> non sine veritatis quadam specie modum atque rationem, quo apud rerum gestarum scriptores mentio fit Lagidarum regum; quippe quia praesertim produci soleant ludibria ab Alexandrinorum cavillosa gente in eos terebrata, ex. gr. *Physcon, Auletes*, et quae sunt eius generis plura cognomina, dum in ipsis monumentis vera retineantur eaque *publica* nomina. Quo etiam pertinet, quod celeberrimum illud nomen Ramses sive Ramesses iuter tot, qui de Aegypti regibus et historia egerunt graecos romanosque scriptores apud solum Tacitum commemoratur ac tali etiam ratione, ut nemo dubitare possit, quin in ipsis monumentis sit deprenum. Ipsos, qui *Pharaones* nomine



appellativo vocantur reges in oro vulgi cognomina accepisse, inde cuius erit manifestum, qui considerat, quantopere necessum fuerit, ut aliquid addeset subsidium, quo in communi loquendi ratione alter ab altero posset discerni. Idem ille, quem iam indicavimus, suis pertingebatur in publicis, quae hieroglyphicis inscriptionibus tegebantur, monumentis ope scutorum, quibus tituli consignari solebant<sup>61</sup>). Ex ipsis etiam titulis aliquando nomina, quae posteritas tulit, originem cepisse iufra, pluribus demonstrabitur exemplis.

De scutis regiis, quibus regum nomina ac tituli compreheudentur, supra iam diximus (Sect. III, not. 11). Supra scutum tituli deprehendi solet compendium complexus illius, quem Champollion *εορτεν rex* interpretatus est et de quo supra fusius disseruimus in Sectione huius operis tertia, p. 105, et apud, regio dignitatis symbolum, quod patet ex loco Ammiani Marcellini quem adscripsimus in Append. nr. XXIV. Quamvis enim dicat Horapollon (I, 62): *λαόν προς βασιλεία πειθίγνιον δηλούντες μέλισσαν ζωγράφουσαι*, unde consequi videtur, apem populi potius gubernati quam regis populum gubernantis fuisse, tamen ex iis, quae in laudata paragrapho sequuntur verba, quibus origo symboli explicatur: *καί γάρ μόνον τών άλλων ζώων βασιλεία έχει, φ' τό λοιπόν τών μελισσών έπι-ται πλήθος, καθό και οι άνθρωποι πείθονται βασιλεῖ. αινίττονται δέ εκ της τού μέλιτος [γλυκύτητος καλ] εκ της τού κέντρου τού ζώου δυνάμεως, [ύτι χρι' τόν βασιλέα] χρηστών άμα και εύτονον είναι προς [τάς πράξεις] και διοικήσιν<sup>62</sup>* — aperte patet paragraphi initium esse corruptum, finem esse mancam. Itaque facimus cum Hippolyto Rosellini<sup>63</sup>), qui Ammiani probat explicationem, quam manifesto optime cum monumentorum consensu auctoritate. Scutum nominis vulgo habet pro inscriptione superscriptum *χηναλώσηκα, culpanserem*, quo signo hieroglyphico filii notio indicatur, et signum mimeticum solis. Itaque complexus iste signorum interpretandus est *επρη, filius Solis*, respondetque titulo Pharaonis, in quo nihil agnoscimus aliud nisi aegyptiacum *φρη* (quod exprimi solet signo mimetico, longe rarius eiusdem significationis symbolico), quo inscriptiones in scutis titularum, vix una alterave excepta, incipiunt<sup>64</sup>). Alios honorum titulos partim in Sectione huius operis tertia recensuimus et interpretati sumus, partim iufra eo, quo occurrunt loco explicabuntur. Titulorum scutum, quod iam monuimus, eum in finem addebatur, ut eiusdem nominis reges facilius discernerentur. Rarissime factum est, ut reges tituli scutum sibi adrogarent, quod iam antecessorum aliquis publice in monumentis gestaverat<sup>65</sup>). Vel antiquissimi reges, quum nulla prisco illo aevo metuenda esset ambiguitas uno tantummodo scuto utebantur, quod verum esse ceuset Rosellini<sup>66</sup>), vel, quod mihi certe videtur vero similis etiam exinde patet, quod hic illic, quānvis raro, utrumque deprehendatur scutum, in monumentis nonnisi titularum scuta conservata sunt. Esse eum titulus, qui hisce annulis comprehenduntur, non nomina, inde manifestum est, quod omnes a titulo *φρη* initium habent. Itaque vero simillimum est, nomina veterum Pharaonum quindecim priorum gentium, paucis exceptis, nobis hodiernum latere. Reginis nullum erat concessum tituli scutum, nec nisi unum mihi innotuit exceptionis exemplum reginae Tajaе, quae erat uxor Pharaonis Amenophis III. Memnonis<sup>67</sup>), de quo infra disseretur.

Regum quindecim priorum familiarum haec supersunt scuta ac nomina:

1) Tab. XXI, fig. 1. Regis *Ηνῆς, Menis*, cuius nomina recte graeco verbo reddidit Eratosthenes, quum *Διώνος* interpretaretur (*Αμμόνιος*). Scutum reperitur in proces-

sione, quae insculpta est parieti cuidam Ramessei Thebani, de qua iam plus semel diximus. Secundum Flaviium Josephum regnavit dudum ante Abrahamum \*).

2) Tab. XXI, fig. 2. Ἡοττῶα in hypogeis prope *Djizeh*, Σοῖσις Manethoni, Σάωσις Eratostheni. Secundum hunc nomen est interpretandum *χομασίης*, quod cum aegyptiaca congruit lingua, in qua ἡε significat *multum*, ῶα, ῶαι, *caesariem*, *comam*. Anglus Howard Wyse nuper scutum nominis in una camerarum interiorum magnae pyramidis prope *Djizeh* detexit \*\*). Vexillum eius a doctore Ricci repertum in antro prope Wady-Magara continet nomen *ἡορ-ῶερε*, *Horus caelorum*. — Manethone teste auctor erat operis sacri (cfr. supra *Introduct.* not. 10) idcircoque annulo cuidam regio, quo nomen eius continetur superscriptum est signum sacerdotis (στυθέ). Quum Manetho Suphin vocet conditorem maximae pyramidum molis, quum praeterea in aliis etiam monumentis prope *Djizeh* vicum detectis scutum huiusce regis sit repertum, nemo dubitabit, quin idem sit ille, atque *Χεώψ* Herodoti, *Χέμβης* Diodori <sup>68)</sup>, quod etiam si non certissima essent argumenta a nobis allata, ex ipso nomine patuisset.

3) — — — 3: Σησοφις; Sensufis, i. e. quod recte iam monuit Wilkinson <sup>69)</sup>, frater *Suphis*, apud Manethonem vocatus *Suphis alter*, apud Eratosthenem *Sensaphis*, *Chephen* Herodoti, qui erat frater Cheopis. — Huius quoque annulus repertus est in hypogeis prope *Djizeh*, ubi etiam deprehenduntur tres sequentes:

4) — — — 4: Ρησοφ, Ρησω (Ἡοττη, *Soris*) caput familiae regiae quartae. Quod certissimis argumentis demonstravit Hipp. Rosellini (*M. St.* III, 1, p. 3), qui ei locum tribuit ante *Suphin*.

5) — — — 5: Ρη-νοφρε-ρη-ρα, secundum Rosellinium, (*M. Stor.* I, p. 131), qui cuncta signa censet esse symbolica, *Sol beneficus oblationum*.

6) — — — 6:..... Ut nomen possit interpretari, deest vocabulum aegyptiacum, quo appellabatur *statua sedentis hominis*.

Praeter haec, quae iam commemoravimus, nomina Champollio et Rosellini longam aliorum nominum seriem reppererunt, quibus reges quidam praeiorum familiarum nuncupati sunt, quod patet tum ex monumentorum (si technicam adorationem spectas) natura, in quibus sunt inventa, tum ex ipsa forma ac significatione nominum. Alia in senioris aevi aedificiis sunt reperta, obiter commemorata in inscriptionibus hieroglyphicis iuxta nomina regum, quibus in iunioribus familiis certus dari potest locus, alia in ruderiorum antiquiorum aedificiorum, quibus usi sunt reges senioris aevi in novis operibus construendis. Prae reliquis Rosellini longam eius modi nominum regionum seriem detexit in parietibus conclavis, quod pertinuerat olim ad palatium Karnacense, quorum ea, quae interpretari licet, a nobis adscripta sunt in tab. XX, nr. 7 sqq.

7) Ρη-σε-ρη, Remeran, *Sol nomen dilectum*. Cfr. Burton, *Excerpt. hieroglyph.*, nr. I, tab. XIV. In scuto titulo praepriis observandum est, iam illa aetate occurrere

\*) *Antiq. Judaic.* VIII, 6, 2: ἀπὸ Μινῶν τοῦ Μίμιν οἰκοδομήσαντος, ὃς ἴσται πολλοὺς ἱεροσολῶν ἱερῶν τοῦ πάππου ἡμῶν Ἀβράμιν.

\*\*) Cfr. Rich. Lepsius in *Bulletino dell' istituto di corrispondenza archeologica*, 1837, nr. VII. VIII. p. 121.

titulum *domini superioris et inferioris Aegypti*. In vasibus ad communem vitae usum pertinentibus nomen huius regis plus una vice repertum est. [Cfr. Rosellini, *M. Gr. Tar. nr. LIII, fig. 24*. Vol. II, p. 336.]

7b)  $\Phi\kappa\text{-}\alpha\alpha\alpha\iota$ , *dilectus Soli*, cuius titulus, quem adscriptis Burton (*Exc. hieroglyph. tab. X.*) interpretandus est:  $\epsilon\upsilon\phi$  sive  $\epsilon\alpha\rho\text{-}\phi\upsilon\iota\text{-}\alpha\alpha\alpha\iota\text{-}\tau\omicron\text{-}\tau\omicron$ ,  $\epsilon\iota\pi\kappa\ \tau\upsilon\mu\omicron\varsigma\ \pi\tau\tau$ ; *Horus Sol amarus utrumque mundum, filius solis dans vitam in perpetuum*.

8)  $\Phi\kappa\text{-}\alpha\epsilon\tau\alpha\gamma\omicron$ , Remetauo, *Sol vocatus ad iustitiam*.

9)  $\Phi\kappa\text{-}\rho\omicron\upsilon\phi\epsilon\text{-}\iota\upsilon\alpha$ , Renophranka, *Sol clementia oblationum*. Idem scutum praenominis  $\epsilon\iota\mu\iota$  vexillo inscripto  $\kappa\tau\epsilon\ \mu\upsilon\iota\omicron\tau$ , *deus dominantium*, deprehenditur in monumento musci Parisiensis. [Cfr. Rosellini *M. St. III, I, p. 15*. Tab. adnexa pag. p. 46. illius voluminis, fig. 9.]

10)  $\Phi\kappa\text{-}\mu\epsilon\gamma\text{-}\mu\epsilon\tau$  (sive  $\mu\alpha\alpha$  vel  $\mu\upsilon\mu\tau$ ), *Sol magnus dominus*. Cuius regis annulus etiam secundus est in processione Raméssci, qua producuntur reges familiae decimae octavae. Ante primum illius stirpis regem tres alii commemorantur, qui procul dubio inter omnes anterioris aevi Aegyptiacos reges huic familiae quodam vinculo erant connexi. Quorum primus est Menes, secundus, si vera est coniectura Rosellini (*M. St. I, p. 136*) caput undecimae faulliae, quae in Aegypto regnavit, i. e. Diospolitanae primae, octavus omnium Aegypti regum, tertius Thutmosis, ultimus regum familiae septimae et decimae. Ac re vera nullius hoc loco aptior poterat fieri mentio, quam illius, qui longum Diospolitaram regum (ab undecima inde usque ad vigesimam, excepta decima quarta, quae erat Xoïtica) exorsus est. Anglus Felix arbitrabatur, contineri illo scuto agnomen Menis regis, quod duobus argumentis idoneis refellit Rosellini, altero, quia in illo monumento omnes reges uno tantummodo annulo (quo praenomen vel titulus continetur) indicantur, tum quia antiquissimi reges non nisi uno utebantur nomine, cum peculiare scutum, quod titulos contineret, superfluum esset illa remota aetate. Quorum argumentorum prius iam sufficit, ut opinio ab Anglo Felix proposita prorsus refutetur; alterum certe supervacaneum est, ac nisi magnopere fallimur, siquidem vera sunt, quae supra exposuimus, prorsus erroneum.

11)  $\Phi\kappa\text{-}\iota\mu\omicron\tau\epsilon\text{-}\tau\omicron$ , *aureus sol mundi*.

12)  $\Phi\kappa\text{-}\dots\dots\dots$ , *Sol vigilantiae* [custodiae].

13)  $\Phi\kappa\text{-}\epsilon\mu\alpha\delta\epsilon\upsilon\tau$ , *Sol victor*.

14)  $\Phi\kappa\text{-}\epsilon\mu\mu$ , quod nomen Rosellini vertit *Sol submittens*.

15)  $\Phi\kappa\text{-}\mu\alpha\text{-}\iota\tau\omicron$ , *Sol mundo oblatu*. Quod scutum nominis prorsus congruit cum scuto tituli regis Osortasen I, familiae regiae decimae octavae.

16)  $\Phi\kappa\text{-}\epsilon\alpha\mu\epsilon$  ( $\lambda$ )  $\tau\alpha\epsilon$ . *Sol vivens in iustitia*.

17)  $\Phi\kappa\text{-}\dots\dots\dots$ , *Sol sacra offerens*, secundum interpretationem Rosellini.

18)  $\Phi\kappa\text{-}\alpha\mu\alpha\text{-}\mu\iota\text{-}\mu\alpha$ , *Sol, amicus oblationibus*.

19)  $\Phi\kappa\text{-}\dots\dots\dots$ , *Sol, praesidium dominantium in regione inferiori*.

20)  $\Phi\kappa\text{-}\mu\epsilon\text{-}\iota\tau\omicron$ , *Sol castigator mundi*.

21)  $\Phi\kappa\text{-}\alpha\mu\alpha\text{-}\mu\epsilon\tau$ , *Sol, amicus perfectioni*.

22) Hoc sub numero coniunximus scuta nominis (a) et tituli (b) regis cuiusdam Icc vel Aec vel Oec, cuius cognomen erat *Sol devotus stabilitati*. Reperta sunt in sepulcro viri cuiusdam Menophres appellati, quod exstat in hypogeis prope *Sakkarah*<sup>70)</sup>.

Regibus quindecim priorum familiarum, quibus certus secundum ordinem adsignari nequit locus adnumerandi etiam sunt ii, quos iam recensuimus:

23) Που, Φιφι vel Φφι, in sepulcro prope vicum *Zaviet-el-Meitun* in limine Heptanonididis situm.

24) Ρη-ωγε, *Sol castigator*, in sepulcro, quod est inter pulcherrima, prope vicum Beni-Hassan. Nomen insertum est titulo loci cuiusdam, qui vocatur: ταιουκ ηρη-ωγε (-καρ), *Nutrix terra* (regis) *Reophe*.

25) Tria scuta, quae dedimus sub literis a, b, c, sunt scuta tituli et nominis regis cuiusdam eiusque uxoris:

a. ΣΟΥΤΕΡ ΟΥΓΕ ΖΑΪΤΑΙΕ (ΡΗ-ΠΟΥΡΕ-ΗΜΙΤΟ-ΣΟΥΤΗ ΗΡΗ), *Rex vivens in iustitia (Sol beneficus mundorum, approbatus Soli)*.

b. ΣΙ-ΡΗ-ΩΥΓΕ ΖΑΪΤΑΙΕ (ΙΤΗ ΡΗ.....) *Filius Solis, vivens in iustitia, (discus solaris.....)*. Quid tria extrema signa indicent, haud liquido constat.

c. ΣΟΥΤΕΡ-ΖΙΜΕ-ΤΥΡ (ΙΤΗ ΗΜΟΥΡΕ ΒΟΥΡΑΥΤ), *Regia uxor, magna (discus solaris beneficorum Nofrait)*.

26) ΣΟΥΤΕΡ (ΡΗ-ΚΑ-ΑΜΑ), *Rex, Sol amarus oblationes*. Repertum est scutum in sepulcro prope *Siut*, Lycopolin veterum.

27) Praenomen, quod continetur in hoc scuto, per Hippolytum Rosellinum in vetustissimo sepulcro prope Eilythuiam invento, explicari potest hisce verbis: *Sol, Tutela inferioris regionis mundi i. e. Aegypti inferioris*. Supra scutum deprehenditur unus ex titulis vulgaribus regum Aegyptiorum: ΤΥΡ-ΠΟΥΡΕ, *Deus beneficus*.

28) Duo scuta literis a et b indicata continent titulos et nomen regis Σεκωφ, Sevekothph, quem Salt et Wilkinson false dixerunt esse dixerunt, quam regem familiae vigesimaе quintaе, qui Sabako vocatur. Utrumque scutum una cum tertio (c), in quo nomen dei Sewek symbolice crocodilo indicatur (vide supra Section. III.) in rudibus Abydi urbis repertum est. Huius regis duae in museo Parisiensi adservantur staturae, quarum altera fere naturalis magnitudinis continet inscriptionem \*): ΠΤΡ-ΠΟΥΡΕ ΝΕΗ-Η-ΤΟ-ΤΟ (ΡΗ-Ψ [Ψ]-ΠΟΥΡΕ) ΣΙΡΗ (ΣΕΚΩΦ), *Deus bonus, dominus utriusque mundi (Sol dominus benignus) filius Solis (Sevekothph)* altera formae colossaeae granite roseo (*granito rosso*) constructa titulum offert a superiore paulo discrepantem. Cave, ne eum confundas cum alio quodam eiusdem nominis rege, cuius scutum repertum est in stela quadam Lutetis Parisiorum hodie adservata. In vexillo eiusdem regis deprehenditur inscriptio: ΖΑΡ-ΨΗΡ-ΩΥΓΕ-ΤΟ-ΤΟ, *Horus magnus, corrector utriusque mundi [Aegypti]*.

29) Duo scuta, quae Rosellinius (p. 145) interpretatur: *Rex faciens iustitiam, dominus mundi* (Terei vel Nutei, siquidem signum, quo divinitas indicatur duplici ratione legere licet, vel ΤΥΡ vel ΠΟΥΤ) *divinus moderator regionis beneficentiae et aequitatis,*

\* Cfr. Rosellini, *Monumenti storici* P. III, T. I, p. 13 sqq.

in sepulcro inchoato sed non absoluto prope vicum *Biban-el-Muluk* [sepulcra regum] reperta sunt.

30) Ἰταβήην Vel Ἀταβήην, Itenboschen vel Atenboschen<sup>\*)</sup>, cui titulus fuit: *Domini mundi* (*Sol bonus utriusque mundi, probatus Soli*). Uxor eius vocabatur: ἄτη ἡμοσπε, Τηοσρατ i. e. *discus benevolentiae*, Tinofruit.

31) Σοῦρη (Ρη-ἡ-Οερ vel Οῦερ), *Res, Sol custodiae*, quod praenomen una cum vexillo delineavit Ricci prope vicum *Wady-Magara*<sup>\*\*)</sup>. Quod si perpenditur, a familia inde regum decima sexta frequenter occurrere nomen Osortasen, cuius primae syllabae cum illo nomine congruunt, vix licet dubitare, quin decimae quintae sit ille adscribendus.

Scuta regum familiae decimae quintae deprehenduntur in tabula Abydena, quae (proh dolor!) temporum hominumque iniuria adeo est laesa, ut unum tantummodo aliqua certitudine interpretari liceat. Quae tabula (quam rectius *parietiam* appellaveris *picturam*) anno huius saeculi decimo octavo ab Anglo W. John Bankes reperta est, qui ut Abydi urbis rudera melius investigare ac perscrutare posset, propriis sumptibus prope vicum *El-Haraba* (ita enim hodie vocatur Abydus antiquorum) solum perfodi iussit. Accuratam archetypi descriptionem ad fidem delineationum inter se congruentiam Anglorum Bankes et Wilkinson dedit Young in Collectione, quam paravit, inscriptionum hieroglyphicarum<sup>72</sup>). Etiam Gallus Cailliaud<sup>73</sup>) quem iniuria critici nonnulli negligenter rem egisse dictabant, eam, dum in Aegypto degebat, delineavit, quamvis negari nequeat, eum omisisse scuta nonnulla, ita ut Champollion<sup>74</sup>), qui huius exemplaris ope decimam octavam regum familiae reproducere conabatur, repetita vice in errores incidit. Ast turpis erat ac contumeliosa criminatio ista, qua innocentem Champollionem vilis obtrectator Klaprothius insectabatur (de quo iam diximus in fine sectionis huius operis tertiae), consulto eum adulterasse, depravasse, interpolasse tabulam, qualem Cailliaud delinquerat<sup>75</sup>). Qui nuper matura morte vivis est ereptus Mimaut, Consul princeps Francogallorum in Aegypto, rudera transtulit Lutetiam Parisiorum ubi hodiernum adservantur<sup>76</sup>).

Tabula, quam secundum delineationem Rosellini deditur in tabul. nostr. XIX. tribus constat scutorum ordinibus, quorum non exigua pars perit laeso pariete, cui erat insculpta. Ordo praenominum, quibus indicabantur reges Pharaonici dynastiae decimae octavae inchoatur a nr. XLI. Sex priora (nr. XXXV - XL) scuta continent titulos regum ex familia decima septima oriundorum; in quinque illis, quae ea praecedunt, de quibus diximus, reperta essent praenomina quinque, qui fuerunt, regum familiae decimae sextae, nisi lacuna exstaret in ipsa tabula. Restat scutorum numerus XXIX. Quae, quod evidentissime, ut solet, demonstravit Rosellinius (*l. l.*, p. 152) nullius alius familiae nomina praebere queunt, nisi decimae quintae. Etenim decima quarta composita erat septuaginta septem regibus Xoïtibus, quibus nulla interessit consanguinitas cum regibus familiae Diospolitanae, quibus procul dubio adnumerandus est Ramesses ille huius nominis tertius, cuius scuta, tam nominis quam titularum, totam expleat imam figurarum seriem. Accedit,

\*) Rosellini, *l. l.*, p. 8 sqq.

\*\*) Rosellini, *l. l.* p. 15 sqq.

\*\*) Cfr. *Description des Antiquités Égyptiennes*

etc., composant la collection de feu M. J. F. Mi-maut, par I. I. Dubois. Paris 1837, 8. Vide praetera Rosellini, *Monum. St. III*, 1, p. 16 - 19.

quod non omnibus vacabat locus, neque ullum excogitari potest argumentum, cur ordo regum ab eorum ullo inceptis, qui caput familiae cuiusdam non fuisset. Minime vero puti, quemquam certis probare posse argumentis, quod facere conatus est Rosellinius, numerum regum, quibus quindecim priores familiae componebantur \*), non maiorem fuisse, quam XXIX. Facillime enim fieri poterat, ut quod supra factum vidimus in *processione Ramessesi*; tab. XX.) series maiorum Ramessis tertii a Mene inchoasset, quem statim excipiebat auctor generis undecimi, fortassis etiam capita familiarum duodecimae et decimae tertiae. Mihi quidem, si omnino fides tribuenda venerando illi antiquitatis monumento, qua de re nemo, nisi infaustae vanitatis homo, hodie dubitat, luce meridiana clarius videtur, numerum regum familiae decimae quintae haud maiorem fuisse quam XXIX. Atqui supremum tabulae Abydenae ordo adeo est laesus, ut unum tantummodo scutum aliqua cum certitudine interpretari liceat (nr. XXVI). Rosellinius praenomen, quod dedimus in tabulae nostrae XXI. fig. 30,  $\sigma\nu\epsilon\rho\upsilon\epsilon\text{-}\eta\text{-}\kappa\alpha$ , italice reddit: *il benefico dell' offerta*. Syllaba  $\sigma\omicron\tau$ , qua clauditur scutum, nihil ait esse aliud, nisi vulgare quoddam artificium, quod saepe recurrit, ut scutum expleatur, ideoque esse absque omni significatione, qua in re nullum fore critici ingenii hominem opinor, qui ei adstipuletur. Wilkinsonus praeterea affert nomen regis familiae decimae quintae, cuius scuta dedimus in tab. I. fig. 31. a. b.

Clariorem lucem praebent monumenta regum ex familiis insequentibus, atque iam in decima sexta successit Hippolyto Rosellinio, ut duorum postremorum regum nomina in sepulcro prope vicum *Beni-Hassan* detegeret, quod erat gentilicium tribuno cuidam militum *Nevothph* appellato. Deprehenduntur ibi quatuor scuta titulorum, quorum duo postrema congruunt cum scutis nr. XXXVI et XXXV tabulae Abydenae, quae titulos continent duorum priorum regum familiae decimae septimae, unde patet, duo reliqua scuta duobus postremis regibus familiae decimae sextae esse adscribenda. Praeterea in sepulcro paulo ante commemorato plus semel apparent scuta titulorum, quibus unice opus erat, ut reges alter ab altero distingui possent, iuncta cum scutis suis nomina ipsa continentibus. Exinde intelligitur, quarto decimae sextae familiae regi nomen fuisse  $\sigma\epsilon\tau\tau\epsilon\eta$ , *Osortasen* (I). Anteaquam vero exponimus, quae de hoc rege nobis innotuerunt, paululum commoramur apud patrem eius, cuius facta est mentio in inscriptione statucae cuiusdam, cuius hodie fragmentum tantummodo superest, pedes enim cum sedili. Primum statucae postquam haec Aegyptum patriam deseruit, possessor fuit *Capranesi*, nobilis Romanus, deinde emta est a *Bunsenio*. In inscriptione deprehenditur nomen patris huius primi *Osortasen*, tertii igitur regis familiae decimae sextae. Iam ante Rosellinium *Richardus Lepsius* huius statucae descriptionem dederat \*\*). In uno ex lateribus illius sedilis deprehenditur haec inscriptio \*\*\*):  $\sigma\omicron\tau\tau\eta$  ( $\rho\eta\text{-}\kappa\alpha\text{-}\eta\text{-}\tau\omicron$ )  $\tau\eta\sigma\epsilon$   $\kappa\tau\tau$   $\alpha\lambda\epsilon\upsilon\epsilon\tau\epsilon$   $\mu\alpha\lambda\acute{\iota}\text{-}\theta$   $\eta$   $\alpha\tau\eta$  ( $\eta\eta\epsilon\eta\omega\tau$ )  $\sigma\omicron\tau\tau\eta$  ( $\rho\eta\text{-}\eta\text{-}\sigma\epsilon\tau$  vel  $\sigma\tau\epsilon\tau$ )  $\alpha\lambda\epsilon\upsilon\epsilon\tau\epsilon$   $\eta$   $\tau\omicron\tau\tau$  [ $\tau\omicron\sigma\tau\tau$ ]  $\delta\epsilon$   $\lambda\epsilon\tau$  — ( $\mu\eta\epsilon$ )  $\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$   $\eta\eta$   $\tau\eta\sigma\epsilon$   $\kappa\tau\tau$  i. e. *Res (Sol oblatum mundo) largitor vitae in perpetuum, fecit hanc durabilem constructionem patri suo regi (Soli custoditae), fecit statuam lapide durabili facienti se iugiter circifcatorem*. Eadem repetita

\*) Index eorum deest in catalogo Manethonis.

\*\*) *Bulletino dell' Istituto di Corrispondenza archeologica*, luglio e agosto 1837, p. 120 sq.

\*\*\*) Rosellini, *M. Sc.*, Tom. III, P. I, p. 21 sqq. coll. tab. adnexam paginae 46 eiusdem voluminis, nr. XI.

est in altero sedilis latere ita tamen, ut nonnulla differant. Praesertim loco scuti, quo titulus patris continetur, ibi deprehenditur scutum nominis, quod legendum est  $\Delta\alpha\mu\alpha$  vel  $\text{Oam}$ .

Iam redeamus ad regem  $\text{Osartasen I}$ . Scutum tituli, uti iam ex adlata inscriptione patet, continet titulum *Sol oblatus mundo* (32, a. b. Fig. c. praebet vexillum eiusdem regis. Qui rex haud alius esse videtur, atque  $\text{Amesses}$  vel  $\text{Amosis}$ , cuius obiter mentio facta est in verbis quibusdam  $\text{Eusebii}$  <sup>76)</sup>, qui eum circa annum centesimum sexagesimum primum stirpis decimae sextae vixisse ait <sup>77)</sup>. Per longum temporis spatium eum regnasse exinde patet, quod in sepulcro quodam prope *Beni-Hassan* annus regni eius commemoratur quadragessimus tertius. Supersunt innumera monumenta ab hoc rege constructa, quibus elucet, quantopere artificibus praesidium fuerit ac fautor. Quo pertinent duo obelisci, alter<sup>†)</sup> Crocodilopoli in nomo Arsinoitico (*Fayyum*), alter Heliopoli<sup>\*\*)</sup>; sepulcra prope *Beni-Hassan* eo regnante constructa et excavata, quae tanta perfectione omnibus numeris sunt absoluta, ut, quantopere sub hoc rege floruerint artes manifesto eluceat; praeterea stele prope secundam Nili catadupam in Nubia in lucem protracta, quae hodie adservatur in museo Florentino <sup>78)</sup>, cuius inscriptione demonstratur, hunc regem bello non minus quam pace excelluisse. Quibus monumentis nuper alia quaedam accesserunt: quae recensuit et interpretatus est  $\text{Rosellinius}$  (*l. l.*), quae inter notandae etiam sunt stelae, quarum nonnullae adservantur hodie in Museo Parisiensi, aliae Lugduni Batavorum, descriptae a  $\text{Conrado Leemans}$  <sup>79)</sup>. Omnium pretiosissima est stela illa argumenti historici, quae hodie adservatur in museo Florentino, accurate descripta et explicata ab  $\text{Hippolyto Rosellini}$ †). Commemorantur in inscriptione eius quatuor populi prorsus ignoti Libyae interioris, quorum nomina haec sunt:  $\text{Schameik}$  (*Schameik*),  $\text{Ratsoa}$  terra *Ratsoa*, vel terra *gentis Soa* [quando  $\text{Rat}$  sumitur pro appellativo, *race, razza*];  $\text{Septem signorum quartum est ignotum}$ . Quantum etiam adest nomen, sed adeo deletum, ut legi nequeat.

Successor eius, quem  $\text{Wilkinson}$  <sup>79)</sup> appellat  $\text{Amun-ni-gori}$ , vocabatur  $\Delta\alpha\mu\alpha\text{-}\Delta\alpha\epsilon$  *Amenemhe*. Scutum tituli (33, a<sup>1</sup>), quod  $\text{Rosellinius}$  interpretatur: *Sol perfectus in iustitia*, deprehenditur inter quatuor illa, quorum supra mentionem fecimus, scuta coniuncta in sepulcro prope *Beni-Hassan*, paululum truncata fig. 34. Vexillum dedimus

<sup>76)</sup>  $\text{Burton}$ , *Exc. hierogl.*, II, tab. 29.

<sup>77)</sup> Rudera eius conspicuatur obelisci prope hodiernum vicum *Mataryeh*. Quatuor fides iam publicaverat  $\text{Burton}$ , *Excerpta hieroglyphica*, nr. II; unam reproduxit  $\text{Rosellini}$ , *M. Rel. Tab. XXV*, 1, et interpretatus est in *Monom. Stor.* III, 1, p. 33 — 37. Alterum etiam obeliscum, prioris comitum ibi aliquando stetit, tum ex more Aegyptiorum fit probabile, tum ex traditionibus vulgi fere certum est. Cfr.  $\text{Wilkinson}$ , *Topography of Thebes*, p. 316.

<sup>78)</sup> *Monumens Égyptiens*, etc. (Lugd. Batav. 1838, 8.), p. 32 sqq.

†) *Monumenti Storici*, III, 1, p. 38 sqq. I, p. 159. *Monumenti Religiosi*, Tav. XXV, fig. 4. Apud  $\text{Champollion}$ , *Monumens d'Égypte et de Nubie*, Tom. I, Pl. I, p. 1, eadem delineata est stela, sed talem in modum defigurata, ut vix agnosci possit. Quae negligentia non est  $\text{Champollionis}$ , sed editorum, quibus omnis decet hieroglyphicae litteraturae cognitio. Etenim repetitum est vetus exemplar, quod in prioro suo per Aegyptium itinere numibus Summi Anglorum consulis  $\text{Salt}$  suscepti, fecit  $\text{Dr. Ricci}$ .

fig. 33, c. Regem Amenemhe, qui quarto regni sui anno cecidit in proelio contra pastores (εργαστ), Manetho vocat *Tinaum*, Syncellus<sup>80</sup> *Coucharin*.

Epocha huius familiae regiae, quam Rosellinius derivare conatus est ex observationibus quibusdam, quas fecerat de numeris a Manethone tanquam summa regni uniuscuiusque familiae indicatis, nobis, quibus id potissimum curae est, explicandi, qua ratione hieroglyphicae inscriptiones sint legendae atque interpretandae, ac demonstrandi, quibus inde repeti queat fructus in explicatione antiquitatum Aegyptiacarum, exigui tantummodo est momenti, necnisi obiter commemoramus, Rosellinium initium huius regiae familiae posuisse in anno MMCLXXII a. Chr. nat. eiusque finem in anno MMLXXXII. Quaestio de chronologia Pharaonum procul dubio partem efficeret hieroglyphicae doctrinae, si fieri posset, ut ex aliqua hieroglyphica inscriptione repereretur initium indicis chronologici, quod nunquam fore pro certo fere affirmare licet. Ad hunc usque diem historia Aegypti non nisi *συγχρονισμοίς* vel absoluta quadam temporum notatione eaque Graecorum scriptorum auctoritate nixa, cum reliquorum veteris mundi populorum historia connecti poterat, quod complures docti viri, suo quisque iure, instituere ac perficere sunt conati. Omnes disquisitiones, quae tanquam fundamento superstructae sunt numeris a Josepho, Ensebio, Syncello aliisque ex perdito Manethonis opere repetitis nobisque hac ratione conservatis, propter dubiam eorum fidem, quae non nisi accurata omnium, quae aetatem tulere, fragmentorum collectione removeri potest, vel prorsus infaustum habnere eventum, aut certe de novo sunt inchoandae. Quo pertinent ea, quae disseruerunt Perizonius<sup>81</sup>, Potocki<sup>82</sup>, Prichard<sup>83</sup>, Rask<sup>84</sup>, aliique<sup>85</sup>, qui *συγχρονισμοίς* ope finem adsequi sunt conati, quum eius modi uterentur datis, qualia sunt exitus Israëlitarum ex Aegypto, demigratio Danai, Cecropis aliaque huius generis similia. Champollion-Figeac<sup>86</sup> alteram inivit viam, quum ope loci cuiusdam apud Syncellum<sup>87</sup>, in quo periodum Sothiacam commemoratam esse opinabatur, eorumque, quae Graeci Romanique scriptores, praesertim Censorinus<sup>88</sup> et Theon<sup>89</sup> de periodo illa nobis tradidere<sup>90</sup>, absolutam quandam epocham constituere conaretur. Atqui Bunsenius<sup>91</sup> alium quandam locum Syncelli<sup>92</sup> comparavit, ex quo liquido demonstrari potest, non de periodo Sothiaca disserere scriptorem, sed de regis cynici circuli familiis. Nos quidem in iis, quae sequuntur, constanter temporum definitiones a Rosellinio datas obiter indicabimus, nullis tamen additis argumentis, ita ut facile sit perspectu, nos certam iis minime tribuere fidem.

Ultimo rege familiae decimae sextae regnante irruerunt, quod iam supra commemoravimus, εργαστ in Aegyptum<sup>93</sup>. Certus fidusque unus tantum modo in hisce historiarum tenebris exstat dux Manetho, cuius verba invasionem populi pastorum spectantia et illustrantia, integra ad verbum tenus servata sunt apud Josephum (cf. *Append.* nr. XXVII) et in versione armeniaca operis Eusebiani<sup>94</sup>. Prima, quae sese nobis offert quaestio, naturam huius populi meris pastoribus, uti dicitur, constantis (ut recentioris aevi vocabulo utar, *nomadici*) indagaturis, est de origine eius instituenda. Fuerunt, qui arabicam gentem fuisse arbitrentur, quod ex ipsis Manethonis verbis non elucet: Josephus contra omnes criticae artis leges populi sui atavos fuisse perhibet, ita ut iteram semiticae stirpis eos fuisse legamus. Quam opinionem veram esse censuit Perizonius<sup>95</sup>; falsam esse ex Pentateucho certissimis, nisi egregie fallimur, probari potest argumentis. Aegyptiis



populo agros suos colenti pastores erant exosissimi<sup>96)</sup>; nihil tamen secius Abraam, princeps quidam Beduinorum, benigne ac liberaliter exceptus est<sup>97)</sup>, inmo etiam Josephus Pharaoni, cum familiam suam eius in fidem ac clientelam traderet, pastores esse diserte dicebat<sup>98)</sup>. Cum chronographis igitur statuendum videtur, *patriarchas*, qui vocari solent Hebraeorum dominantibus in Aegypto regibus pastoribus vixisse ac Niloticam vallem frequentasse. Josephus autem, cui procul dubio lingua erat familiaris, qua regia domus utebatur, interprete usus est<sup>99)</sup>, quum fratres alloquebatur; unde manifesto patet, linguam semiticae originis non fuisse, licet nomen a Pharaone Josepho datum, quod aegyptiacae aperte est originis<sup>100)</sup>, minime probet, aegyptiacae eos esse locutos, sed nihil aliud, nisi secundum morem omnium, qui terras expugnavere populosque subiugaverunt, eos lingua populi esse usos, ubi cum populo esset agendum. Caerulei oculi, caesaries flava, in rubrum fere vergens colorem, quibus statim agnoscuntur captivi in monumentis familiae decimae septimae et decimae octavae delineati, qui secundum adpositam inscriptionem hieroglyphicam erant *guc* i. e. *Hyksos* (חַקְסוֹס, quemadmodum scribere solebat Champollion), gentem istam scythicis populis affinem fuisse probat, eodemque agnoscit Bosellinius<sup>101)</sup> non sine iure in *rubris Idumaeis* אֲדוּמִי, rubrisque Phoeniciis, *ἀδελφοὶ Φοίνικες* qui apud Syncellum vocantur. Atque hic loci mentio facienda est essedi, quod in praenao catacombarum thebaicarum repererunt docti Florentini, qui una cum Champollione et Rosellinio Aegyptum frequentarunt. Quod essedum, longe diversum ab aegyptiacis, quorum imago toties recurrit in parietibus palatii Karnacensis aliisque in locis scythicae fuisse originis ab omnibus fere eruditis viris nec sine iure contenditur<sup>102)</sup>.

Peregrinae regum familiae nullum remansit vestigium in monumentis veteris Aegypti, quod nemini mirum videbitur (quamvis fuerint viri docti, qui hoc argumento demonstrare volebant, reges illos minime tam longum temporis spatium in Aegypto regnasse), at vestigia adsunt familiae legitimae in Aegypto superiore Nubiaeque inferiori, unde indesinenter peregrinos hostes infestabant. Quibus continuis pugnis proelisque in superiore mediaque Aegypto multa illarum regionum monumenta interiere<sup>\*)</sup>. Quamvis nihil de ea dictum sit in fragmentis operis Manethoniani, quae familiam spectant regiam decimam et septimam, tamen regnasse illius familiae reges coevos regibus pastoribus, elucet ex verbis disertis Julii Africani apud Syncellum<sup>103)</sup>. Nomina quae illic loci non sunt indicata, ex tabula Abydena agnoscimus, vereque durasse legitimam familiam concludere licet ex ratione, qua regum pastorum desiit imperium: ex hellicoso Aegyptiorum animo sub regibus familiae decimae octavae, quem aluerunt continuae pugnae contra peregrinos pugnatae.

Annulus cui numerus XXXIV. in tabula Abydena continet praenomen regis Timai Concharis vel Amenemhe I. ultimi regis familiae decimae sextae; deinde qui sequitur annulus numero XLI indicatus nomen regis Amenophet vel Amenophis, a quo initium cepit familia decima octava. Hinc consequitur, sex scutis, quibus numerus est, a XXXV. usque ad XL., praenomina sedecim regum legitimorum familiae regiae decimae septimae (diospolitanae vel thebaeae) comprehendi. Primum illius familiae regem fuisse

\*) Cf. Rosellini, *M. C.*, I. p. 73 sqq.

filium infelicis illius regis Timai Concharis \*), patet, demonstrante sagacissimo Anglo Felix, ex inscriptione steles cuiusdam, quae olim erat Consulis aliquando Suecici in Aegypto Equitis Anastasii, hodie vero cum reliqua eius collectione adservatur in Museo Lugdunensi Batavorum. Ibi deprehenduntur imagines regis Amenemhe I duorumque, qui eum proxime exceperunt regum, tresque illi aperte praedicantur nominibus avi, patris ac filii, ita ut ipsa familia re vera non sit remota a regno vel interierit. Videtur potius eum tantummodo in finem novae statutum fuisse initium familiae, ut manifestius pateret, reges huius familiae coevos fuisse regibus pastoribus, quibus decimae septimae familiae nomen deinceps invaluit. Primus, a quo familia originem cepit, rex contra solitum morem<sup>104</sup>) nomen patris sui infelicissimi adsumsit. In sepulcris prope *Beni-Hassan* titulus integer cum nomine legitur (35), ita interpretandus:  $\text{COTTEH (H-n-ncrj-ni-nb) CPH (Δααδδρη)}$ , *Rex (sol splendidus oblationum) filius solis (Amenemhe)*. Vexillum (35, c) continet inscriptionem phoneticis signis exaratam:  $\text{COP-PI CPH ΔΤΑΕ}$ , *Horus Sol . . . . . in iustitia*. (Quid  $\text{CPH}$  significet, ignoramus). Wilkinson inde nomen effinxit regis cuiusdam Amunagori II, quem familiae regiae decimae sextae adnumeravit. Scutum tituli, quo utebatur regis Amenemhe successor deprehenditur in tabula Abydena (fig. 36), scutum nominis in sepulcris prope *Beni-Hassan*, et in stele illa, cuius paulo ante mentionem fecimus, collectionis Anastasiae. Inscriptio integra (3) ita est legenda:  $\text{COTTEH (H-nb... TO) CPH (OCPTEN)}$ , *Rex (Sol dominus mundi), filius Solis (Osortasen)*. Vexillum eiusdem regis (36, c) nondum est explicatum.

Tertius familiae huius decimae septimae rex eodem nomine utebatur: appellabatur enim *Osortasen* (III). Scutum tituli (37, a) verba continens: *Sol (dominator oblationum)* deprehenditur in tabula Abydena (nr. XXXVII), scutum nominis repertum est in rupe sita in litore occidentali Nili prope primam catadupam. In templo vici hodierni *Semneh Ricci* descripsit inscriptionem hieroglyphicam ad regem Thutmosin IV. familiae decimae octavae pertinentem, ex qua elucet, memoriam huius regis in Nubia Aegyptoque diu temporis viguisse. Multa praeterea alia exstant documenta, quibus demonstrare licet, hunc regem prae reliquis a regibus successoribus suis maxime fuisse aestumatum. Etiam Thutmosis V. rex praenomini sui regis *Osortasen* III. praenomen adiecit in parastata templi *Amadeni* (in latere septentrionali). Procul dubio *Osortasen* III. unus erat exigui regum ad familiam decimam septimam pertinentium numeri, qui fortiter atque indesinenter proliavere contra reges pastores ( $\text{CPTCOC}$ ) eorumque incrementis pertinaciter resistere, unde intelligitur, quanta eius posteriore etiam aevo fuerit nominis reverentia. Regni illius regis unum tantummodo superest monumentum,  $\text{CPTCOC}$  funebris lapide calcario constructa, asphalto hic illic maculata et variegata, quae pertinuit ad militem quandam nominis *Eihanoft* servitio regis *Osortasen* III. addictum. Quod monumentum maximi procul dubio pretii nuperime adquisitum est Regio Museo Aegyptiaco Berolinensi, ubi hodie adservatur. Wilkinson huic regi adscribit etiam scutum nominis a nobis delineatum in tab. XXI, fig. 1,

\*) Stelae duae huius regis adservantur in Museo Aegyptiaco Parisiensi (in veteri palatio Galliae regum *Louvre* vocato). Cfr. Rosellini. *M. Stor.*, III, 1, p. 46.

quod continet nomen  $\text{Hofpe-}\gamma\tau\epsilon\text{n}$ , *Nofre-Step*. Vexillum (tab. XXI, fig. 37, c) secundum Rosellinium interpretandum est: *fortis mundi*.

Scutum nominis, quod cohaeret cum scuto tituli nr. 38 tabulae Abydenae (cfr. tab. nonstram XXII, fig. 2.) est regis, qui successit regi Osortasen III. ac deprehenditur in inscriptione quadam prope *Wady-Magara*: quam descriperunt Nobilis Anglus Lord Prudhoe eiusque in itinere comes Felix, unde scutum et quae in eo continentur transscripsit Wilkinson \*). Patet exinde, Pharaonem hunc eodem usum esse nomine, quo superiores quidem reges, Amenemhe (III, apud Wilkinsonum vocatur Annunamgori III.). Titulus fuit  $\text{Pn-}\bar{\text{i}}-\gamma\tau\alpha\epsilon$ , *Sol veritatis et iustitiae*. Certum est, eum diu temporis regno praefuisse, quippe quia in magna inscriptione prope vicum hodiernum *Subat-el-Quadim* indicatur regni illius annus quadragesimus quartus. Stelae funebres sub eius regno erectae adservantur in Museis Aegyptiacis Florentiae, Lutetiae Parisiorum et Holmiae Suecorum \*\*). Scutum tituli quinti regis huius familiae (fig. 3.) continet praenomen  $\text{Pn-}\mu\epsilon\tau\alpha\gamma\bar{\text{o}}$ , *Sol vocatus in iustitiam* vel *Sol iustificatus*, quod congruit cum praenomine regis cuiusdam, cuius supra fecimus mentionem (tab. XXI, fig. 8.) ac saepenumero comparet in stelis Aegypti superioris. Scutum nominis ignoratur.

Ultimus huius regiae familiae rex, quo dominante pastorum gens ex valle Nilotica pelli coepit, nomen tulit *Misphragmuthosis* secundum Manethonem. Propter ea, quae fortiter gessit ac viriliter contra inimicos patriae suae, quam a barbarorum iugo liberavit eosque ita fugavit, ut *Avarin* <sup>105)</sup>, urbem inchoans ab Aegypti obsidione cinctam, sese reciperent, et pacto foedere cum primo insequentis familiae rege in Asiae deserta priscaque incunabula reverterentur, cum *Mene* rege primo, quem vel fabula vel historia fert, et cum capite undecimae (primae diopolitanae) familiae, tamquam unus inter optimos fortissimosque Aegypti reges ante decimam octavam regum familiam in processione illa supra iam plus semel a nobis commemorata *Ramesse* *Thebani* (Tab. XIX.) commemoratur, quae res adeo decepit Wilkinsonium, ut proximae quae deinde sequitur familiae eum adnumeraret. Nomen eius iamiam *Champollion* <sup>106)</sup> dederat (cfr. Tab. XXII, fig. 4, b). Incertum tamen est, qua ratione sit legendum. Symbolicum enim *lunae* signum quum pronuntiari queat vel  $\Delta\alpha\epsilon$  ( $\text{Oo}\epsilon$ ) vel  $\Theta\sigma\gamma\epsilon$ , iure dubites, num nouinis forma fuerit  $\Delta\alpha\epsilon\mu\alpha\epsilon$  an  $\Theta\sigma\gamma\tau\alpha\epsilon$ ; ac re vera utraque huius Pharaonici nominis forma in excerptis, quae supersunt ex opere Manethoniano, occurrit, ubi verba (apud Syncellum) leguntur haec: *Ἀμωσις ὄς καὶ Θιδμωσις*. Nomen tituli Rosellinius interpretatur: *Sol dominus vigilantis*. In templo prope *Semuch* repetita vice recurrit nomen huius Pharaonis, comite scuto, quo continetur nomen uxoris (fig. 5) cum inscriptione:  $\text{co}\gamma\tau\bar{\text{h}}\ \gamma\mu\alpha\epsilon$  ( $\Delta\alpha\epsilon\mu\alpha\epsilon$   $\text{nospe-}\Delta\alpha\text{p}$ ), *regia uxor, Aahnes* [filia Luni] *Nofre Ari*. Regnante Thutmosi templa Memphis et Thebis restaurari coeperant, quod prae reliquis patet ex inscriptione monumenti supra iam nobis commemorati, exstructi a Thutmosi eius regni anno vigesimo secundo. Reges igitur huius familiae decimae septimae fuere:

\*) Cfr. Barton, *Exc. hieroglyph.*, nr. I, plate XII.

\*\*) Cfr. Rosellini, *Monumenti Storici* III, 1. p. 70 sq.

- I. Amenemhe II, filius regis Amenemhe I. (Tinaus-Concharis Graecorum).  
 II. Osortasen II, illius filius.  
 III. Osortasen III.  
 IV. Amenemhe II.  
 V. .... Rex quidam, cuius praenomen tantummodo innotuit.  
 VI. Amosis vel Thutmosis (Misphragmuthosis vel Misphrathutmosis vocatus apud Manethonem. Nomen, quod ultimo commemoravimus loco, deprehenditur in variis Syncelli Eusebiique codicibus. Apud Josephum vocatur Alisphragmuthosis).  
 Regnavit familia ab anno inde MMLXXXII. usque ad annum MDCCCXXII. a. Chr. n.

Sequitur familia decima octava omnium reliquarum longe celeberrima et clarissima, ita ut fama eius ad ipsos Graecos post longam saeculorum seriem pervenerit. Cuius familiae historiam, statim postquam eo pervenit, ut hieroglyphica signa posset interpretari, enucleare ac dilucidare conatus est Champollion, quem Augustae Taurinorum degere et musci Aegyptiaci monumenta explicare conaretur. Quamvis magus fuerit numerus monumentorum, quibus utebatur, plus tamen semel in errores incidit, qua de re nemo aequi animi iudex eum vituperabit. Felix<sup>107)</sup> et Wilkinson eiusmodi errores acerbè perstrinxerunt iam ante Rosellinium, qui huic regiae familiae prae reliquis peculiarem operam navavit. Ac digna fuit profecto eiusmodi opera ac studio haec familia tum propter res praeclare gestas domi forisque, tum propter ἱξοδοῦν filiorum Israël, tum denique propter ingentem, quae omnis generis supersunt, monumentorum numerum.

Limpidissimus, ex quo in historia huius familiae hauriri potest, fons est fragmentum quoddam Manethonis, quod ad verbum tenus servaverunt nobis Josephus<sup>108)</sup> et Eusebius<sup>109)</sup>. Seriem regum huc pertinentium talem fuisse inde cognoscimus, qualem sequens tabula offert:

	Annos	menses
I. Thetmosis, expulsis pastoribus, regnavit . . . . .	XXV	IV.
II. Chebron, eius filius . . . . .	XIII	—
III. Amenophis . . . . .	XX	VII.
IV. Amesses, eius soror . . . . .	XXI	IX.
V. Mephres . . . . .	XII	IX.
VI. Misphramuthosis . . . . .	XXV	X.
VII. Thmosis . . . . .	IX	VIII.
VIII. Amenophis . . . . .	XXX	X.
IX. Horus . . . . .	XXXVI	V.
X. Akenchres, eius filia . . . . .	XII	I.
XI. Rathotis, illius frater . . . . .	IX	—
XII. Achencheres . . . . .	XII	V.
XIII. Acheucheris II. . . . .	XII	III.
XIV. Armais . . . . .	IV	I.
XV. Ramesses . . . . .	I	IV.
XVI. Armesses Meiamun . . . . .	LXVI	II.
XVII. Amenophis . . . . .	XIX	VI.

Summa CCCXXXIII.

Haec Manetho.

Praeterquam in tabula Abydena, de qua dictum est supra, deprehenduntur scuta titulorum, quibus indicabantur Pharaones huius regiae familiae, in *processione* Ramessעי Thebani, ubi undecim illa scuta a nobis numeris XI — LI signata exhibentur, in sepulchris prope *Gurnah*, ubi leguntur scuta XLIV — XLVII, denique in *processione* quadam delineata regnante Setlōsi, primo familiae decimae nonae rege, in ruderibus prope vicum *Medinet-Abu*, ubi scuta nr. XLVII — LI tabulae Abydenae sunt repetita. Secundum horum monumentorum auctoritatem familia regum decima octava constitit quatuordecim, secundum canones Iulii Africani et Eusebii sedecim, secundum verba Manethonis apud Josephum septemdecim regibus, quae differentia numerorum nonnisi accurately monumentorum studio ab hac regiae familia constructorum et hodiernum superstium potest explicari.

Caput huius familiae fuit Thutmosis, quo nomine appellatur apud Manethonem filius ultimi regis familiae decimae septimae, qui propter insignes victorias de *Pastorum* populo (επιστας) reportatas, quos tandem penitus fugavit ex Aegypto, apud posteros peculiarari modo venerabatur, unde explicandum est, quod toties in monumentis eius sit facta mentio. Scutum nominis (fig. 6, b) frequenter occurrit cum scuto tituli ex tabula Abydena noti. Utrumque coniunctum haec continet verba: *Deus beneficus (Sol distributor oblationum)* filius Solis (ΑΑΙΩΤΗΤΗ vel ΑΑΙΩΘΕ), Amenotp, Amenot hph vel Amenoph tpe. Nomen proprium vulgo compenlio scribitur hunc in modum ΑΑΙΩΘΕ (cfr. fig. 7, ubi additus est titulus: *moderator regionis beneficentiae et iustitiae*), quod Graeci sub forma *Αμύνωφης* saepenumero commemoraverunt<sup>11)</sup>. Monumenta, quae ab eo sunt constructa, reperta sunt prope *Ibrim*, prope *Silsiliu*. Apud posteros divinis gaudebat honoribus. Ita, ut exemplo utar, in sepulcro prope Thebas, ubi Pharaonum regum series inde a familia decima octava usque ad regem Menepthha I. delineata est, deprehenditur inscriptio in honorem defuncti cuiusdam sacerdotis hunc in modum concepta: ΟΥΤΩΕ ΚΤΡ-ΡΟΝΤ ΑΝΕ Η ΑΑΙΩΤΗΤΗ ΑΑΙΩΘΕ, *Osirianus* (i. e. defunctus), *divinus sacerdos-princeps regis Amenoftep*, Amenmes<sup>12)</sup>. Qui regum Aegyptiacorum divinus cultus usque ad Lagidarum Romanorumque tempora vixit, quod infra magno exemplorum numero demonstrabimus, manifestoque elucet ex inscriptione Rosettana, in qua (l. 5) commemoratur *αδελφοφρος* reginae Berenices<sup>13)</sup>. Reperimus eandem regem Amenophin delineatum cum attributis dei *Phtha Soccharis* (cfr. Sect. III. p. 113), quemadmodum in sepulcro quodam Thebano (Rosellini, *M. R.* nr. XXIX, fig. 3), ubi praeterea singulari miraque ratione nigro cutis colore depictus est, quasi Aethiops fuisset. Alia huius regis monumenta reperiuntur Augustae Taurinorum †), Londini, Lugduni Batavorum ††), in collectione amplissima consulis Saltii, quam anno huius saeculi vigesimo sexto emit Carolus X. Galliarum rex †††).

<sup>11)</sup> Ita enim est explicandum. Cfr. Lepsius, *Lettre sur l'alphabet hiéroglyphique*, p. 54, not. 53.

<sup>12)</sup> Cfr. Rosellini, *M. Stor.* III, 1, p. 81.

<sup>13)</sup> Cfr. infra *Append.* nr. II, p. 12. Rosellini, *M. St.* I, p. 71, not. (1). III, 1, p. 81 sqq.

†) Cfr. Gazzera *L. I.* p. 22. tab. IV.

††) Leemans, *L. I.* p. 46 sqq.

†††) Rosellini, *M. St.*, III, 1, p. 107.

Uxoris regiae scutum (fig. 8) amplectitur haec verba:  $\tau\eta\rho\text{-}\rho\iota\alpha\varsigma$ ,  $\varsigma\omicron\upsilon\tau\tau\epsilon\tau\text{-}\tau\alpha\lambda\lambda\gamma$ ,  $\varsigma\omicron\upsilon\tau\tau\epsilon\tau\text{-}\rho\iota\alpha\varsigma$ ,  $\tau\omega\epsilon\rho$ ,  $\tau\eta\kappa\acute{\alpha}\text{-}\omicron\omicron$  ( $\Delta\alpha\rho\alpha\varsigma\ \text{H}\omicron\upsilon\phi\epsilon\text{-}\Delta\rho\iota$  \*)), *divina sponsa, regia mater, regia uxor, magna, mundi domina* (Aahmes-Nofre-Ari). — Nomen igitur illi fuit Ari titulusque *benecolae filiae Lunae*. In monumentis constanter nigro delineata est colore, ita ut vpro simile sit, fuisse eam Aethiopiun regis cuiusdam filiam, quibuscum Pharaones, Pastorum regibus in Aegypto dominantibus, familiaritatis societatisque vinculo iuncti vixerant. Paene divinis post mortem culta est honoribus: consecrabatur illi sacra navicula  $\beta\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$  <sup>112</sup>); imago eius supremorum Aegypti deorum dearumque inaginibus intermiscabatur hac cum inscriptione (fig. 9):  $\tau\eta\rho\text{-}\rho\iota\alpha\varsigma$   $\eta$   $\Delta\alpha\acute{\alpha}\eta$   $\tau\eta\rho\text{-}\tau\alpha\lambda\lambda\gamma$ , *divina sponsa Ammonis, divina mater*. In eodem sepulcro prope *Gurnah* altera etiam regis, de quo ultimo loco diximus, uxor delineata est, albo cutis colore, quae vocatur (fig. 10):  $\varsigma\omicron\upsilon\tau\tau\epsilon\tau$   $\tau\epsilon\chi$ ,  $\varsigma\omicron\upsilon\tau\tau\epsilon\tau$   $\rho\iota\alpha\varsigma$ ,  $\varsigma\omicron\upsilon\tau\tau\epsilon\tau$   $\tau\alpha\lambda\lambda\gamma$  ( $\Delta\alpha\rho\text{-}\omega\tau\epsilon\eta$ ), *regia filia, regia uxor, regia mater, Aahothph*. In altero illo, cuius supra mentionem fecimus monumento inscriptio huncce profert titulum:  $\eta\tau\eta\rho\text{-}\rho\iota\alpha\varsigma$   $\varsigma\omicron\upsilon\tau\tau\epsilon\tau\text{-}\rho\iota\alpha\varsigma$ ,  $\tau\eta$  ( $\epsilon\rho$ )  $\eta$   $\Delta\alpha\acute{\alpha}\eta$   $\Delta\alpha\rho\omega\phi$ , (vel  $\text{O}\omicron\omicron\omega\phi$ ,  $\text{O}\omicron\omicron\omega\tau\eta$ )  $\ddagger\tau\omega\varsigma$   $\ddagger\rho\omicron\omicron\eta\epsilon$  \*\*)  $\kappa\tau\tau$  i. e. *Divina uxor, regia coniunx, magna per Ammonem, Aahothph* (vel *Oohothph, Oohotph*), *virginitatis virgo in perpetuum*.

Scutum, quod titulos regis successoris continet (fig. 11) in tabula Ahydena et in processione Ramessei hunc in modum est interpretandum:  $\text{P}\eta\text{-}\mu\alpha\alpha\text{-}\mu\alpha\text{-}\eta\tau\omicron$ , *Sol magnus oblatus mundo*. Deprehenditur una cum scuto nominis (11, b) in rudicibus prope vicum *El-Asassif* a Thebis occidentem versus situm; in minore quodam obeliscorum Kariaecensium, in colosso ex granite lapide sculpto, qui hodie in museo Taurinensi adservatur et aliis pluribus in locis. Nomen regi fuit  $\text{O}\omicron\tau\text{-}\tau\alpha\lambda\epsilon\varsigma$ , cui additur titulus  $\mu\epsilon\phi\eta\rho$  i. e. *dominus qualis Sol*, ex quo ortum est graecum nomen  $\chi\acute{\epsilon}\beta\epsilon\rho\omega\gamma$  <sup>113</sup>) secundum ingeniosam Rosellinii coniecturam. Vexillum regis dedimus in fig. 12. in quo haec leguntur: *amicus fortis veritatis* (iustitiae; fig. 13: *amicus Solis dominus regionis superioris*; fig. 14: *fortis dominus regionis beneficentiae et iustitiae*. Magna superest monumentorum copia ab hoc rege exstructorum, inter quae austrum versus primo loco sese offert architrabs camerae cuiusdam eiusdem naturae ac tot aliae innumerae, quibus montium tractus occidentalis *Gebel-Silsilis* vocatus abundat <sup>114</sup>). Praeterea in valle *El-Asassif* †) exstant rudera templi partim saxis constructi partim excavati in ipsa illa rupe, quae Thebarum planitie dirimit a continuo montium iugo Arabibus *Bibân-el-Moluk* vocato. Quod templum uice regis Thutmosis, de quo agimus, memoriae dicatum et a rege Moeride (Thutmosi IV.), de quo infra dicetur uberius, absolutum est. Templum illud iure appellare potes  $\mu\eta\eta\mu\alpha$   $\tau\omega\eta\ \text{O}\omicron\upsilon\tau\mu\omega\omicron\varsigma\omega\gamma$ . In pariete sinistra primae  $\eta\iota\omicron\sigma\sigma\upsilon\lambda\omicron\upsilon\gamma$  conspicitur rex Thutmosis IV. (Moeris) genibus flexis ante altare prostratus magnaecque navi Ammoni consecratae ( $\beta\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$  quae vocatur) vinum offerens. Post terga eius stant Thutmosis I. rex cum uxore sua. Adposita est illi haec inscriptio ††):

\*) Vel  $\text{H}\omicron\upsilon\phi\epsilon$  -  $\text{I}\rho\varsigma$ . Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p. 92. Vocatur in inscriptione  $\iota$   $\iota$  explicata  $\tau\epsilon\tau\iota\eta$ , *filia Solis*, more prorsus insolito, forsitan ut origo eius ex gente meridiana indicetur.

\*\*) De vocabulo  $\ddagger\rho\omicron\omicron\eta\epsilon$  cfr. Rosellini, *M. C.* vol. III, p. 204 sqq.

110 sqq. \*\*) Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p.

†) In parte occidentali rudera urbis Thebarum.

††) Rosellini, *l. l.*, p. 111.

πτρ νομρε νεά-το νεά ιρι χετ̄ ετ̄ι [ρη-παλ καλ̄-το] ειρη [σογ̄ιλας ηεφερη] λιετ(λογ̄ε) ερ (εα) πτρ παλ; i. e. *Deus beneficus, dominus mundi, dominus peragens cuncta, quae regem decent* \*), *rex [Sol magnus oblatu mundo] filius Solis [Thutmosis, qualis Sol] veridicus in facie magni dei* (i. e. Osiridis). Idem fuit rex, qui fundamenta posuit palatii Karnacensis, quod absoluit Thutmosis IV. Superest obeliscus lapide granite roseo confectus, qui rectus hucusque stat in basi sua ac paulo minor est duobus celebratissimis obeliscis Luxorianis, quibus tamen, si artem sculptoris spectas, vix est inferior \*\*). In sculptura illa parietina in vico *Asasif* conspicitur etiam regiae uxoris scutum (fig. 15), quae vocabatur Δαδμεε, cui circumscripti sunt tituli: σογ̄ιτα τειου (regia soror) regia uxor, magna, quae eum amat (ταδμ̄ι, scilicet coniugem), *domina superioris et inferioris Aegypti, iusta matrona*. In sepulcro quodam prope *Gurnah* Rosellinius invenit titulum filii natu maximi regis Thutmosis I: σογ̄ιτα εη, αερ̄ ῑ (ρη-παλ-κα-ῑ-το) Δαδμ̄ετ̄ι, *regius filius primogenitus (Solis magni mundo oblatus) Amenophis*. Qui si diutius vixisset, legitimus fuisset successor regis Thutmosis I. ac re vera tertius huius familiae rex in tabula Manethoniana appellatur Amenophis, qui in ipsis monumentis (quod statim videbimus) Thutmosis patrio nomine vocatur. In latere imaginum regis Thutmosis I. reginaeque Aahmes conspicitur in monumento Asasiphensi puella cum inscriptione τειγ̄ i. e. κεγ̄τι, *filia eius*. Nomen eius comprehenditur literis hieroglyphicis, quae appositae sunt: τεογ̄τι-νουορε, *regina bonorum*, titulusque qui additur *iustam* denotat. Rosellinius arbitratur, fuisse eam virginum numero adscriptam, quae παλλιδε; \*\*\* apud Graecos vocabantur, unde sit explicandum, quod regina i. e. sponsa, nupta Ammoni appellatur.

Regem successorem titulo usum esse Ρη-παλ-ῑ-το, *magnus Sol mundi*, monumenta docent. Una cum hoc scuto in colosso quodam Karnacensi, in aedificiis quorum rudera supersunt prope vicum *Medinet-Abu* aliisque in locis deprehenditur scutum alterum, quo continetur nomen Thutmes (II) titulusque: *devotus Ammoni* (fig. 18), qui tamen aliis in locis deest (cfr. fig. 19). In vexillo regis huiusce (fig. 20) haec leguntur: *Fortis custos vel Praesidium vigilantis*. Quum secundum indicem Manethonianum *Αμείνοφις* sit vocatus, et supra viderimus, eodem nomine appellatum esse filium regis Thutmosis I. natu maximum, qui si non ante patrem obiisset iure ac legitime in regnum successisset, ita ut nulla ratione in dubium vocari queat, *Αμείνοφις* illum et Thutmosin II. unum eundem fuisse

\*) Cfr. Rosellini, *M. St.* III, 1, p. 14. not. 2. ubi haec leguntur: „È frequente nelle leggende reali il titolo che si compone di tre caratteri, l'occhio επε, ιρι, faciens, facere, e la parola χετ, χεετ, già nota per l'iscrizione di Rosetta e per un gran numero di esempi, ad esprimere, come in copio, alter, alius (cfr. *Mon. Cuv.* III, p. 90). Sembrami pertanto probabile che questo titolo significhi, in faciens alia; cioè, il re, che domino il mondo (l'Egitto) e che fa tutte le altre cose, le quali a re si compiono. Simili formule abbreviate hanno altri esempi nei testi egiziani, come quella frequentissima nelle iscrizioni funebri χετ νεάετ

nuove tutti gli altri beni, che accendo l'uso anguravasi, od offerivansi ai defunti.“ [*M. Cuv.* T. II, p. 436. III, p. 90.]

\*\*) Cfr. Rosellini, *Tav. M. R.* nr. XXX. Descriptionem et inscriptionum interpretationem vide apud Rosellinium *M. Stor.* III, 1, p. 114—123. Eximia regis Thutmosis I. statua adservatur in museo Taurinensi. Cfr. Gazzora, *Descr. dei monum. Egizi del R. Museo di Torino*, l. supra l. Rosellini *M. St.*, III, 1, p. 121.

\*\*\*) Παλλιδε; quae Dis (i. e. sacerdotibus), παλλιδε;, quae hominibus inserviebant.

regem, vero simile est, signa, quae nomini in scuto nominis adiecta sunt, *Ἀμύνωσις* esse legenda, unde simul patet signo, quod postremo loco positum neque aliunde notum est, indicatam esse syllabam  $\alpha\pi\tau$  vel  $\omega\phi$ , quae in monumentis multis iisque diversis modis scribi solebat <sup>113)</sup>. Frequentissima eius mentio fit in monumentis, quorum auctor fuit rex Thutmosis IV. cognomine Moeris ex. gr. in rudericibus iam supra commemoratis templi prope vicum *El-Asussif* in parietibus camerae interioris aedificii, quod intra muros palatii *Medinet-Abu* idem ille rex exstruxit; in primis in tertius propylaeis, quae a parte meridionali palatii Karnacensis excurrunt. Ibi deprehenditur truncus statuae sedentis summa arte sculptae, in quo haec legitur inscriptio:  $\text{COTYH} [\text{PH} \text{AA} (\text{H}) \text{TO}] \text{AAH} \text{NEH} \text{HISTET} *) \text{TO-TO} (\text{AAI}) \dots (\text{NAPPH?}) \text{P} \text{KAG} \text{VEL} \text{TOY} \text{HCAPHC} \text{AA} \text{POANE} \text{AA} (\text{H}) \text{OHOT} ** \text{ZOOT} \text{AA} \text{HA} \dots \text{K} \text{H} \text{PH} \text{H} \text{HY} (\text{HAT}) \text{HTP} \text{NOPE} [\text{PH} \text{HAA} \text{HTO}] \text{i. e. Rex [Sol stabilitor mundi] dilectus Ammonio domino soliorum Aegypti} \dots (\text{construxit?}) \text{versus meridiem anno quadragesimo secundo} ***) \text{ mense Thoth, die vigesimo secundo} \dots \text{nomini patris} \dagger, \text{divi benevoli, [Solis magni in mundo] i. e. regis Thutmosis II} \ddagger$ . Uxor regis nomen gessit  $\text{AAIAAA}$ , quod patet ex inscriptione cistae sepulchralis in regio museo Taurinensi adservatae. Inscriptio ea, quam delineavimus in fig. 21 hunc in modum transscribenda est:  $\text{COTYCH} \text{TCH}$ ,  $\text{COTYCH} \text{ZIAAC}$ ,  $\text{TICHP}$   $\text{TICB-TO}$ ,  $\text{ZIT} \text{H} \text{CAPHC} (\text{AYH}) \text{HCADICIAEPT}$ ,  $\text{AAIAAA}$   $\text{T. i. e. regis filia, regis uxor, magna domina mundi, imperatrix regionis superioris atque inferioris, Amonnai}$ . Inscripta est sepulcro, quod hodiernum superest Thebis in valle *Reginarum*, et in antris prope Eileythiam. Conspicitur haec regina in quadra quadam, ubi regum more sacra Osiridi et deae Athyr, diis infernis, offert  $\dagger\dagger\dagger$ . Quanvis similia non desint exempla reginarum sacra Diis offerentium, raro tamen occurrunt. Hic loci minus mira est eiusce modi oblatio, quia regina tanquam defuncta sacra sua offert, neque desiderenter exempla imaginum, in quibus uxores filiaeque privatorum hominum inferorum Diis sacrificantium conspiciuntur. Accedit, quod monumentum illud deprehenditur in Valle Reginarum, de qua iam supra est dietum infraque plus semel dicitur.

Tabula Abydena et pompa regina in Ramesseo et in sepulcris prope *Gurnah* praebent titulum, quo utebatur rex, qui successit Thutmosi II,  $\text{PH-AAH-TO}$  i. e. *Sol, conditor mundi*. Sed ante hunc Pharaonem regnavit, quae proxime successit Thutmosi I. regina, mortui regis filia, cui titulus fuit (vide scutum delineatum fig. 22):  $\text{PH-AA-HYAAE}$ ; *Sol devotus (a) veritati (iustitiae)*. Quam revera proxime successisse regi Thutmosi II., patet non solum ex indice Manethoniana apud Josephum et Syncellum  $\dagger\dagger\dagger$ , sed ex sculpturis etiam in palatio prope *El-Asassif*. Quod ommissa est in monumentis supra commemoratis facili modo explicatur inde, quod soror fuit regis Thutmosis II, non filia eius. Quum igitur

\*) Cfr. Rosellini, *M. Stor.* III, 4, p. 157, not. 4.

\*\*) Signa mensium dedimus in tab. VI. Cfr. Rosellini *Monum. Civili*, T. III, p. 560 sqq.

\*\*\*) Scilicet inde ab inauguratione regis Thutmosis II, qui annus primus fuit regni regis Thutmosis IV. Mocerdis, qui monumentum cum status erigi iussit.

†) *L.-o. antecessoris, antenati.*

††) Cfr. Rosellini, *M. St.* III, 1, p. 123 sqq.

†††) Cfr. Rosellini, *M. R.* tab. XXXV, fig. 1. *M. Stor.* III, 1, p. 126 sqq. Ante Deos inferorum stant quatuor illi genii, Osiridis ministri, de quibus Rosellini, *M. Civ. Tom.* III, p. 468. 496.

††††) Apud Eusebium nulla eius facta est mentio.



successio Pharaonum regum in monumentis veteris Aegypti constanter servare solet seriem a patre ad filium propagatam, vel, ut ita dicam, *generationum ordinem*, fratres sororesquo vulgo omitebantur ideoque locum scuti, quod reginae Amenses titulum continebat, obtinuit scutum filii, qui illi successit. Scutum tituli deprehenditur etiam in maiore obelisco Karnacensi, de quo mox dicetur, scutum nominis cum illo iungendum in cista sepulcrali regii musei Taurinensis, cuius supra fecimus mentionem. In vexillo eius (fig. 23) legitur inscriptio: *Custos sacrificiorum*. Coniux eius in monumentis appellatur  $\Theta\mu\tau\mu\sigma\iota\varsigma$ , Thutmosis III., cui titulus fuit:  $\text{P}^{\text{H}} \text{N} \text{A} \text{A} \text{N} \text{T} \text{O} \text{N} \text{E} \text{A} \text{N} \text{E} \text{A} \text{G} \text{E} \text{T}$ , i. e. *magnus sol mundi, dominus regionis inferioris*. Iniuria Wilkinsonus arbitratus est, hocce scutum (fig. 24) nihil continere aliud, nisi variam lectionem tituli, quo usus est rex Thutmosis II. Re vera eum fuisse coniugem reginae Amenses exinde patet, quod scutum nominis, cui adiuncta sunt attributa generis feminini cum scuto reginae coniunctum apparet (cfr. fig. 25). Mentio etiam fieri solet regis Thutmosis III. in monumentis, quae erigi iussit filius Thutmosis IV. Moeris, de quo mox agemus. In obelisco Karnacensi quem commemorabimus, deprehenditur etiam nomen regis  $\Delta\alpha\mu\iota\text{-}\delta\text{-}\mu\text{-}\eta$  (fig. 26): qui procul dubio alter fuit coniux reginae Amenses, uti prae reliquis argumentis exinde apertissime patet, quod nusquam peculiare eius reperitur scutum tituli, sed nominis scutum constanter iunctum est titulo reginae. Thutmosis IV. filius ac successor reginae Amenses scuta vitrici sui, ubicumque eiusce modi erant insculpta, deleri iussit, ita ut sua eorum in locum succederent, unde factum est, ut pauca tantummodo eaque dispersa reperiantur vestigia eiuscemodi in locis, quae calce, cui regis Thutmosis IV. scuta erant impressa, forte fortuna sunt denudata \*).

Champollio et Rosellinius in paucis, quae nostra aetate supersunt, rudibus templi deae Suan \*\*) prope Ithuyam veterem, invenerunt fragmento inscriptionum, ex quibus elucet, reginam Amensen templum illud monumentis aedificisque auxisse. Prostant etiam monumenta, in quibus filii (Thutmosis IV. Moeridis) nomen cum materno iunctum deprehenditur, ita ut vero sit simile eiusce modi monumenta illius esse aetatis, qua filius iam adultus una cum matre regni scepra potuit tenere. Exstat sepulorum splendidissime exornatum (quo nunc Arabes tamquam habitaculo utuntur), in quo praeter scuta regis Moeridis etiam matris tituli conspiciuntur ita interpretandi:  $\text{A} \text{M} \text{E} \text{N} \text{E} \text{S} \text{E} \text{T} \text{-} \text{T} \text{O} \text{-} \text{A} \text{M} \text{A} \text{I}$  i. e. *Vivus deus beneficus, Sol devotus veritati, dilectus Ammoni domino soliorum utriusque mundi*. Quamvis desit signum, quo genus muliebri indicari solet, dubitari tamen nequit, reginae, de qua disserimus, hoc esse scutum, quam titulus

\*) Adscribimus verba Rosellinii, *Mon. Stor.* III, 1, p. 165: Quanto a Thutmes III, primo marito di Amense, fu manifestamente di abhorrita memoria al secondo marito Amenenthemti tuft, il quale per suo potere sulla regina, non lasciò che alcuna onoranza se gli facesse sui monumenti di lei. Della qualcosa sembra aver poi voluto far vendetta il figlio Thutmes IV. Moeris, allorquando, recatosi nelle sole sue mani il supremo potere, se distruggere o colpi di mar-

tello tutti i nomi esistenti del patrigno, come oltrivi (M. Stor. I, p. 229 sqq.); e al contrario spesso congiunse ai suoi propri cartelli quelle del padre Thutmes III, onde farne onorevol memoria sui monumenti ch'egli innalzò. — I soli risparmiati furono quelli che si trovano sull' obelisco, forse perchè ivi stanno sostanzialmente in luogo del nome proprio della madre.

\*\*) Cfr. supra Sect. III, p. 111 et not. 100. p. 154.

legatur: *Sol devotus veritati*, quo nullus regum veteris Aegypti usus est praeter solam reginam Amensensem. Eadem una cum filio suo condidit templum plus semel a nobis commemoratum in valle El-Asassif. Supersunt praeterea duo maximae molis obelisci *μολέλοι*, quos erigi iussit in palatio Karnacensi\*), quorum alter hodiernum stat in basi sua, alter fractus iacet ac dispersus humi\*\*). In museo Vaticano adservatur praeterea *στέγη* quaedam huius reginae iussu posita, lapide calcario exsculpta.

Nunc demum ad illum progredimur regem, cui titulus fuit Πη-αλ-το et cuius nomen Ομοστας πορρεϊσο, *Thutmosis benefactor mundorum* (fig. 27). Apud Manethonem filius et successor reginae Amensens vocatur *Mispha, Mēphes, Mīphes, Mōphes*, idem qui *Μοϊφες* 118) appellatur apud Herodotum ac Diodorum. Ac re vera in scuto tituli (fig. 28) regis Thutmosis IV. in obelisco Lateranensi, qui eo regnante constructus est, additus est titulus Περρ vel Περρρ (Περρ, αλληφρρ), i. e. *dilectus, amicus Ammoni*, qui in ore populi (cui regis huiusce memoria prae reliquis fere omnibus erat carissima, unde factum est, ut frequentissime a graecis etiam scriptoribus, ad quos nominis fama pervenerat, commemoretur) nominis proprii usum suppressisse videtur. Simile quiddam factum esse vilius supra, ubi de Pharaone Chebron locuti sumus\*\*\*). Idem nomen Περρ deprehenditur etiam in vexillis (labaris) regis (fig. 29. 30.), quorum priori inscripta sunt verba: *fortis amicus dei Phra*, alterius autem inscripto a Rosellinio hunc in modum explicatur: *colui che ra lieto della regione superiore*. Tertium quoddam eiusdem regis, quod repertum est, vexillum congruit cum labaro, quo utebatur rex Thutmosis I. (fig. 12.)

Innumera fere est copia monumentorum, quae hic rex construxit, inde a Nili ostiis usque ultra secundam Nili catadupam †). Nulla in Aegypto vel superiore vel inferiore vel in *Nubia*, quam hodie vocare solemus, inter primam secundamque catadupam fuit urbs civitatis paulo clarior, quam non aedificiis templisque, quorum hodiernum ubivis loci supersunt rudera, ornasset, quamvis nostra aetate primi, quod peregrinantibus sese offerret monumenti ab illo rege exstructi, templi deo Phtha Memphitico dicati quod quamvis iam sub antecessoribus inchoatum sit, septentrionem tamen versus magnificis propylaeis ornavit, hodie nulla supersint rudera. Neque magis conspicitur vestigium celeberrimi lacus Moeridis, de quo Herodotus (II, 101) et Diodorus (I, 51) sunt conferendi. Tempia in urbe *Semae*, praepriis illud, quod erat constructum in sinistra Nii ripa (ultra secundam Nili catadupam) sculpturis ornavit, in quibus ipse delineatus est sacra offerens ileo λυκο Τατοη (Τατωγη) i. e. Nili ††). In *Nubia* magna monumentorum hoc rege iubente constructorum, quas summa cura artisque nitore et elegantia excel-

\*) Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p. 132 — 163. Wilkinson, *Topography of Thebes*, p. 174.

\*\*) Delineatio prioris obelisci summi cum cura facta deprehenditur apud Rosellinum *M. R. tavole XXXI — XXXIV*, quarum singulae singulum obelisci latus exhibent. Obelisci illi sunt monumenta eius aetatis, qua stipes summum fastigium erant adsecutae; neque ullum lucusque aliud monumentum

est repertum, quod curatius atque elegantius omnibus numeris sit absolutum.

\*\*\*) Cfr. p. 236.

†) Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p. 169 — 191.

††) Vide Gailliaud, *Voyage à Méroé Vol. II. p. 1. XXVII. XXVIII. XXIX*. Hieroglyphicae inscriptiones in opere illo mendis fere numeris acutent.

lunt, deprehenditur copia v. c. prope *Ibrim* in vicinia urbis  $\text{G}\delta\mu\kappa$  (hodie *Ibsambul*\*) duo sanctuaria in monte orientali excavata (primum et tertium eorum, quae ibi conspiciuntur), dedicata piis loci, deae Sate (Innoni Aegyptiacae; cfr. supra Sect. III, p. 121) et Horo. Idem inchoavit templum Amadense, quod filius eius Amenophis II et nepos Thutmosis II ad finem perduxerunt. Exstant praeterea monumenta huius regis inter rudera urbium *Ambos*, *Silsilitis*, *Edfu*, *Eileituyae*, *Thebis* (prope *Medinet-Abu* et in palatio Karnacensi), prope vicum *El-Asassif*, de quo iam supra diximus, in sepulcris prope *Gurnah*, prope  $\text{Σ}\eta\acute{\iota}\omicron\varsigma$   $\text{Ἀ}\rho\tau\acute{\epsilon}\mu\iota\delta\omicron\varsigma$ \*\*) in Heptanomide. Palatium Karnacense duobus obeliscis exornavit, quorum alter hodie Romae conspicitur in foro Sti Johannis Lateranensis\*\*\*), omniumque est maximus, qui in Europam sunt transvecti. Etiam in museum Berolinense nuperime cum collectione Drovettiana altera provenit  $\sigma\acute{\epsilon}\lambda\eta\eta$  quaedam lapide calcario exsculpta in qua conspicitur Thutmosis IV. Moeris, caput galea tectum, duo vasa vino plena offerens deo Amone, *domino soliorum Aegypti, regi Deorum, cui Thebae domicilium, deo magno, domino caeli*.

Regina coniux eius nomen gessit  $\text{Μ}\alpha\iota\phi\acute{\rho}\eta\tau\epsilon\iota$ , Maiphrehi, quod patet ex scuto reperto in palatio prope *Medinet-Abu* a Moeride constructo (fig. 41). Fuit et filia eius, cui nomen  $\text{Ρ}\eta\text{-}\eta\mu\omicron\pi\omicron\upsilon\epsilon$  (fig. 32), inter  $\pi\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\delta\alpha\varsigma$  †) recepta, quod elucet ex titulis, qui nominis scuto sunt suprascripti:  $\sigma\omicron\upsilon\tau\acute{\iota}\eta$   $\tau\epsilon\sigma\iota$ ,  $\tau\alpha\lambda\lambda\alpha\eta$ ,  $\tau\eta\epsilon\tau\eta\alpha\iota\epsilon$ , *filia regis, quae eum amat deo nupta*.

In tabula Abydena, in pompis solemnibus delineatis in parietibus Ramesses sepulcrorumque prope *Gurnah*, et templi exigui, de quo iam diximus, prope Primin urbem (*Ibrim*) in Nubia hodierna ††) denique in ruderibus aedificii antiqui prope vicum *Karnak* inventum est scutum nomen continens regis, cui fuit titulus  $\text{Ρ}\eta\text{-}\mu\alpha\text{-}\eta\iota\tau\omicron$ , *Sol magnus mundorum* (sive *utriusque mundi* i. e. Aegypti superioris et inferioris). Qui titulus fuit regi  $\text{Ἀ}\mu\epsilon\text{-}\eta\phi\iota$ , Amenophi II. (fig. 33), filio ac successori regis Thutmosis IV., qui in indice Manethoniano appellatur Misphegmothosis vel Mephramuthosis †††). Templum *Amadense* in Nubia hoc rege regnante exaedificatum est, in quo fastos annalesque regni sui describi iussit. Longe maxima sculptilium operum pars, quibus auctor fuit, sacri est argumenti. Etiam in magno illo templo Talmitano (hodie vicus vocatur *Kalabschek*, in Nubia situs; cfr. supra p. 135. tab. XVII, nr. 129), quod Romanorum demum aevo variis sculpturis ornatum est, regis, de quo iam nunc disserimus, mentio est facta, ita ut vero sit simile illo in loco constructa fuisse aedificia iussu huius regis, destructa deinde forsitan tempore invasionis Persarum. Nomen regis occurrit praeterea in ruderibus prope vicus *Silsilitin*, *Gurnah*, in destructorum aedificiorum parietibus, quibus palatium Karnacense auxit, in ruinis prope vicum *Med-Amud*, haud procul a *Karnak* situm. In museo Taurinensi adservatur columna pretii egregii, in qua cernitur Amenophis II. genibus flexis,

\*) Cfr. Tab. V, fig. 350. Sect. III, p. 135.

\*\*) Deae Pascht,  $\text{Π}\alpha\sigma\tau$ ; cfr. supra Sect. III, p. 111, et Rosellini, *M. Civ. T. I*, p. 77.

\*\*\*) Cfr. Lepsius, *Lettre sur l'alphabet hiéroglyphique* (Rom. 1837, 8.) Tab. I, nr. XI.

†) Vide supra p. 240, not.

††) Quatuor ibi hodiernum cernuntur sanctuaria rupibus excavata, quorum unum deae Sati diisque Chnuphidi atque Horo consecravit.

†††) Error procul dubio fuit illius, qui titulum nomini addidit  $\alpha\lambda\mu\text{-}\eta\phi\kappa$  *dilectus Soli*.

obferens duo vasa rotunda vino plena eiusdem formae, quae adliberi solebat in sacris oblationibus \*). Monemus praeterea huius regis nomen etiam  $\Delta\alpha\mu\eta\phi$ , vel  $\Delta\alpha\mu\eta\phi\tau\eta$  haud raro in monumentis esse scriptum, quarum formarum prior est compendiariorum.

Successit rex, cui titulus  $\text{Pr}-\alpha\mu\eta-\eta\tau\alpha$ , *Sol stabilitor mundorum*, et nomen  $\Theta\mu\tau\tau\alpha\varsigma$ , Thutmosis quinti (cfr. fig. 35), quo eodem nomine in indice Manethoniano appellatur. Scuta eius conspiciuntur in ruleribus templi Amadensis in Nubia \*\*) et in obelisco Lateranensi. In scuto, quod nomen continet, reperitur praeterea titulus *dominus dominantium*; alterum illud, quo titulus continetur, hic illic paulo diversa ratione scriptum est, qualem descripsimus in fig. 36. Uxor illi fuit nomine  $\tau\omega\pi\epsilon$ , cuius scutum (cfr. fig. 37) deprehenditur in sepulchris prope *Gurnah*. In museo regio Holmiensi adservatur columna, in qua conspicitur duplex sacrificium, alterum Osiridi, alterum Anubidi oblatum a viro nomine  $\tau\omega\tau\eta\alpha$ , regis Thutmosis V. ministro.

Filius successit Thutmosis V., cui titulus  $\text{Pr}-\eta\epsilon\delta-\eta\tau\alpha\varsigma$ , *Sol, dominus iustitiae*, et cui nomen  $\Delta\alpha\mu\eta\phi$  (fig. 38), Amenophis III., quo eodem appellatur apud Manethonem. Scutum nominis continet praeterea titulum: *Moderator-regionis beneficentiae ac iustitiae*, scutum autem tituli ea etiam ratione descriptum apparet, quali delineavimus illud in fig. 40, in  $\sigma\tau\eta\lambda\eta$  quadam musei regii Taurinensis. Vexillo (fig. 39) regis inscripta sunt verba: *fortis dominus in veritate* \*\*\*). In parietibus templi *Luxoriensis*, cuius hic quoque rex partem quandam construi iussit, series deprehenditur tabularum pictarum, quibus descripta sunt vitae eius acta et res gestae. Ibidem conspicitur etiam scutum matris, quam habebat, (fig. 41)  $\sigma\tau\eta\tau\epsilon\kappa\ \tau\alpha\mu\alpha\tau\ \tau\alpha\mu\alpha\tau-\eta\mu-\eta\alpha$ , *Tmauhemva* vel *Muthemra* †) i. e. *mater in bari* (navicula sacra), quae uxor fuit regi Thutmosi V., unde elucet, hunc regem pluribus quam una usum esse uxoris. Nomen coniugi, quam duxerat Pharae Amenophis III. Memnon fuit  $\tau\omega\lambda\alpha$  ††), quod patet ex scutis, quae reperia sunt in columna Memnonis vocali (cfr. fig. 42.). Una ex iis, quas habebat, filiabus vocabatur Amense (fig. 43).

Monumentorum seriem ab hoc rege conditorum nuperrime enumeravit et interpretatus est Rosellinius †††). In Nubiae superioris illa regione, qua Nilus provincias *Sokhot* et *El-Mahas* hodie appellatas eo percurrit modo, ut alteram alteramve mox deserat, mox perfluat et irriget, magna hodiernum superest ruinarum copia, quarum origo ad vetustissima illa Pharaonum tempora esse referenda. Inter quae excellunt templi rudera, quod incolae *Soleb* appellant in ripa fluminis sinistra sita. Primum rudera illa dextat, descriptis ac delineavit infatigabilis Gallus Cailliard ††††); atque egregie ex imaginibus, quae parietibus sunt inscriptae, prodit, Pharaonum Aegypti regum dominium, familia decima octava re-

\*) Descripta est a Constantio Gazzera, *Descrizione etc. tav. VIII.*

\*\*) Construxit enim  $\epsilon\pi\alpha\sigma\tau\epsilon\lambda\omega\kappa$  in templo Amadensi, quod construi coeptum est a rege Thutmosi IV. continuatum deinde ab eius filio Amenophide II. Inscriptiones in epistylis hypostyli delineavit et interpretatus est Rosellinius *Mon. Stor., III, 1, p. 202 — 208.*

\*\*\*) Cfr. Rosellini, *Mon. Stor. III, 1, p. 229.*

†) Cfr. *M. St. I. l. p. 224.*

††)  $\tau\omega\lambda\alpha$  vel  $\tau\omega\tau\epsilon\kappa$  vocabatur etiam mater regis Ramensis III. Cfr. Lepsius, *Annali dell' Istituto di Corrispond. archeologica*, Vol. IX, a. 1837, tab. XL, A. Rosellini, *Mon. Stor. III, 1, p. 95.*

†††) *L. l. p. 213 — 271.*

††††) *Voyage à Méroé*, Vol. II, tab. XIV.

gnante, extremas terrae, quae hodie *Dongalah* appellatur, fines attigisse. Alia victoriarum de variis gentibus inimicis reportatarum specimina reperiuntur in Philarum insula, in parva insula *Begh*, quae hodie vocatur ac versus occidentem a priore illa sita est: in vastis lapidinis prope Silsilin, quarum iam supra plus semel mentionem fecimus, ubi in inscriptionibus: *dilectus deo Sereh, centro Silailis* appellatur. Duae ibi reperiuntur sacrae aedificiae *μονόλοθοι*, inscriptionibus ornatae, quarum in altera rex Amenophis appellatur: *deus bonus, grandis in aedificiorum constructione, dominus fortitudinis, dilectus deo Sereh*. Praeterea celeberrimum Eilichuyae templum novis constructionibus auxit, quod ex inscriptionibus, quae in eius ruderibus sunt repertae, elucet. In Memnonio (i. e. *Διωνυσίου*, ατ μη-νέθ ήτας, *domo regis domini veritatis*) regi, de quo agimus, a peculiari sacerdotum ordine divini honores reddebantur, qualem quorundam defunctorum Aegypti regnum cultum iam in superioribus deprehendimus atque infra, praecipuis Lagidarum aevo plus semel deprehendimus. In aliis inscriptionibus appellatur *εργη η το-το, pacificator utriusque mundi*, [i. e. Aegypti], et *επι πιαυλαδων, percussor vel domitor [gentis] Mennachom*, de quo populo supra disseruimus. In palatio prope vicum *Luxor* imagines lapidi sunt insculptae, inque iis delineatae Amenophis regis hora natalis, educatio et inauguratio. Attribuuntur ei in hac imagine insignia dei Hari, quem iure *typum primitivum* \*) Pharaonum regnum appellaverit. Magna superest copia scarabaeorum, quorum inscriptionibus historia regis Amenophis III. eiusque uxoris reginae Taiae egregie illustratur. Ex argumento historico duorum ex numero illo, qui prae reliquis eximia sunt magnitudinis, patet scarabaeos apud veteres Aegyptios eidem inservisse fini, cui apud hodiernas gentes numi memoriales i. e. numi in memoriam vel personae cuiusdam vel rei egregie gestae sunt destinati. Amenophis III. etiam in orientali Thebarum parte magnam ambulationem construxit, in qua arborum vicem arietes capite leonino tenuerunt: quod erat symbolum, quo Ammon divinis honoribus colebatur. Sculpti erant arietes illi saxo arenaceo atque egregia erant summae artis documenta. Initium viae ab utraque parte hisce animalium figuris munitae erat a palatio Luxoriano, unde erat continuata usque ad templum dei Chons\*\*), cuius ruderia hodienu conspicuntur prope *Karnak*. Eiuscemodi ambulationes non solum figuris arietum *λεοντοκεφάλων*, sed colosseis etiam ima ginibus deae *λεοντοκεφάλου Pascht* erant ornatae. Innumerae hodienu in Europae museis fere omnibus supersunt eiusmodi deae Pascht statuetae, quibus olim procul dubio locus fuit in talibus, quales descripsimus, ambulationibus \*\*\*) . Longe etiam maior in ipsis illis, quibus olim steterat, locus eius modi statnarum vel integrarum adluc vel magis minusve laesarum prout copia.

Scutum nominis, quo usus est rex Amenophis III., in tabula Abydena, in delineationibus pomparum, quae conspicuntur in Ramesseo et in aedificiis prope vicum *Meditinet-Abu*, excipitur ab alio, cui inscripta sunt verba (tab. XXII, fig. 1): *Sol, distributor terrarum †), constitutus a deo Phra*, et quocum coniunctum est in aliis monumentis

\*) Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p. 273.

\*\*) Cfr. supra Sect. III, p. 113. 114.

\*\*\*) Vide W. v. Humboldt, *Ueber vier löwenköpfige Bildsäulen etc. in Abhandlungen der Berliner Akademie, hist. philolog. Kl.* 1825, p. 168 sqq.

†) Cfr. Lepsius, *Lettre sur l'alphabet hiéroglyphique*, p. 54, not. 18. Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p. 274, not. 5.

(ex. gr. in antro Silsilitano, in throno magnifico autè palatium Karnacense erecto, eximiae artis opere, lapide granite factò, et in longa imaginum serie, quae adservantur in museo Tauriensi) scutum alterum, quo continetur nomen  $\Delta\alpha\iota\alpha\alpha\iota\text{-}\Sigma\alpha\upsilon\text{-}\Delta\alpha\text{-}\rho\alpha\iota$ , *Horus, servus Ammonis in pauegyriis*. Etiam in tabula Manethoniana filius ac successor regis Amenophis III. appellatur Horus. Monumenta eius, quorum magna aetate tulit copia, testantur, hoc sub rege non solum pacis artes eodem vigore floruisse, quo sub regibus eiusdem familiae prioribus, sed bellicis eum claruisse etiam expeditionibus ac domuisse complures Africae interioris gentes. Est templum exiguae molis (*στέος*), excavatum in loco quadam montium iugi, quod situm est in orientali Nili ripa hodieque *Dschebel-Addeh* \*) appellatur, ubi inter alias imagines complures conspicitur rex Horus, cui niammas suas porrigit dea loci Anuke \*\*).

Auctore Manethone Horum regem excepit filia eius Akencheres, cuius nomen non magis in scuto quodam occurrit, quam reginae supra commemoratae Amensis, filiae Thutmosis I., cuius neque in tabula Abydena neque in descriptione pompae in Ramesseo reperta, neque in altero eiusdem argumenti monumento in rudibus prope vicum *Medinet-Abu* mentio est facta. Champollion ait<sup>118)</sup>, reginae, quae Horo regi in regnum successit, in charta papyracea musei Taurinensis hieraticè scripta nomen  $\text{T}\alpha\alpha\text{-}\gamma\epsilon\alpha\alpha\text{-}\tau$ , Tmauhnot, tributum esse ilique revera in compluribus monumentis arcte iunctum est nomini regis Hori. Scutum descripsimus in tab. XXII, fig. 44. Caeterum nullum aliud hucusque reperitum est monumentum, in quo huius reginae mentio est facta vel quod ab ea esset vel constructum vel inchoatum, praeter duas inunctas statuas easque mutilatas in museo Taurinensi, quas descripsit Gazzera \*\*\*). Monumentum, quod delineandum curavit Champollion in folio, quod titulo respondet operis ab eo de museo Taurinensi conscripti (*Lettres au duc de Blacas*), repetitum deinde a Rosellinio ad fidem archetypi †) rarissimis ac

\*) Monumenta prope *Dschebel-Addeh* et *Maschiahit* locum implent, ubi olim steterat urbs *Amenheri*, cuius in ipsa inscriptione illa mentio est facta.  $\Delta\alpha\alpha\alpha\text{-}\rho\epsilon\pi\iota$  interpretandum est: *Quies Ammonis*.

\*\*) Cfr. Rosellii, *Mon. Rel.* nr. XLIV, fig. 5. Idem ait (*Mon. Stor.* III, 1, p. 273): *Questa rappresentanza di che allattano i re, non è invero esclusiva del nostro Horus, poichè di altri Faraoni, come vedremo, ugualmente si figura, e ciò deriva da quella dottrina che assomigliava i re d'Egitto al loro tipo divino, al dio Horus figlio d'Osiride e d'Iside, il quale da Iside stessa e dalle due nutrici fu allattato. Ma a questo Faraone per doppio titolo una sumigliante apprensanza si conveniva, e come sovrano d'Egitto, e come insignito del nome stesso del dio ch'era suo tipo. Perciò vedremo che quest'atto medesimo più volte di lui si rappresenta. Similia est imago in specu prope Silsilin. Cfr. Rosellii, *Mon. Relig.*, nr. XLIV, fig. 4. Dea praedicatur ibi  $\text{T}\alpha\text{-}\tau\text{-}\mu\text{-}\alpha\text{-}\mu\text{-}\rho\text{-}\epsilon\text{-}\tau\text{-}\epsilon\text{-}\tau\text{-}\epsilon\text{-}\tau$ , *Tatocr*, dea datrix. Nomen*

ipsum magna significat. Dea illa alis est dearum Isidis, Athyr, Susan omniumque reliquarum, quae tanquam matres deluebantur, forma, quod symbolo vulturis supra caput eius alis expansis involtantis indicatur. Eodem in loco conspiciuntur tabulae historicae, quibus delineatae sunt bella a rege Horo cum gentibus Africae meridionalis gesta. In rudibus palatii Karnacensis gens Berberorum (*ἑβέρ*) depicta est, quam Horus deviecerat. Thebis (in palatio *Luxoriensi*) construxit ingentem illam porticum, duobus columnarum ordinibus formatam, qua ambae magnae cortes aedificii illius iutor se iunctae erant. Praeterea in palatio Karnacensi magna illa *ngonóuma* construxit, quorum ism supra plus semel fecimus mentionem. Cfr. denique Gazzera, *descrizione de' monumenti Egizi del M. R. di Torino*, p. 45 sqq. Tab. XI.

\*\*\*) L. I. p. 49.

†) *Mon. Rel.* nr. XLIV, *quinquies* A.

maxime peculiaribus est accensendum idcirco, quia regina delineata est sub imagine sphingis femininae\*).

In tabula Abydena monumentisque eiusdem generis, facta mentione titulorum Hori regis, sequitur scutum, in quo legitur titulus: *Sol stabilitor vigilantiae*, quocum coniunctum est in sepulchris prope *Bibân el Moluk* scutum nominis ΡΗ-ΜΕΝΔΟΥ, Ramessjs I. (Cfr. Tab. XXIII, fig. 2.) Qui rex haud est diversus ab illo, qui in indice Manethoniano appellatur Rathotis vel Athoris diciturque fuisse frater reginae Akencheris. In museo regio Parisiensi exstat σφίγγη quaedam olim posita a filio ac successori regis huius Menephta I., in memoriam rerum a patre fortiter gestarum. Effossa est ex humo, in qua dudum iacuerat sepulta, in expeditione franco gallo-toscana, Champollione et Rosellinio ducibus, prope *Wady-Halfa* in vicinia secundae Nili catadupae, ubi olim exstiterat templum Amomnis ithyphallici, cuius hodiernum aliqua supersunt rudera. Summa fide monumentum illud temporis iniuria laesum ac corrosum delinuari iussit Rosellinius\*\*). Monemus denique, nomen regis, qui primus ΡΗΜΕΝΔΟΥ vocabatur, vulgo scribi ΡΗΜΕΝΔΟΥ cum syllaba paragogica, quae deest in nominibus eiusdem soni regum posteriorum\*\*\*).

Regi Rathoti vel Athori successerunt secundum indicem Manethonianum duo reges *Akencheres* appellati. Champollion<sup>119)</sup> opinatus est, duos illos reges, quibus in tabula Abydena unum tantummodo scutum tributum est, in quo legitur titulus ΡΗ-ΜΗ-ΝΤΑΕ, *Sol stabilitor iustitiae* (cfr. fig. 3.), fratres fuisse atque uno eodemque usos esse tituli scuto. Longo facilius alia erat coniectura eaque haec, alterum tantummodo fratrum, qui generationem repraesentaret, esse commemoratum, alterum, quum ad eandem pertineret generationem, silentio praetermissum, cui opinioni illud favere potest argumentum, Aegyptios directam solummodo successionem a patre ad filium filiamve, omissa cognatione laterali, in tabulis notare solitos esse. Quam opinionem exiude probari posse arbitratus est, quod duobus scutis, quae, uti ferebatur, duorum erant regum, unum idemque factum est scutum nominis, in quo eadem literae diversis figuris erant depictae. (Cfr. fig. 3. 4. 5. 6. 7.) Quas, ut ita dicam, varias lectiones in duas quasi classes segregari posse arbitratus est, ita ut in altera legendum sit nomen Ορεπερ, in altera nomen Πασαρερ †). Atqui demonstravit Rosellinius ††<sup>120)</sup>, unum eundemque fuisse regem, qui quinque illis nominum scutis iisque eiusdem prorsus significationis usus est. Nomen illi fuit Πασαρερ i. e. *Seruis*

\*) De sphinge, symbolo reginae dignitatis et auctoritatis, cfr. Rosellini, *Mon. Civ.*, II, p. 177 sqq. In Ptolemaeorum sculis frequentissime occurrit.

\*\*<sup>119)</sup> *Mon. Rel.*, tab. XLV, fig. 1. Exactius ad fidem exempli ab amicissimo mihi Richardo Lepcio descripti deprehenditur in tabula quo adnexa est paginae 202. operis Roselliniani, *Mon. Stor.* Vol. III, P. I.

\*\*\*<sup>120)</sup> Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.*, III, 1, p. 294. not. 1. Comparatur appendix paragogica ΝΟΥ, de qua vide eundem Rosellinum l. I., p. 199 not.

†) Forma nominis, quo deus Mendes appellabatur, genuina eaque vere aegyptiaca fuit ΜΗΝΤΟΥ.

Delineabatur capito nisi, quod disco solari ureoque ornatum est. Supra discum cernuntur plumae. Cacterum non est Mendes deus, cuius imagines in inscriptionibus hieroglyphicis sunt delatae, quemadmodum Champollion opinabatur (*Lettres au duc de Blacas*, II, p. 22 sqq.), sed alius quidam, cuius cultus posteriore aeco est suppressus ac cuius nomen ad nos non pervenit. Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.*, I, p. 246 not. Leemans, *Monumens Égyptiens* p. 84 sqq. Champollioni, *Gramm. Égyptienne*, p. 114, deus ille cœ i. o. Seth, Σέθ, appellatur. Cfr. supra Sect. III, p. 112. Tab. VIII, fig. 22.

††) Cfr. etiam Leemans, l. l., p. 78 sqq.

*dei Phtha*, vel Πεν-πταε, Menephtha (I). Rosellinius hac posteriori ratione nomen pronuntiatum esse censet, neque rara est in hieroglyphicis inscriptionibus figurarum conversio quaedam vel confusio eum in finem admissa, ut elegantius adornatae apparent. Cuius licentiae supra iam plura commemoravimus exempla, alia occurrent infra. Accedit, quod nomine *Manephtha* (cui ἀνάλογον est *Menephre*, supra iam commemoratum) alii quoque Pharaones sunt appellati, et quod in chartis papyraceis hieratice scriptis, ubi nulla admittebatur literarum neque inversio neque confusio, eadem ratione dilucide ac discrete scriptum occurrit. Causa et origo eiusce modi inversionum partim quaerenda est in calligraphicis rationibus, partim tribuenda cuidam vel observantiae vel reverentiae, qua permoti veteres Aegypti incolae signa, quibus Dei nomen constabat, reliquis praemittere solebant. Nomina ΟΥΡΣΕΙ et ΠΑΥΤΟΥΣΙ, quae in variis huius regis scutis promiscue reperiuntur, erant tituli ipsumque nomen proprium in quibusdam scutis non Πεν-πταε vel Πταε-μεν, sed Δαμν-μεν exhibetur. (Cfr. fig. 6. 7.) Iam supra (p. 240) monuimus, uni eidemque Pharaoni saepenumero plus quam unum nomen fuisse\*). Vexillum regis continet inscriptionem: *fortis dominator regionis beneficentiae et iustitiae* (fig. 8.). Uxoris reginae, quam habuit, mentio est facta in sepulcro eius, appellatae nomine Τεϋρη, Tsire, i. e. *filia Solis* \*\*). Rosellinius reperit sepulcrum eius in *calle reginarum* hunc in modum inscriptum (fig. 9): ΟΥΡΣΕΙ ΣΟΥΤΕΙ ΖΗΜΕ, ΤΥΡ-ΖΗΜΕ, ΣΟΥΤΕΙ ΤΑΛΑΥ, ΤΣΕΡ, ΤΣΕΤΟ, ΖΗΤ ΉΣΑΡΙΣ (ΑΥΤ) ΗΣΑΔΕΛΑΓΡΕ, Τεϋρη, i. e. *defuncta regina conux, divina uxor, regia mater, magna, domina mundi, dominatrix Aegypti superioris et inferioris, Tsire*.

Menephtha I. fuit procul dubio rex Aegypti inter maximos enumerandus, ita ut praeprius mirum sit, eius apud Graecos Romanosque scriptores nullam unquam factam esse mentionem, quamvis commemoraverint reges fama longe inferiores. In Nubia Aegyptoque superiori a viris, quibus a rege Gallorum et magno duce Hetruriae demandata erat cura, antiqua Aegypti monumenta describendi atque interpretandi, aedificiorum ab hoc rege constructorum magna reperta est copia\*\*\*). Mentio eius facta est in templo *Amadensi*, quod construere coepit Thutmosis I. eiusdemque familiae reges, huic, de qua agimus, antecessores, deinceps exaedificarunt. Appellatur ibi titulo *regis dilecti deo Phre-Atnu*. Plus semel iam in superioribus commemoravimus sacella rupibus occidentalibus excavata, quorum primum opus fuit huius, de quo disserimus, regia. Hodienum in rudera, quae supersunt, farragine cernitur inscriptio regis votiva, qua templum consecravit diis Amonre, Atnu, Mandu aliisque *παρόδοις*. Maxima autem, quae construxit aedificia eo erant destinata, ut regiam Thebarum sedem, immensam illam urbem vix a Roma, orbis aliquando capite, superatam exornaret. Palatium *Gurnacense* (*Gurnah*) quod hodie vocari solet, ab illo rege exaedificatum est, cui deinceps filius ac successor Ramesses III. alia in latere adiecta aedificia, ita ut, quum reges huius familiae fere omnes aliam addiderint partem, iure a Rosellinio appelletur *μνήμα* regiae huius familiae, iniuria vero *Μεμνόνειον*,

\*) Cfr. Ludw. Ideler, *Ueber die Zeitrechnung der Chinesen*. Berolin. 1839, 4. p. 35 sq. not.

\*\*) Hoc quoque nomen secundum ordinem signorum proprie legendum casit Πη-τσι.

\*\*\*) Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p. 311 sqq.



de cuius vocabuli etymologia alio a nobis iam dictum est loco. Frequens ibi est inscriptio:  $\text{κτρ-ατ εϋϋ (h) [φτρεμκ ποτρετει] λλ ην-δμλκ ρι εμλκτ (h) τοτρεο-αγην-τακε-ναρ}$  i. e. *divina habitatio*) consecrata regi *Menephtha Nubties*\*\* in sede Ammonis [Thebis], in regione occidentali terrae puritatis atque iustitiae. Qua ex inscriptione manifesto elucet, palatium illud *Gurnaense* iure appellandum esse *Μενεφθσιον*. Praeterea rex *Menephtha* commenoratur repetita vice in sepulcro hereditario familiae illius *Poēri*, qui tot tantisque officiis sub regibus dynastiae XVIII. functus est\*\*\*). Titulo rex ibi ornatur *Solis Libyam illustrantis*, φρεκ ηυφρακτ\*\*\*\*), et *Hori dominantis regionem puritatis ac iustitiae* (i. e. Aegypti),  $\text{εμρ ρρη λλ τοτρεο-αγην-τακε-ναρ}$ . Palatia *Luxoriensia* et *Karnacensia* novis constructionibus auxit ac praecipuis in muris Karnacensis palatii amplissima huius regis hodiernum conspiciuntur gloriae ac virtutis documenta. Priorum regum multa restauravit opera ac restauratis nomen suum inscripsit, quod in aliis etiam, quae sana erant nullaque egebant medela, facere amabat, unde factum est, ut eius scuta in innumeris fere monumentis conspiciantur†). Prae reliquis commemoratu digna est longa sculpturarum imaginum series in muris exterioribus palatii Karnacensis, quibus huius regis historia egregie explanatur, undeque patet, quot quantisque de populis peregrinis victorias reportaverit. Gentes enim *Romenes* et *Ludin* vocatas, de quibus supra est dictum, devicit ††). Asiae occidentalis populum  $\text{ϋμκ}$ , i. e. *Pastores* †††) vocatum (*Hyksós*) idem superavit. Patria gentis subiugatae in tabulis laudatis appellatur  $\text{κκακκκκκ-καρ}$ , quae nulla fuisse alia videtur, nisi  $\text{כנען}$  vel  $\text{כנענה}$  *Kanaan* vel *Kanana h*, cuius nomen in libris copticis scribi solet  $\text{κκακκκκ}$ . Suo etiam imperio subiecit territorium, cui nomen fuit  $\text{ϋϋϋϋ}$ , provinciam terrae  $\text{ην-ϋαααα-ρ-καρ}$  appellatae ††††). Antequam ad successorem regem transimus, commemorandus videtur *σαρκο-φάγος* splendidissimus alabastrite lapide constructus, quem in sepulcro huius regis reperit infelix multisque flebilis *Belzoni*. Adservabatur ille per aliquod temporis spatium in Museo regio Britannico, emtus deinde a Johanne Soane, cui vendidit illum *Saltius*. Denique testamenti iure una cum amplissima ac splendidissima *Soanii* collectione pervenit in Museum Britannicum, ubi hodiernum conspicitur a *Yorke* et *Leake* descriptus. Quod pulcherrimum artis Aegyptiacae monumentum innumeris fere tectum inscriptionibus hieroglyphicis a *Conrado Lecomans Londini* summa cura delineatum est, ac sperare licet, superbi illius monumenti inscriptiones mox publica luce frui †††††).

\*) Cfr. Rosellini, *Mon. Civ.*, III, p. 458.

\*\*) Cfr. eiusdem *Mon. Stor.* III, 1, p. 303. 333. Champollion, *Lettres écrites d'Égypte et de Nubie*, XIII, p. 247. *Conr. Lecomans, Monum. Égypt.*, p. 83. 87 sq.

\*\*\*) Vido Rosellini, *Mon. Civ.*, Tom. III, p. 456 sqq. et supra Sect. III, p. 118. Tab. V, fig. 116.

\*\*\*\*) I. e. *Populus novem arcuum*, quo signo ac nomine indicari solent omnes barbarae gentes. Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.*, III, 1, p. 335 not. 1, p. 420, not. 3. Sunt *Beduini*, qui hodie arabico nomine appellantur.

†) Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.* III, 1, p. 317 sqq.

††) Rosellini, *l. l.*, p. 321 sqq. *M. R. Tab.* XLVI, fig. 1.

†††) De populis istis alisque Asiae occidentalis cfr. Rosellini, *M. St.* III, 1, p. 433—445.

††††) Cfr. Rosellini, *Mon. Stor.*, III, 1, p. 441 sqq. *Mon. Reali*, tab. LIII.

†††††) „Il m'a fallu," ait *Lecomans l. l.* p. 82, plus de quinze jours de travail pour prendre une copie de toutes les inscriptions presque innombrables, qui couvrent l'intérieur et l'extérieur. L'ensemble des représentations nous offre la marche du dieu Soleil au-

Pharaoni, Armesses vel Armais qui vocatur in indice Manethoniano in hieroglyphicis inscriptionibus respondet rex  $\Delta\alpha\mu\eta\text{-}\dot{\Delta}\text{-}\text{P}\alpha\mu\alpha\acute{\epsilon}$ , Amonnai-Ramesse, cuius comprehenditur, cui titulus fuit (fig. 10): *Sol custos veritatis*. Variæ sunt formæ, quibus titulus ille scriptus deprehenditur (cfr. tab. 1. fig. 11. 12. 13). Vexillum eius (fig. 14) continet titulum: *fortis amicus veritatis*. Secundum indicem Manethonianum rex ille nonnisi quatuor per annos regnavit; atqui demonstratum est a Rosellinio ex inscriptione sacelli cuiusdam prope Silsilin, regnum eius minimum quatuordecim durasse annos. Elucet præterea ex tabulis caelatis in parietibus cavernæ splendidissimæ, quæ conspicitur in loco *Beitwalli* hodie appellato prope vicum *Kalabschek* in Nubia, expeditiones bellicas ab eo rege esse factas in Asiam Africanque interiorem, eumque rediisse victorem. Uxorem illi fuisse appellatam *Nofreteri* patet ex inscriptione templi votivi prope Silsilin, cuius fecimus mentionem, ubi hæc legitur inscriptio titulos eius exhibens:  $\epsilon\omicron\upsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\text{-}\text{p}\alpha\alpha\epsilon, \tau\upsilon\mu\epsilon\tau\ \tau\eta\epsilon\lambda\tau\omicron\ \epsilon\omega\tau\eta\ \dot{\Delta}\mu\eta\tau\eta\epsilon, \text{Nofre-}\tau\epsilon\tau\epsilon$ , *regia coniunx magni mundi domina, diis comprobata, Nofre-teri*.

Sequitur in serie regum depicta in *processione palatii Medinet-Abuensis* et in *Ramesseo* scutum regis, quo regnante nata est tabula Abydena, cuius series tertia eaque ima unum idemque tituli scutum continuo ordine repetitum præbet idque hunc in modum legendum:  $\text{P}\eta\text{.....}\ \dot{\Delta}\tau\alpha\epsilon\ \epsilon\omega\tau\eta\ \dot{\Delta}\text{P}\eta$ , *Sol, custos veritatis, approbatus Soli*. Quo cum scuto sexcenties et quod excurrit in innumeris fere veteris Aegypti Nubiaeque inde a secunda catadupa usque ad Nili ostia monumentis iunctum est alterum scutum, quo continetur nomen  $\Delta\alpha\mu\eta\text{-}\dot{\Delta}\text{-}\text{P}\alpha\mu\alpha\acute{\epsilon}$ , Amonnai (*dilectus Ammon*) Ramesse, huius nominis tertii regis. Hæc etiam scuta diversissima ratione sunt composita. Unam ex variarum lectionum numero delineamus in fig. 17. 18 tabulae supra laudatae. Vexillorum eiusdem regis, quæ dedimus in fig. 19. et 20. prius continet inscriptionem: *forte column vigilantium*, alterum: *fortis amicus dei Phra*. Scutum tituli, quo hic rex utebatur a scuto antecessoris in eo differt, quod adduntur verba  $\epsilon\omega\tau\eta\ \dot{\Delta}\ \text{P}\eta$ ; scutum tituli fere congruit, uisi quod alia ratione hieroglyphica signa sunt adornata. Quapropter fuerunt viri docti, ex. gr. Felix et Wilkinson, qui duos illos reges unum eundemque fuisse arbitrabantur. Demonstravit tamen Rosellinius<sup>121)</sup>, fuisse eos unius eiusdemque quidem regis filios eosque tamen inter se diversissimos, quorum posterior priori in regia dignitate successerit. Cuius opinionis argumenta deponit tum ex tabula Abydena, tum exinde, quod familiarum membra (uxores, filii filiaque) diversi sint numeri, quum illius innotuerint duo liberi, huius viginti tres, quorum etiam nomina novimus. Accedit, quod scutum, quo nomen regis Ramesis II. continetur, saepenumero ab eo est contextum, quo additamentum illud conspicitur; denique quod oris vultusque lineamenta adeo sint diversa in imaginibus, quibus hic, ab iis, quibus ille depictus est, ut aperte duo fuerint reges, duobus iisque diversis titulorum scutis usi<sup>122)</sup>.

dessus de l'horizon, durant les douces heures du jour, ressemblant assez bien aux scènes dans les tombeaux royaux mêmes, décrites par M. Champollion dans ses *Lectures écrites d'Égypte et de Nubie* (pr. éd.), p. 288 suiv. Si tous les morceaux du couvercle, dont quelquesuns ont été trouvés près du sarcophage, et

transportés avec ce monument en Angleterre, pouvaient être joints ensemble, nous y verrions la continuation de ces scènes. Au moins les fragmens que j'en ai vus dans le musée Soane, portaient la barque du soleil, comme sur les diverses parties du sarcophage.

Quodsi aliquis vellet etiam conicere, regem *Ramessen III.* in posterioribus regni sui annis titulum *αὐτοῦ* à *πρ* reliquis, quibus antea erat usus, addidisse vel a sacerdotibus aliqua de causa accepisse, obstat tamen huic coniecturae satis, ut primo obtutu videtur, probabili monumentorum auctoritas, quorum ex anno huius regis secundo ac posterioribus usque ad sexagesimum tertium innumera fere superest copia, quibus omnibus inscriptum est scutum cum additamento illo, dum e contra superesse vidimus supra monumentum ex decimo quarto regni anno regis *Ramesses II.*, in quo conspicitur scutum tituli sine additamento illo. Praeterea facile est explicatu, cur in tabula Abydena alterum scutum alteri sit adpositum, in *processionibus* autem *Ramessei* et palatii prope *Medinet-Abu* regis tantum *Ramesses III.* scutum conspiciatur. In monumento enim, quod proxime pertinebat ad regem *Ramessen III.* omnium minime praetermitti poterat ille, qui nullo interveniente, antecesserat rex, dum in aliis monumentis, ubi de successione generationum regiarum agebatur, *Ramesses II.*, qui vivos filios reliquit nullos et cuius imperium idcirco transit ad fratrem, cui natali iure debebatur, apte poterat ac merito debebat omitti secundum legem illam, quam sibi constanter observandam posuerunt veteres Aegyptii a nobis plus senel commemoratam, regum tantummodo generationes esse describendas in monumentis. Recte se habere ea, quae in tabula Abydena sunt delineata, elucet ex indice *Manethoniano*, in quibus tamen regi *Ramessi III.* tribuitur tantummodo regnum sedecim mensium. Verò simile est, confusos esse numeros, quum successori eius sexaginta sex annorum imperium tribuatur. *Rosellinius* igitur, quum annus regni sexagesimus secundus commemoretur in *σὴλῃ* quadam, quae adservatur in musco *Santoniano* *Liburni*, et in qua continetur inscriptio de morte regis scribae vel ministri <sup>123)</sup> *Nofrehi*, numerum *LXVI* censet verum esse annorum, quibus *Ramesses III.* in Aegypto regnaverit.

Procul dubio *Ramesses III.*, qui *Sesostris* vel *Sesoosis* appellatur apud *Herodotum* et *Diodorum* aliosque romanos graecosque scriptores, maximus fuit omnium regum, qui unquam Aegypti regnum tenuere. Gloriam eius potentiaeque prostant eximii testes templa saxis rupibusque excavata prope *Ibsambul*, ingentesque colossi, qui hodiernum ibi ceruuntur; templa prope *Derry*, *Seboa*, *Djirjeh-Hassan* in Nubia; palatium *Karnacense*, *Ramesseum* <sup>124)</sup>, palatium Abydenum. <sup>125)</sup> Omnia Europae musea <sup>2)</sup> repleta sunt omnis generis monumentis, quae eo regnante ab artificibus opificibusque sunt confecta. Imagines in eorum, quae commemoravimus, aliorumque aedificiorum parietibus sculptae intuentibus referunt famam victoriarum, quas de Asiae Africaeque populis reportavit <sup>125)</sup>.

Monumentorum hieroglyphicis inscriptionibus ornatorum non infimi ordinis, immo prae multis aliis commemorazione dignissimum, nuper inventum est prope Berytum (*Βερούνη*, *Βηρυσόν*, Felicem Iuliam Romanorum), veterem Syriae urbem, hodie *Beirut* appellatam. Est inscriptio, in qua celebrantur victoriae regis *Ramesses Meïamun*, ita ut hac quoque de re vera narraverit pater historiae saepenumero mendacii accusatus *Herodotus*, ubi de bellicis regis *Sesostris* expeditionibus, victoris deque columnis (*σὴλαις*) locutus est, quas ut famam suam posteris traderet, in variis orbis terrarum partibus erigi iussit. Quae hac de re narrabimus in iis, quae proxime sequuntur, excerpta sunt ex commentatiuncula

<sup>2)</sup> Inprimis Britannicum et Lugdunense. Cfr. *Leccmans*, l. l., p. 90 sqq.

conscripta \*) ab amicissimo mihi Richardo Lepsius: *Notice sur les bas-reliefs égyptiens et persans de Beirout en Syrie* (Romae 1838, 8.). Iam ante hos triginta annos monumenta illa detecta erant a Gallo Guys \*\*) illius regionis loca peragrante et delineata; attamen anno demum huius saeculi vicesimo innotuerunt viris doctis epistola Hiberni Wyse ad Anglum Sir W. Gell \*\*\*), qui statim Sesostridis regis nomen iis inscriptum esse suspicabatur. Eiusdem opinionis fuit Young \*\*\*\*). Champollionem †) quoque hac de re monuit Gellius. Novis deinde imaginibus a pictore quodam, cui nomen fuit Levinge, delineatis, illustris praeses instituti archaeologici, quod auspiciis Friderici Guilelmi principis heredis regni Borussiae Romae floret, de iis commentationem conscripsit doctissimam ††), qui aliis permultis †††) originis fuit ansa. Deerat tamen eo usque accurata monumenti inscriptionumque effigies, quam denique Pater Ryllo ex societate Jesu societati archaeologicae Romanae transmisit, quarum tabularum ad fidem suam, quam ante oculos habemus, tabulam summa diligentia et exactissime aeri incidi curavit Richardus Lepsius. Veteres Graeciae scriptores eorumque ad fidem Romani referunt de magnis illis bellicis expeditionibus, quas susceperit Rameses III. (Sesostris). Aethiopia tota peragrata, devicisse eum narrant gentes rubri maris accolae, in freto maris australi in Asiam transiisse, per Arabiam ad Indiae usque fines prorupisse, deinde Asiam septentrionem versus ad Scythiam usque et Tanain fluvium transcurrisse ipsamque Thraciam superasse. Possuisse eum ubivis *αρχαία*, victoriae suae documenta, praesertim in Ionia ††††), coloniam quoque reliquisse in Colchide, unde factum est, ut docti existerent viri (Sicardus, Wahlius), qui linguam veteris Aegypti armeniaca, georgica ac mingrelicae fuisse affinem contenderent, qua de re diximus in sectione huius operis prima. Inscriptio in monumento Aegyptiaco Berytensi prorsus fere defleta est iniuria temporis neque permittit idcirco concinnam perpetuamque explicationem.

Mater Ramessis III, uxor igitur regis Menephtha I, appellabatur (fig. 22). *Ἡ ἄρτεμ Τραχὺ, κοῦρτεν γλαε, τισερ, Τρυγα Treah*, quod patet ex scuto in Ramesse et in statua mulieris gigante, quae erecta est Romae in cavaedio musei Capitolini. Rosellini duas fuisse huic regi uxores demonstravit, alteram *κοῦρτεν γλαε (τ) ἡσέτο, Ἰου-νοσπε* (fig. 23), i. e. *regia uxor, domina mundi, Isis venerola (Isinofre)*; alteram (fig. 24): *Ταλαγμὴ Κορρε-Ἄρι, i. e. serra deae Nuth, Nofre-Ari*. Praeterea in monumentis detexit nomina viginti trium filiorum et sex filiarum huius regis, quarum una nomine *Βογζαμπε* fuit regina, quod elucet ex scuto eius (fig. 25) in maiori antro prope *Ibsambul* et in *valle reginarum*, quae vocatur, reperto.

\*) Scorsim expressa ex collectione inscripta: *Annali dell' Istituto di Corrispondenza archeologica*, Vol. X, p. 12 — 19.

\*\*) *Bulletin de l'Institut de Corr. archéol.*, 1837, p. 138.

\*\*\*) *Ibid.* 1834, p. 155.

\*\*\*\*) *Discoveries*, etc. p. 52.

†) *Précis* B, p. 272.

††) *Bulletin*, 1834, p. 30.

†††) *Bulletin*, 1834, p. 151. 155. — 1835, p. 20. 23. 25. — 1837, p. 134. 135. 138. 145. 147.

††††) Herodot. II, 102. 103. 106. Diodor. I, 35. Strabo, XVI, p. 769. XVII, p. 790.

Magno huius regis successor fuit Menephtha II., cuius scutum cum titulo deprehenditur in processione palatii prope *Medinet-Abu* et haec verba continet: ΠΕ ΔΑΗ-ΔΑΔΗ-ΝΟΥΘ, *Sol, servus dei Ammonis Chuuphidis* (fig. 26), vel varia quadam lectione: ΠΕ-ΔΑΗ-Η-ΔΑΔΗ-ΝΟΥΘ, i. e. *Sol, famulus spiritus\*) Deorum*. Alterum scutum praeter ipsum nomen continet titulum ΟΥΤΗ-ΕΙ-ΤΑΔΕ, *perfectus in iustitia*. Monendum est praeterea, decimum tertium\*\*) trium et viginti, de quibus diximus, filiorum regis Ramesis III. eodem usum esse nomine, quod, ut regia dignitas indicaretur, scuto inclusum solitiusque attributis exornatum est, quibus reliquorum filiorum nomina carent. Scripta enim sunt illa reliqua nomina lineis perpendicularibus, unde patet regem Menephtha II. fuisse filium Ramesis III. Item elucet ex indice Manethoniano, in quo Armeses (Pheron Herodoto, Sesostris II. Diodoro appellatus) filius regis Miammou successisse dicitur regi Ramesis III. Re vera Rameses III. saepenumero in monumentis titulo ornatur ΔΑΔΗΔΑΔΗ, qui eiusdem est significationis, quam ΗΕΙΔΑΔΗ. Regis Menephtha II. nulum aliud in Aegypto prostat monumentum artis architectonicae praeter sepulcrum magnificum prope *Bibân-el-Molâk*, tertiusque eius regni annus est ultimus, quem Rosellini poterat invenire. Uxor illi fuit ΚΟΥΤΕΡ ΖΑΔΕ, (Τ)ΜΕΡ, (Τ)ΝΕΚ-ΘΟ, (Τ)ΚΟΥΤΙ ΗΟΥΤΑΡ ΙΣΙΝΟΥΡΕ, Isinofre (fig. 28), cuius imago iuxta imaginem mariti delineata cernitur in parietibus unius aedicularum votivarum, quae exstant in iugo montium occidentali prope *Silâlin*.

In pompa illa, quae in palatio prope *Medinet-Abu* est delineata, sequitur scutum, quo continetur inscriptio: *Sol, column mundorum, dilectus Ammoni* (fig. 29), pertinens illud ad Pharaonem appellatum ΟΥΡΕΙ ΗΙΝΤΑΘ. Titulus, qui nomini est adiectus ΟΥΡΕΙ non nisi in iis deprehenditur scutis, quae erant defunctorum\*\*\*). In reliquis monumentis scutum huius Pharaonis Menephtha III., filii regis Menephtha II. constanter exhibetur ea ratione, qua delineatum est a nobis fig. 30. Champollion, qui in figura erasa dei Mendetis imaginem agnovisse sibi videbatur, qua de re iam supra a nobis dictum est, nomen legendum esse censuit ΗΑΝΟΥΡΕΙ, regemque eundem esse censuit, quem Graeci *Θουμανδΐαν* appellaverant. Vexillum (fig. 31) continet inscriptionem: *fortis amicus dei Phra*, interdum adlitur complexus figurarum hieroglyphicarum (fig. 32) qui significat ΔΑΔΕΙ, *A mensi i. e. filius Ammonis*. Statua regis Menephtha III. eximii artificis opus conservatur in Museo Britannico †).

Rex Menephtha III. (Amenophis) fuit ultimus familiae decimae octavae secundum indicem Manethonianum: in pompa illa depicta in palatio prope *Medinet-Abu* sequitur praeterea scutum tituli (fig. 33), quo continetur inscriptio (fig. 33): *Sol, columnae dominantium, dilectus Ammoni*. Varias huius nominis sunt formae (fig. 33, 34, 35, 36), unde probabilissima ratione ΟΥΡΕΙ legendum esse videtur. At ΡΑΡΡ, i. e. Rhamerre, nomen esse pronuntiandum, mox videbimus. Singulorum, quibus constat signorum, duo tantum-

\*) *nûba spiritus, genii*, vocantur famuli Deorum. Cfr. Rosellini, *Mon. Civ. III*, p. 328 not. 1. *Mon. Stor. III*, 1, p. 235, not. 2.

\*\*) Cfr. Leemans, *l. l.*, p. 97.

\*\*\*) Obiter monendum est, pro ΔΕΤΑΥΟ frequenter scriptum esse vocabulum ΝΟΥ vel ΝΟΥΙ (cfr.

Salvolini, *Analyse grammaticale*, p. 139, not. \*). Utrumque *ταυτολογικῶς* interdum coniunctum est, at raro. Cfr. Leemans, *Monuments Égyptiens*, p. 62 sqq.

†) Yorke et Leake, *Pl. III*, fig. 6. Leemans, *l. l.*, p. 98 sq.

modo ꝑ in tribus scutis reperiuntur, ideoque certum est, hanc literam duplicatam partem nominis effecisse. Reliquae adeo titulis sunt involutae, v. c. *dilectus Osiridi, amicus Ammoni, confirmatus deo Phra*, aliisque, ut difficillimum videatur, aliquid accuratius definire. Vexillum (fig. 37) continet titulum: *fortis vigilantium*. Scuta, quorum mentionem fecimus, reperta sunt in sepulchro regis huiusce prope *Bibân-el-Moluk*, quod tamen minime eius ipsius iussu est constructum, sed proprie eum in finem erat destinatum, ut exciperet corpus reginae Taosra (tab. XXII. fig. 45) vel Tasser, eiusque mariti Menephthasiphtha, cuius scuta varia ratione scripta exhibuimus in fig. 38. 39. 40. Quamvis minime certum sit regem hunc reginamque uxorem suam locum obtinuisse inter reges familiae decimae octavae et re vera vixisse inter reges *Ramessen III.* et *Rhamerre*, nuperrime tamen *Leemans* \*) demonstrare conatus est, fuisse eum regem huiusce, de qua agimus, familiae ultimum regnumque eius adeo breve fuisse, ut ipsa monumenta alicuius ambitus, quae temporis iniuriis obstitissent, relinquere minime potuisset. Eius scutum cum titulis, quibus ornari solebat, cernitur in *στῆλη* quadam musei Britannici, quam indiligenter descriperunt *Yorke* et *Leake* \*\*). Est columna lapide granitae rubri coloris sculpta, quindecim pedum altitudinis, cuius in capitulo alterna vice leguntur nomina regum *Amenophis (III)* et *Rhamerre* (ita enim legendum pro *Uerri* \*\*\*).

Constabat igitur familia decima octava regibus in tabula, quae sequitur, enumeratis:

\*) *L. I.* p. 99 sqq.

\*\*), *Pl. VII.*

\*\*\*) Cfr. *Leemans, l. l.*, tab. XXI, nr. 198 — 200. *Champollion, Lettres écrites d'Égypte et de Nubié, XVIII*, p. 354. 362.

## Tabula regum Aegyptiacorum familiae decimae octavae.

	Nomina regum secundum monumenta.	Nomina secundum auctores graecos et romanos.	Anni regni eorum.	mensis
1.	Amenoph, Amenoph tep vel Amenophis I. (Uxores Ari et Aahothph.)	Amosis, Thetmosis, filius regis Misptra-Thutmosis.	XXXVI.	IV.
2.	Thutmes I, filius. (Uxor Aahmes.)	Chebron, filius.	XIII.	—
3.	Thutmes II, filius. (Uxor Amonmai.)	Amenophis I.	XX.	VII.
4.	Amense, eius soror. Mariti { 1. Thutmes III. 2. Amenemhe.	Amenses, soror, } cuius regno comprehenditur filius nomine Mephres, Miphra, Moeris.	XXI.	IX.
5.	Thutmes IV., filius Amenses et Thutmosis III. Uxor: Meiphrehi.	Mephrauthutmosis, filius Moeridis.	XXV.	X.
6.	Amenophis II.	Thmosis, eius filius.	IX.	VIII.
7.	Thutmosis V. Uxores { 1. Tore. 2. Muthemva.			
8.	Amenophis III. filius Thutmosis V. reginaeque Muthemva. Uxor: Taia.	Amenophis II. Memnon, filius regis Mephrauthutmosis.	XXX.	X.
9.	Hor, Horus.	Horus, eius filius.	XXXVI.	V.
10.	Tmauhmot.	Achencheris, filia.	XII.	I.
11.	Rameses I.	Rathotis vel Athoris, eius frater.	IX.	IV.
12.	Menephtha I. eius filius Uxores { 1. Twea. 2. Tsire.	Ambae Achencheres.	XXIV.	VIII.
13.	Rameses II. Uxor: Nofreteri.	Armais, Armesses.	XIV.	—
14.	Rameses III. frater Ramesses II. Uxores { 1. Nofre-Ari. 2. Isinofre.	Rameses, i. e. Sesostris Herodoti, Sesoosis Diodori.	LXVI.	II.
15.	Menephtha II. filius Ramesses III. Uxor: Isinofre.	Armesses, filius regis Miammo; Pheron apud Herodotum, Sesostris II. apud Diodorum appellatus.	III.	—
16.	Menephtha III. (Siphtha) (Taosra et Siphtha.)	Ameuophis III. filius.	XIX.	VI.
17.	Rhamerres (falso Uerri appellatus). Uxor: Nofrei.		II.	V.
		Regnavit familia regia decima octava annis	CCCXLVIII.	—

Itaque Pharaonum familia decima octava regnavit in Aegypto inde ab anno MCCCXXII. usque ad annum MCDLXXVII. a. Chr. nat. Antequam transimus ad decimam nonam, pauca, duce Rosellinio, nobis dicenda sunt de rebus illa regnante gestis.

Patet ex verbis sacrorum librorum Veteris Testamenti \*):

וַיָּקָם מֶלֶךְ-נִדְרֵשׁ עַל-מִצְרַיִם אֲשֶׁר  
לֹא-יָדַע אֶת-יְיָ

i. e. *Exstitit novus rex in Aegypto, qui nihil scivit de Josepho*...., patet, inquam, hisce ex verbis, manifesto indicari restaurationem legitimae regum familiae post pulsam ex Aegypto pastorum gentem  $\text{עַמַּת־מִצְרַיִם}$  appellatam <sup>128)</sup>. In sequentibus versibus indicatur causa, cur populus Israël a regibus Pharaonibus sit oppressus:

וַיֹּאמֶר אֶל-עַמּוֹ הַזֶּה עַם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל  
 רַב וְעֲצוּם מִמֶּנּוּ: הִבַּח בְּחַזְקָתָהּ לִי  
 עֵן-יָרֶבֶה וְהָיָה כִי-תִקְרָאנָה מְלַחֲמָה  
 וְנִלְחַם נָם-הוּא עַל-מִצְרַיִם וְנִלְחַם-  
 בְּנֵו יַעֲלֶה מִן-הַיַּרְדֵּן:

i. e. *Dixit populo suo: ecce populus Israelitarum numerosior et potentior fit* [nobis]. *Agedum, sapienter nos geramus adversus illum; ne augeat, eventiatque, si quando inciderint* [occasiones] *belli, ut adiungat se ipse quoque inimicis nostris, vel pugnet contra nos, vel ascendant ex hac terra.* Quemadmodum enim pastorum genti ( $\text{עַמַּת־מִצְרַיִם}$ ) erat exoptatissimum, si gens quaedam maioris numeri auxilia in bellis proeliiis ferre poterat, ita etiam Pharaonibus curae erat, ut gentem eiusce modi naturae vel expellerent vel eum in modum subiugarent, ut nullum ab iis sperandum esset inimico auxilium. Bene etiam intellexerunt Hebraei, nihil iis morae esse relictum in Aegypto ulterius commemorandi, ita ut, servos se esse sentientes, non liberos regionum, quas inhabitarunt, accolas, post CCC annorum servitutum <sup>129)</sup> denique eo pervenerunt, ut vel armorum vi Niloticam relinquerent terram. Quam  $\text{Ἰξόδοϝ}$  rege quodam, cui Ramesses nomen fuit, regnante esse perfectam, exiinde patere censet Rosellinius <sup>130)</sup>, quod secundum sacra V. T. biblia paulo ante urbs *Raëmses* <sup>131)</sup> condi coepta est, et quod Ramesses III. fuit rex, cui tunc Aegyptus paruit. Quod chronologicis argumentis confirmatur iis, quae a nobis supra sunt adlata \*).

Primus rex familiae decimae nonae secundum Manethonem <sup>132)</sup> fuit Sethos-Ramesses, qui bellicis inclaruit expeditionibus ideoque et propter similem nominis sonum, saepenumero a viris doctis pro eodem habitus est rege, quem Graeci scriptores Sesoosin vel Sesostrin appellarunt, quem tamen nos nullum alium fuisse demonstravimus, nisi magnum regem Ramessen III. familiae decimae octavae. Scutum tituli, quod cernitur in pompa Medinet-Abuensi (fig. 41), continet inscriptionem: *Sol, columen veritatis, dilectus Ammoni* ( $\text{Ⲡⲓⲛⲁⲙⲓⲛ}$ ), inque monumentis huic titulo respondet nomen  $\text{ΡⲚⲘⲚⲚ}$ . Utrunq; de hoc rege Ramesse III. dicta sint verba Taciti, quae infra adscribimus <sup>133)</sup> pro certo definiti nequit: inclaruisse eum vero bellis feliciter gestis non solum ex verbis Manethonis apud Josephum, quae modo commemoravimus, elucet, sed ex sculpturis etiam, quae hodienuum certuuntur in palatio, quod partim extruxit, Medinet-Abuensi. In Veteris Testamenti libris bellorum ab eo gestorum nullam factam esse mentionem, Rosellinius <sup>134)</sup> illo explicare conatur argumento, quod hoc rege regnante Hebraei in deserto Arabico

\*) Ne quid silentio, iniuria socordiae praeteriisse videamur, mentionem facimus dissertationis inscriptae: *Unter welcher Dynastie haben die Israeliten Aegypten verlassen?* auctore J. Ch. C. Hofmann.

(Ullmann und Umbreit, *theolog. Studien und Kritiken*, 1839, p. 393 — 428). Iso scivit, qui fuerit Ramesses Meïamun?



erraverunt per quadraginta annos. Fratrem Armaïn-Danaum (ΡΗ-ΔΑΔΙ), dum procul esset rex ab Aegypto, conatum esse regiam sibi ipsi vindicare dignitatem, deinde autem eo redeunte coactum esse, ut in Peloponnesum fugeret, graeci scriptores narrant. Vexillum regis (fig. 42) continet inscriptionem: *Har-phre (Horus Sol), fortis, magnus inter reges*\*). Sarcophagus nagnificus syenite lapide confectus, in quo eius aliquando condita erat mumia, adservatur in Museo Caroli X. Parisiensi (*Musée Charles X*): operculum, quod ad eundem pertinebat iam antea in Angliam fuit translatum hodieque adservatur in Museo Cantabrigiensi. Secundum Manethonem rex Ramesses IV. Sethos-Aegyptus viginti quinque per annos regnavit; hucusque tamen ex monumentorum auctoritate nullum alium, nisi annum regni eius decimum sextum indicare licet.

Uxor huius Pharaonis appellata erat Isis (ΙΣΣ), quod eo patet argumento, eius nominis reginam titulo  $\sigma\omicron\tau\tau\epsilon\upsilon \tau\alpha\lambda\alpha\tau$ , *regiae matris*, ornata esse regnante successore Ramesse V. in sepulcro, quo condita est, in *valle Reginarum* sito (fig. 43). In magno palatio *Medinet-Abueni*, quod construere coepit Sethos rex, conspiciuntur imagines\*\*) ac nomina decem eius filiorum. Titulos quatuor natu maiorum, qui patris in regno Aegypti fuerunt successores, quod ex ipsis scutis elucet, quibus nomina sunt inscripta, delineavimus in *tab. XXIV, fig. 1—4*.

Natu maximo fuit titulus: ΠΗΡΑ-ΡΑΜΣΤ \*\*\*)  $\xi\iota \sigma\omicron\tau\tau\eta \epsilon\lambda\omicron\sigma\tau\tau$ ,  $\beta\eta\eta$ ,  $\sigma\omicron\tau\tau\eta \sigma\epsilon\lambda\alpha$ ,  $\mu\omicron\tau\tau\eta \eta\eta\epsilon\mu\alpha\iota\sigma\epsilon$ ,  $\sigma\omicron\tau\tau\eta \epsilon\iota \eta\epsilon\mu\omega\tau$  (ΡΗ-ΔΑΣΣ), i. e. *Adlophoros ad sinistram regis, iuvenis, regius scriba, caput arcitenentium, regis filius ex ipsa stirpe eius (Ramesses)*:

Filii secundi haec legitur inscriptio: ΠΗΡΑ-ΡΑΜΣΤ  $\sigma\tau \sigma\omicron\tau\tau\eta \epsilon\lambda\omicron\sigma\tau\tau$ ,  $\eta\eta$ ,  $\sigma\omicron\tau\tau\eta \sigma\epsilon\lambda\alpha$ ,  $\sigma\omicron\tau\tau\eta \epsilon\iota \eta$   $\eta\epsilon\phi\omega\tau$ ,  $\mu\alpha\lambda\eta \beta\eta\eta\text{-}\Delta\alpha\sigma\sigma$  (ΡΗ-ΠΗΒ-ΗΤΑΣ ΔΑΗ-ΔΑΔ) i. e. *Adlophoros ad sinistram regis, iuvenis, regius scriba, regis filius ex ipsa eius stirpe, qui illum deligit, Ramesses (Sol, dominus veritatis, dilectus Ammonis)*. Cfr. fig. 2.

Tertio filio hocce datum est scutum (fig. 3): ΠΗΡΑ-ΡΑΜΣΤ  $\xi\iota \sigma\omicron\tau\tau\eta \epsilon\lambda\omicron\sigma\tau\tau$ ,  $\sigma\omicron\tau\tau\eta \sigma\epsilon\lambda\alpha$ ,  $\mu\omicron\tau\tau\eta \eta\epsilon\sigma$  (Α),  $\omega\sigma\tau \sigma\omicron\tau\tau\eta$ ,  $\sigma\omicron\tau\tau\eta \epsilon\iota \eta\epsilon\phi\omega\tau \mu\alpha\lambda\eta$  (ΔΑΗ-ΓΑΜΗ  $\beta\eta\eta\text{-}\Delta\alpha\sigma\sigma$ ,  $\tau\eta\phi$ .....), *Adlophoros ad sinistram regis, regius scriba, inspector equorum [praepositus stabulo], regius filius ex ipsa stirpe [regis]; qui eum amat, (vis Ammonis, Ramesses, divus duz.....)*.

Quarti denique filii scutum iisdem fere titulis est compositum (fig. 4) et hunc in modum interpretandum: *Adlophoros ad sinistram regis, regius scriba, inspector equorum, regis filius ex ipsa [eius] stirpe.....*  $\epsilon \eta\eta\epsilon\phi\omega\tau\omega\sigma\eta\eta\eta$ , *Hirpeshopsch*. Ut nomen integrum posset pronuntiari, necesse esset, ut naturam nomenque nossemus bestiae ignotae, cuius capite ornata solet esse imago dei illius iam supra in scutis regis Meneptha I. reperta, quae per totam Aegyptum mallei, caeli scalprique ope in monumentis deleta est†). In opposito eiusdem cubiculi latere, ubi eadem filiorum regiorum series est depicta, huic

\*) Imaginum in vexillis Pharaonum omnino ea erat ratio, ut hoc vel illo modo reges cum Horo deo compararentur. Cfr. Rosellini, *Mon. Stor. III, 1*, p. 229. 245.

\*\*) Delineatae sunt apud Rosellinium. Cfr. not. 35.

\*\*\*) De quo titulo cfr. Rosellini, *Mon. Stor.*, I, p. 273 sqq. II, p. 8 sqq. III, I, p. 323.

†) De deo eo, Seth cfr. supra Sect. III, p. 112. et tab. VIII, 22; imprimis autem Leemans, *Monuments Égyptiens*, p. 84 sqq.

quarto filio quintus est additus (cfr. Tab. XXIII, fig. 44), cui nomen ac titulus: ΡΗ-ΑΚΣΙ-Ι-ΝΕΦΩΣΟΥ ΤΥΡΩΣ, *Rameses-hem-pefschopsch dator vitae*. Iam exoritur quaestio, utrum scuta nominum titularumque, quae regum erant in iis, quae praecedunt, commemoratorum, in aliis etiam Aegypti monumentis reperiantur. Quemadmodum plus semel iam vidimus, scuta Pharaonis cuiusdam esse contacta iis, quae ad alium quemquam pertinent regem huic successorem<sup>136</sup>), ita etiam in secundo atrio Ramessei Thebani deprehenduntur scuta regis Ramesses IV. primum contacta iis, quibus ipsius successor utebatur his (cfr. tab. XXIII, fig. 45): COYTH (PH.....HTACE, CWTY H AAKH) CPH (AAHAAH PH-AACC . . . . HTACE), i. e. *Rex (Sol veritatis, confirmatus ab Amnone), filius Solis (dilectus Ammoni, Ramesses V. iustitiae rector)*, deinde scutis duobus, quibus nomina titulique leguntur fratris eiusdemque in regno successoris (cfr. fig. 47.): COYTH (PH NCH H TACE AAHAAH) CPH (PH-AACC AAHAAH-NEΦΩΣΟΥ.....) i. e. *Rex (Sol, dominus iustitiae, dilectus Ammoni: filius Solis (Ramesses VI, Ammon in fortitudine sua<sup>137</sup>).....)*. Ramesses V, cuius scuta frequenter occurrunt in monumentis Aegyptiacis, in fragmentis Manethonianis appellatur (apud Syncellum) *Rapsaches* vel *Rapses*, (apud Ensebium) *Rampses*. Ramesses VI. apud Manethonem *Amnephthes* appellatus, utebatur vexillo, cui haec verba erant inscripta (tab. XXIV, fig. 5): *Fortis, magnus heros victoriae*. In palatio Karnacensi deprehenditur scutum nominis paulo diversa ratione scriptum (cfr. tab. XXIII, fig. 48). Vocabulum enim AAH totidem literis exhibetur, in reliquis contra monumentis ἀρχολογικώς prima tantummodo litera indicari solet (fig. 47).

Scutum nominis, quo tertius filius Ramesses IV. utebatur, idem ille, qui secundo fratri successit, ab eo, quo hic utebatur, non nisi unius signi additione differt, pluma, quae in fine adiecta est. Itaque interpretanda est inscriptio (fig. 49): CPH (PH-AACC AAHNEΦΩΣΟΥ, TYR....) i. e. *filii Solis (Ramesses, Ammon in fortitudine sua, divus moderator.....)*. Scutum tituli inscriptum est: COYTH (PH.....HTACE, AAHAAH, CWTY H PH). *Rex, columen iustitiae, dilectus Ammoni, confirmatus per deum Phra*. In indice Manethoniano rex eodem nomine *Ramessis* appellatur.

Post Ramessen VII. rex est constitutus quartus Ramessis IV. filius, cuius scuta tum aliis in locis conspiciuntur, tum in duabus στήλαις in museo aegyptiaco Berolinensi adservatis, quo ex Passalacquae quae olim fuerat collectione pervenerunt. (Fig. 50): *Rex, dominus mundi (Sol, praesidium..... Ammonis), filius Solis (dominus dominantium, dilectus deo Phru et deo....., Ramses)* vel diversa ratione (fig. 51): *dilectus Ammoni et deo Atmu*. Apud Manethonem rex appellatur *Amnephthes*.

In sepulcro quodam prope *Bibân-el-Moluk* Rosellinius reperit scuta (fig. 52) regis cuiusdam, quae continent inscriptionem: COYTH (PH..... HTACE CWTY H AAKH) CPH (PH-AACC AAHAAH), i. e. *Rex (Sol, distributor iustitiae, electus ab Amnone), filius Solis (Ramesses IX., dilectus Ammoni, bis iustus<sup>138</sup>)*. Rosellinius arbitratur, fuisse haec scuta nominis titulique, quibus utebatur ultimus familiae decimae nonae rex, *Thworis* apud Manethonem vocatus, qui Ramessi VIII. successit. Cuius opinionis argumenta repetit exinde, quod nomen titulique congrunt cum iis, quibus reges familiae decimae nonae uti solebant; deinde ex loco, quo inventa sunt, denique quia reperuntur etiam in templo *Karnacensi* dei Chons, quod a primis familiae vigesimae regibus est absolutum,

ubi inscriptio longe est simplicior hunc in modum legenda (Tab. XXIV, fig. 6): *Sol, moderator iustitiae, Ramessees*. Vexillo (fig. 7) inscripta sunt verba: *fortis qui diligit veritatem*.

Reges igitur Pharaones familiae decimae nonae, quae secundum Eusebium regnavit annos CXCIV, ideoque ab anno inde ante Christum natum MCDLXXXIV usque ad annum MCCLXXX. fuerunt hi:

- Rames IV. (Sethos-Aegyptus).
- Rames V. (Rapsaches, Rapses, Rampses).
- Rames VI. (Amenophetep).
- Rames VII. (Ramessees).
- Rames VIII. (Amenemhe).
- Rames IX. (Thuoris).

Unus ex regum, quos enumeravimus, numero fuit fortasse Rampsinitus ille ab Herodoto commemoratus, cuius de filia mira ibi narratur fabella, apud alias etiam gentes, quemadmodum alio loco commonstravimus, obvia \*.

Secundum indicem Manethonianum ultimus huius familiae rex idem fuit, qui Polybus vocatur apud Homerum <sup>139)</sup>. At dubitare licet, num verba: *ὁ παρ' Ὀμήρω καλούμενος Πύλβος, Ἀλκίανδρας ἀνήρ, ἐφ' οὗ τὸ Ἴλιον ἐτάλα* ab ipso Manethone sint profecta, veroque est similis ea esse intrusa ab excerptore quodam operis Manethoniani, vel Iulio Africano vel alio quodam, quemadmodum supra intelleximus, nomini regis Amenophis III. perperam adscripta esse verba: *οὗτός ἐστιν ὁ Μένων εἶναι νομίζόμενος καὶ φθεγγόμενος λιθός*. Polybus autem Homeri appellatur tantummodo Thebarum incolae, minime vero rex Aegypti. Alii sunt arbitrati, fuisse eum Proteum, quem Menelaus naufragio ad Aegypti litora delatus de fato suo interrogasse narratur: atqui apud ipsum Homerum manifestis verbis Proteus deus marinus fuisse traditur <sup>140)</sup>.

Familiae regiae vigesimae eiusdemque originis thebaeae, secundum Iulium Africanum et Eusebium duodecim fuere reges, qui CXXXV per annos in Aegypto regnavisse perhibentur, quorum tamen nomina in indice Manethoniano interierunt, imo fortasse silentio erant praetermissa, quum aperte hi reges sint iidem illi, de quibus apud Diodorum haec leguntur verba <sup>141)</sup>: *τούτου δὲ τελευτήσαντος* (agitur de rege Remphi, qui regis Ketis nominati dicitur filius) *ἐπὶ γενεάς ἐπτά διεδίξαντο τὴν ἀρχὴν βασιλεῖς ἀργοὶ παντελῶς καὶ πρὸς ἀνεσίην καὶ τρυφήν ἅπαντα κρείττοντες, διύπηρ ἐν ταῖς ἡμερῶν ἀναγραφαῖς οὐδὲν αὐτῶν ἔργον πολυτελεῖς οὐδὲ πρᾶξις ἰστορίας ἀξία παραδίδονται, πληρὴ ἐνὸς βασιλείου, ἀφ' οὗ συμβαίνει τὸν ποταμὸν ἀνόμασθαι Νεῖλον τὸ προτοῦ καλούμενον Αἴγυπτον*. Qui Nilus etiam in fragmento Dicaearchi <sup>142)</sup> commemoratur: *Δικαίαρχος ἐν τῷ πρώτῳ [τοῦ Ἑλλάδος βίου] μετὰ τὸν Ἰσίδος καὶ Οὐσίριδος ἔργον βασιλεία γιγνόμενα Σισογόωνιν λέγει ὥστε γίγνεσθαι ἀπὸ τῆς Σισογόωνιδος βασιλείας μέχρι τῆς Νεῖλου ἔτη διαχίλια θ', ἀπὸ δὲ τοῦ Νεῖλου βασιλείας μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔτη ἑξήκοντα, ὡς εἶναι τὰ πάντα ὁμοῦ ἔτη διαχίλια ἑνεακῶσια λς'*. Nomina, quae dedit Syncellus <sup>142)</sup> prorsus arbitraria sunt ex

\* Cfr. commentatio nostra: *Die Sage vom Schuss des Tell*. Berol. 1835, 8., p. 63. Valkenscr ad Herod. II, 121. Baehr, Exc. VII. ad Herod. Vol. I, p. 912. Ottf. Müller *Orchomenos und die Mänyer*,

p. 97 sqq. Buttmann, *Ueber die Mänyer*, p. 203. Ilgen. ad Hymn. Homeric. p. 304.

\*\* ) I, 63.





Maior natu appellatur: (fig. 25):  $\text{COTY} \tau \epsilon \kappa \eta$ ,  $\text{TYP} \tau \text{I} \alpha \mu \epsilon \text{I} \text{I} \Delta \alpha \lambda \eta$ ,  $\text{TYE} \tau \text{O}$  ( $\tau$ .  $\text{TYP} \text{COTY}$ ,  $\text{PT} \text{I} \text{I} \tau \alpha \mu \epsilon$ ) i. e. *regia filia, divina sponsa Ammonis, domina mundi (stella divina, Rekan tme i. e. Sol devotus veritati)*, minor (fig. 26):  $\text{COTY} \tau \epsilon \kappa \eta$   $\text{TYE} \tau \text{I} \epsilon \tau \text{O}$  ( $\Delta \omega \mu \rho \epsilon \text{I} \text{O} \tau$   $\text{N} \epsilon \lambda$  ( $\eta$ )  $\tau \text{O}$ ), *regia filia, domina mundi (Athorsiu, i. e. stella deae Athor, domina mundi)*.

Reges familiae decimae octavae quum essent imbecilles hebetisque ingenii, quod ex diserto Diodori testimonio patet, quo supra usi sumus, tum exinde, quod Manetho eiusce modi reges indignos habuit, quorum nomina in indicem suum referret, tum quod duo illi sacerdotes paulo ante commemorati audere poterant, regiam dignitatem sibi immet ipsi viudicare monumenta a Pharaonibus regibus inchoata ad finem suis suuntibus, proprioque nomine inscripto, perducere, posterior etiam regii honoris attributa, quamvis non in aprico sibi adrogare, denique quod Pharaonum regia auctoritas ad Taniticam transitit familiam, fieri sane potuit, ut regia familia decima nona extincta, sacerdotum summorum Diospolitanorum, quae princeps in Aegypto huius ordinis erat familia, regnum sibi adrogaret, ita ut prior quiete auctoritatem exerceret, posterior ob ordine militari, qui iura sua laesa vilit ac violata, si non prorsus abrogata, multoties infestaretur, ut regnum denique Aegypti ad aliam familiam eamque vel novi generis vel Diospolitani consanguineam transiret. Quae argumenta solito acumine exposuit Rosellinius.

Tanis ( $\chi \alpha \nu \text{I}$  vel  $\chi \alpha \lambda \mu \text{I}$ ), urbs Aegypti inferioris, in sacris Veteris Testamenti libris appellatur  $\tau \rho \alpha \varsigma$ ,  $\tau \rho \alpha \sigma \text{I}$ , nomi eiusdem nominis caput, Josephi <sup>146</sup>) aetate fuit nihil nisi  $\mu \text{O} \lambda \acute{\iota} \chi \nu \eta$ , paucaque tantummodo eius hodienuum supersunt rudera, quae tamen offerunt scuta regum Ramessis III., Amosis, Menephtha, Osorchon (familiae vigesimae secundae) et Taraka, regis dynastiae vigesimae quintae, unde licet sane concludere, fuisse eam aliquando urbem magni ambitus et antiqui splendoris <sup>147</sup>). Atqui rudera huius urbis nou magis, quam ullius alius monumenti in solo veteris Aegypti hodienuum superstitis, vestigia exhibent regiae familiae vigesimae primae taniticae.

Champollion <sup>148</sup>) arbitratur, in  $\sigma \tau \acute{\iota} \lambda \eta$  quadam Abydi reperta et nunc in museo Galli *Cousinéry* adservata, qua infantium liberorum numerus est delineatus, qui defunctis parentibus divinos offerunt honores, nomen primi huiusce familiae regis deprehendisse. Patri nomen fuit  $\Delta \alpha \kappa \epsilon \text{I}$ , Aasen (fig. 27): filius primus (fig. 26) appellatur *filius eius primo genitus Osortasen, qui eum amat*,  $\text{N} \epsilon \rho \epsilon \text{I} \text{I} \text{O} \rho \tau \epsilon \text{I} \text{N}$  ( $\text{P} \text{I} \text{M} \alpha \text{I}$ )  $\Delta \alpha \alpha \text{I} \text{I} \text{I}$ , secundus (fig. 29): *filius, qui eum amat, Manduftef*,  $\text{N} \epsilon \rho \epsilon \text{I}$   $\Delta \alpha \alpha \text{I} \text{I}$   $\text{I} \text{I} \text{I} \tau \text{O} \tau \gamma \tau \eta$ . (Reliquorum nomina silentio praeterimus). Posterior  $\sigma \tau \acute{\iota} \lambda \eta \nu$  in patris honorem dedicavit noutenque eius, ut regium imperium, quod in Aegypto exercebat, indicaretur, scuto est inscriptum. Putat Champollion, patrem Aasen fuisse plebeia gente ortum, eumque ipsum, secundum patris sui filium, deinceps vel populi voto vel alia quavis via in regni solium ascendisse. Respondere eum igitur ceuset regi, qui apud Manethonem S mendis ( $\Sigma \mu \alpha \rho \tau \text{O} \gamma \text{I}$ ) appellatur, quod ex ipsa elucere opinatur nominis forma. Burton <sup>149</sup>) anno huius saeculi decimo octavo inscriptionem publici iuris fecit in via, quae ad sicum hodiernum Kosseir in litore rubri maris situm ducit, reperta, in qua iterum deprehenditur scutum illud nominis, quod delineavimus in fig. 30 addito titulo:  $\text{COTY} \tau \epsilon \kappa \eta$  ( $\text{PT} \text{I} \text{I} \tau \epsilon \tau \text{O}$ ) i. e. *Rex (Sol, dominus mundi)*. Monet praeterea Rosellinius aptum fuisse huncce titulum praeprimis regi cuidam, cui nullus sacer fuit titulus ab avis atavisque acceptus <sup>150</sup>), ita ut contentus esse debuisset communi regum

titulo, quo omnium familiarum reges promiscue et ad lubitum quasi utebantur. Alia adser-  
vatur *σφιλη* in museo regio Taurinensi, ea quoque Abydi effossa, quae erecta est anno  
quadragesimo sexto regis\*) *σφιλη* (Ρη-αβ-ηαα) *σφι* (Δααα) i. e. *rex*, (*Sol*; *dominus magnus*)  
*filii Solis* (*Aasen*), quem Champollion successisse opinatur regi Manduftep, qui  
Aegyptiaco more nomen avi sui acceperit, eundemque esse ac regem qui *Ψωσάβης* appel-  
latur Manethoni illique secundus est huius familiae rex, ita ut articulus π vel Ψ (φ)  
et graeca nominis terminatio sint delendae. Scutum tituli congruit cum illo, quo utebatur  
rex, quem Rosellinius tanquam caput familiae undecimae enumeravit. Restant tamen  
aliquae dubitandi ansae, num vere disputaverit Champollion necne, an si vera sint,  
quae disseruit Rosellinius\*\*), quocum facere maluit Leemans\*\*\*). Qui viri utrum-  
que regem ad priorem quandam familiam pertinuisse censent. Praeter ea, quorum men-  
tionem fecimus, ad hunc usque diem nulla alia sunt reperta, quamvis Manetho primum  
huius familiae regem viginti sex, secundum quadraginta unum vel quadraginta sex per  
annos regnasse dicat. Vix credi potest, quin reges, quibus tantum per spatium fuit  
Aegypti imperium, antecessorum exempla sint imitati et templa vel alia maioris molis  
monumenta exaedificaverint. Aegre enim argumentum repetas a devastatione illo, quam Per-  
sarum invasione subiit Aegyptus, quum nulla in promptu sit causa, cur furor sacrilegus  
contra huius potissimum familiae insanierit monumenta, quum tot aliis pepericisset et fami-  
lia demum vigesima sexta regnante Cambyse Aegyptum devastaverit. Ino longe proba-  
bilis est, reges illos regnasse ante *Pastorum* (επιστολ) invasionem, ac pertinuisse eos ad  
familiam quandam priorem, fortasse decimam quintam vel sextam, quod eo magis fit ve-  
rosimile, quia inscriptiones in *σφιλη* illa supra commemorata Galli *Cousinéry* et in mo-  
numento prope *Kosseir* reperto mentionem faciunt virorum, quibus nomina fuerunt *Osor-  
tasen*, *Amenemhe*, *Enentoph*, quibus praesertim homines, illa familia in Aegypto regnante,  
utebantur. Fuerunt praeterea duo illius aetatis reges, qui iisdem vel similibus fere uteban-  
tur scutis. Praenomen regis *Aasen* illi prope simile est, quo utebatur atavus quidam regis  
Ramessis III. in *processione* Ramessei, qui secundum probabilem Rosellini coniec-  
turam fuit caput familiae undecimae †). Idem praeterea scutum deprehenditur in  
numero eorum, quibus Thutmosis IV. (Moeris) ornavit parietem quandam palatii Karnas-  
ensis ac quibus ibi sacra offert ††).

Familia Tanitica secundum Manethonem regnavit per annos CXXX, itaque ab  
anno MCII. usque ad annum DCCCLXXII. a. Chr. n. Ea regnante fugit Hadud, Edomita, in  
Aegyptum, cuius Pharaos †††) nuptum ei dedit filiam suam *Thachpenes* *חַתְּפְנִישׁ*, cuius nomen  
fuit etiam deae antiqui Aegyptiis cultae et urbis<sup>152)</sup> in Aegypto inferiore<sup>153)</sup>. Eadem

\*) Cfr. fig. 31.

\*\*) *Mon. Stor.* Tom. II, p. 69 — 73.

\*\*\*) *Monumens Égyptiens*, p. 107 — 109.

†) Cfr. Rosellini *Monum. Stor.*, I, p. 136  
(Cfr. Tab. II, 13.). Tom. II, p. 73. Burton, *Ex-  
cerpt. hieroglyph.* tab. II, Ser. I, nr. 13.

††) Cfr. Burton, l. l., tab. I\*, ser. IV,

nr. 6. Rosellini, *Mon. Stor.*, I, tab. II, nr. 30.  
De rego Manduftep vel Monthothph (ita enim  
appellat eum Leemans) cfr. quae disseruit Thom-  
linson in *Transactions of the Royal Society of Lit-  
erature*, 1837, Vol. III, P. I. p. 138 — 142.

†††) Nomen in sacris V. Testamenti libris non  
commemoratur.

familia in Aegypto regnante Salomo in matrimonium sibi adscivit filiam Pharaonis cuiusdam, cuius nomen ex sacris libris non elucet<sup>154</sup>), cui dos erat urbs Gaser in terra Canaan<sup>155</sup>).

Familia regia vigesima secunda erat oriunda ex urbe Bubasti in Aegypto inferiore, celebri illa culta deae  $\Pi\psi\tau$ , *Pascht*<sup>\*)</sup>, quam Graeci Artemi ab iis cultae comparabant<sup>156</sup>). In sacris V. T. libris urbs appellatur  $\text{פִּי־בִּבְסִי}$  secundum punctationem Masoretharum<sup>157</sup>), in copticis libris  $\Pi\sigma\tau\text{-}\xi\alpha\kappa\tau$ . Ea quoque quemadmodum Tanis, hodie nihil est, nisi indigesta ruderum moles, neque ulla forsitan in monumentis veteris Aegypti superesset memoria amplior, quam taniticae familiae, nisi in prima magni palatii Karnacensis area, opere regum huius familiae, hodiernum conspicerentur sculpturae ad illius historiam pertinentes cum hieroglyphicis inscriptionibus. Ibi deprehenditur scutum (fig. 32):  $\text{פִּי־בִּבְסִי}$  ( $\text{פִּי}$   $\text{הַ}$   $\text{בְּאֶרֶץ}$   $\text{הַ}$   $\text{מִזְרָיִם}$ ,  $\text{עִיר}$   $\text{הַ}$   $\text{בְּבִבְסִי}$ ) i. e. *Rex (Sol meridionalis mundi partis, constitutus a deo Phra) filius Solis (dilectus Ammoni Schischionk)*, qui statim agnoscitur esse idem, qui apud Manethonem primus appellatur huius familiae rex  $\Sigma\sigma\sigma\gamma\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$ , in sacris V. T. libris  $\text{פְּשֵׁשֶׁת}$ , Sesak vel Schischiak nominatus. Hunc fuisse regem illum, qui quinto anno regis Rehabeam Hierosolyma expugnavit, templumque spoliavit<sup>158</sup>), tum ex ipso nomine patet, tum exinde, quod inter captivos in sculpturis illis, quarum supra mentionem fecimus, delineatos reperiantur, qui aperte Iudaeorum prae se ferunt vultum, cum inscriptione (fig. 33):  $\text{יִשְׂרָאֵל}$   $\text{מַלְכֵּנוּ}$  (מלך) i. e. *regnum Judae*<sup>\*\*</sup>). Quo rege vivente novo splendore fulsit Aeggyptus eoque fere tanto, ut tempora Pharaonum familiae decimae octavae in memoriam hominum redirent. Exercitum enim habuit qui constabat CC curribus, sexaginta millibus equitum et innumera peditum caterva, Aegyptiorum, Libyum, *Suchim* (i. e. Troglodytarum) et Aethiopum<sup>159</sup>).

Nomen, quod frequenter in operibus artis Aegyptiacae occurrit, variis compendiis scriptum est, qualia dedimus in fig. 34 et 35. Gravissimi momenti est comparatio chronologiae, quam Rosellinio duce ad fidem indicis Manethoniani in hoc opere sumus secuti, cum temporum ratione, quae in sacris V. T. libris est observata. Quum enim exodus filiorum Israel ex Aegypto anno adscribenda sit a Chr. nat. MCDXCI, et Sesak Hierosolyma caperet anno CMLXXI, inter utramque rem gestam interfuit spatium annorum DXX. Atqui inde a Ramesse III., quo regnante Hebraei Aegyptum reliquere, usque ad regem Schischiak elapsi sunt anni DXXVII, qui numeri adeo congruunt, ut in huiusmodi computationum genere vix aliquis maiorem postulare queat consensum. Etiam exigua illa differentia tolli vel certe diminui potest, si cum Cavedonio<sup>160</sup>) statuimus, filios Israël ex Aegypto demigrasse regnante rege Menephtha II. (successore Ramessis III.), cuius regni breve tempus melius etiam videtur congruere cum iis, quae in sacris V. T. libris de rebus illa aetate gestis enarrata sunt.

Mortuo Sesonchosii in thronum adscendit auctore Manethone rex, cui nomen Osoroth (secundum lectionem Iulii Africani) vel Osorthon secundum Eusebium, quae scribendi ratio ad fidem codicum quorundam manuscriptorum mutanda est in *Osorkon*. Re vera ita scriptum deprehenditur nomen in scutis regis huius, quae conspiciuntur in

\*) Cfr. supra Sect. III, p. 113, Tab. XII, fig. 72. XIII, fig. 23, not. 102, p. 164.

\*\*) Notetur vocabulum semiticum  $\text{שִׂכִּי}$ .



monumento eius Karnacensi eodem, unde descripta sunt scuta nominis ac titularum regis antecessoris (fig. 36). Scutum tituli continet inscriptionem:  $\text{Coyt}^h$  (Ρα..... Ἰταε Δαλιεστῆ) i. e. *Rex, (Sol, columen veritatis; constitutus ab Ammone)*, et scutum nominis verba:  $\text{cpr}^h$  (Δαλι-Ἰ Οσορην), *filius Solis (dilectus Ammonis, Osorkon)*. Probabile est, hunc regem fuisse filium regis Schischionk, quamvis certi aliquid hac in re nequeat defini. Fuit enim illi unus certo filius, qui Uschopt appellabatur ac summus erat sacerdos Ammonis, quod ex sculpturis in parietibus interioribus cortis in palatio *Karnacensi* elucet, ubi inter alia haec verba leguntur (fig. 37):  $\text{oy}^h$   $\text{wep}^h$  ἢ Δαληρ  $\text{coy}^h$  ἢ (ἡ)  $\text{ny}^h$   $\text{wep}^h$ ,  $\text{aw}^h$  ἢ (ἡ)  $\text{ny}^h$   $\text{wep}^h$ ,  $\text{wep}^h$   $\text{gr}^h$   $\text{Oy}^h$   $\text{wep}^h$  (Ραμ)  $\text{aw}^h$   $\text{coy}^h$   $\text{ci}$  ἢ (ἡ)  $\text{nc}^h$   $\text{to}$  Δαλι ἢ  $\text{W}^h$   $\text{wep}^h$ , i. e. *summus sacerdos (dei) Ammonra, regis deorum, caput arcitenentium (satellitum?) magnus princeps Uschopt, amicus veritatis, regius filius domini mundi, dilectus Ammoni, Schischonk*. Minime quidem vero simile est, filio cuidam regis Schischonk dignitatem summi Thebarum pontificis esse translata, nisi alius existisset regni heres, ac iure igitur hac ex re, quam Rosellinius non satis accurate secum perpendit\*), argumentum repetimus, regem Osorkon antecessoris sui fuisse filium. Scuta huius quoque regis in compluribus artis Aegyptiacae monumentis conspiciuntur, ex. gr. in magni templi prope *Tel-Bastah* (i. e. Bubastin veterem) ruderibus. Scutum tituli, si sensum spectas, congruit cum scuto Pharaonis Ramessis V. familiae decimae nonae. — Arbitratus est Champollion<sup>161)</sup>, hunc secundum Bubastiticae familiae regem eundem esse, qui *Zarach* Aethiops,  $\text{w}^h$   $\text{r}^h$   $\text{w}^h$   $\text{r}^h$   $\text{w}^h$ , in sacris Veteris Testamenti libris nuncupatur<sup>162)</sup> et quem Assa, rex Iudaeorum proelio superavit in valle *Zephatha* prope Maresam urbem, cuius opinionis argumenta desumpsit tum a temporum congruentia tum a nominum similitudine. Atqui in nomine *Zarach* deest litera  $\text{w}^h$  nominis *Osorkon*, quae ad ipsam pertinet radicem, quo, auctore Rosellinio, praeprius accedit, quod *Zarach* in Veteris Testamenti libris minime vocatur Pharaeo Aegypti, ac ne Aegyptius quidem homo, sed Aethiops. Quod si rite perpenditur, ne ea quidem potest proponi opinio, regem ducesse *Zarach* imperium Aegypti superioris (quo latiore nominis significatione *Aithiopia* etiam appellabatur; cfr. Introd. not. 1) tenuisse idcircoque prae reliquis huncce sibi imposuisse titulum, quum eiusmodi praedicamentum vile et exiguum debebat esse regi, cui in publicis monumentis documentisque titulus: *dominus mundi*,  $\text{nc}^h$   $\text{to}$ , dari solebat. Quodsi titulus Aethiops eum in finem erat additus, ut imperium Aethiopiae indicaretur, nullus Aegypti regum meliori iuro eo esset ornatus, nisi *Sisak* (Schischionk), de quo disertissimis verbis narratur<sup>163)</sup>, duxisse eum tum alias gentes, tum Aethiops contra Hierosolyma. Nullo tamen is alio gaudet titulo, nisi Pharaonis Aegyptii. Itaque censet Rosellinius<sup>164)</sup>, *Zarach* fuisse nomen principi Aethiopiae, Pharaonibus tributario, qui propria auctoritate sua bellicas suscepit expeditiones. Praeterea meridiana luce est clarius, regem Aegypti tunc temporis potentissimum ac validissimum, minime esse superatum ab imbecillo invalidoque Hebraeorum rege.

\*) Qui enim aliter esset factum, ut coniecturam proponeret, principem Uschopt forsitan antequam in regni solium esset elatum, alio nomine esse usum,

quam postquam rex esset factus. Quod quamvis frequenter fieri solebat (exempla dedimus in superioribus) hic certe factum non est.



*Isidis, Takeloth*) in aeternum viventis. Qui Osorchon successit patri suo, quod intelligitur ex scutis nominis ac titularum (tab. XXIV, fig. 42), in quibus haec leguntur:  $\sigma\omicron\gamma\tau\eta$  [Pn..... (h)  $\sigma\omicron$ ,  $\sigma\omega\tau\eta$  h Pn]  $\sigma\epsilon\tau\eta$  ( $\Delta\alpha\lambda\eta\tilde{\iota}$   $\sigma\epsilon\tau\eta$ ), *Rez*, (*Sol*, *columen mundo, constitutus a deo Phra*), *filii Solis* (*dilectus Ammon, Osorchon*).

Nomina Osorchon et Schischionk in hac familia prae reliquis in usu fuisse videtur. Champollion<sup>165</sup>) in charta papyracea funerali, quam primus delineari curavit Denon<sup>167</sup>), haec reperit verba (Tab. XXV, fig. 2):  $\sigma\tau\eta\delta\ \eta\ \Delta\alpha\lambda\eta\tilde{\iota}\eta\ \sigma\omicron\gamma\tau\eta\ \eta\mu\epsilon\tau\eta\ \sigma\epsilon\tau\eta$   $\sigma\gamma\epsilon\tau\eta$ ,  $\epsilon\iota\ \Psi\upsilon\eta\eta\ \sigma\gamma\epsilon\tau\eta$ ,  $\sigma\omicron\gamma\tau\eta\ \epsilon\iota\ (\eta)\eta\epsilon\delta\tau\omicron$ ,  $\Delta\alpha\lambda\eta\tilde{\iota}\ \sigma\epsilon\tau\eta$ ,  $\eta\mu\epsilon\tau\eta$  ( $\alpha\tau\text{-}\tau$ ).

Reges, quos enumeravimus familiae Bubastiticae, quae regnavit in Aegypto inde ab anno DCCCCLXXII. a Christ. nat. usque ad annum DCCCLII. secundum monumentorum auctoritatem fuerint hi \*):

- I. Schischionk I., Sesonchis, Sesonchosis Manethonis,  
Sesak vel Sisak in sacris V. T. libris regnavit annos XXI.  
Filius illi fuit Uschopt.
- II. Osorchon I., Osoroth, Osorthon . . . . . XV.  
III. Schischionk II., qui minime regnavit annos . . . . . XXIX.  
IV. Osorchon II. (?)\*\*)
- Uxor Pasicht.
- V. Schischionk III. (?)\*\*\*). . . . .
- VI. Takeloth, Takellothis, qui minime regnavit per annos XXV.  
Uxor fuit illi Keromana.
- VII. Osorchon II. (III. ?)†).
- VIII. (Takeloth II. ?) ††).
- IX. (Osorchon IV. ?) †††)

Bubastiticae regum familiae iterum successit familia regum Tanitarum, quorum in monumento Aegypti nulla remanserunt vestigia, quamvis Champollion<sup>168</sup>) nonnulla scuta huc trahenda esse arbitraretur, quibus deinde in aliis familiis suis locus est adsignatus. Secundum indicem Manethonianum haec regum Aegyptiacorum familia his quatuor constabat regibus:

\*) Nomina uncinis inclusa reperia sunt in monumentis, quae hodiernum adservantur in museo Britannico et Lugdunensi. Scuta regum illorum delineata sunt apud Leemans, *Mon. Égypt.*, tab. XXII, nr. 214 — 229. Scuta nr. 228 et 229, idcirco etiam peculiari commemoratione digna sunt, quia loco solitorum titularum, qui supra scuta poni solebant (*Regis et filii Solis*), discus basilisco ornatus inscriptionem inchoat, quem deinde excipit Solis imago (Pn).

\*\*) In statua regis Schischionk II., quae in museo Britannico adservatur. Cfr. *ibid.*, p. 110.

\*\*\*) In eodem monumento.

†) In scarabaeo et duabus in vittis sacerdotis cuiusdam in museo Lugdunensi. Cfr. Leemans, p. 122.

††) In tribus vasis funeralibus musei Lugdunensis. *Ibid.* p. 112.

†††) In sigillo, quod in eodem adservatur Museo. *Ibid.* p. 113.

I. Petubastes, qui regnavit annos	XL.
II. Osorchon III. (V.) . . . . .	VIII.
III. Psammus . . . . .	X.
IV. Zet (co?) . . . . .	XXXI.

Quam undenonaginta igitur per annos regnarent, imperium quod in Aegyptum exercuere, duravit ab anno a. Chr. n. DCCCLII usque ad annum DCCLXIII.

Quae sequitur familia regia vigesima quarta, ea unum tantummodo regem eumque Saïticae originis est amplexa, Bocchorin nomine, qui quadraginta quatuor per annos regnavit, itaque usque ad annum a. Chr. nat. DCCXIX. Sais, urbs antiquitus celeberrima propter templum deae Neith<sup>169</sup>), hodie nihil est nisi indigesta ruderum moles, quorum in fragmentis non magis, quam in ullo alio veteris Aegypti, quod hodie supersit, monumento regis Bocchoris ullum apparet vestigium.

Familia vigesima quinta secundum Manethonem constabat tribus regibus Aethiopicis, quorum primus (tab. XXV, pg. 3) inscriptione utebatur:  $\text{COTY}^{\text{H}} (\text{PH} \text{POYPC} (\text{H})\text{KA}) \text{CIPK} (\text{SH}^{\text{H}})$ . *Rex (Sol benevolus sacrificiorum) filius Solis (Schabak)*. In fragmentis indicis Manethoniani appellatur Sabako vel Sabbakon. Cfr. Herodot. II, 137 sqq., qui a Manethone discrepat tum ea in re, quod Pharaon rex, qui aethiopico regi successit, alio nomine utebatur: tum quod alium regum successorum statutum ordinem aliasque enarrat res eo tempore gestas<sup>170</sup>). Wilkinsonus<sup>171</sup>), ne ambae illae dissentirent narrationes, coniecturam proposuit, duos fuisse reges aethiopicos, qui Sabacouis nomine usi sint, ac quorum alter fortasse regnum ab altero acceperit. Nulla tamen, quae sufficiat, reperiri potest causa, cur etiam alter huius nominis rex imperium in Aegypto exercuisse statuatur. Fortasse nomen *Sabacon* erat appellativum, quemadmodum Pharaonis nomen, cuius opinionis a Leemans<sup>172</sup>) propositae argumentum repeti potest exinde, quod Herodotus Sabaconi suo quinquaginta tribuit regni annos, longius igitur temporis spatium, quam per quod integra familia vigesima quinta regnavit. Sethos Herodoti, qui Sabaconi successit, fortasse non est diversus ab illo rege, quem Manetho appellavit *Zet*. Quod Iulius Africanus et Eusebius referunt, Sabaconem antecessorem suum Bocchorin vivum combussisse satis probabile videtur, ubi ferocem peregrini expugnationis consideras naturam, minime vero quadrat in regem, qui capitis poenam abrogasse traditur, et regno maluit abdicare, quam sanguinem effundere humanum. Itaque Bocchoris regis nex referenda esse videtur ad Sabakonem, qui throno regnoque infelicis illius Pharaonis potitus est; contra quae sapienter et humane egisse narratur, mitis animi indoles pacisque amor, spectant fortasse ad ultimum huius familiae regem Tarraka †). Duo Sabakonis successores, qui ceu ille in monumentis aegyptiacis delineati sunt vestitu peregrino et vultibus alienigenis, secundum Manethonem appellabantur *Sevechus* et *Tarachus*. Prior hac usus est inscriptione (fig. 4)  $\text{COTY}^{\text{H}} (\text{PH} \dots \text{PIKA}) \text{CIPK} (\text{SH}^{\text{H}} \text{SH}^{\text{H}} \text{SH}^{\text{H}})$ , *Rex (Sol..... sacrificiis) filius Solis dilectus Ammonis, Schabatok*), posterior altera illa (fig. 5):  $\text{COTY}^{\text{H}} (\text{PH} \text{A} \text{TAPOY} \text{POYPC}, \text{IYPC}) \text{CIPK} (\text{T}^{\text{H}} \text{PH})$ , *Rex*

<sup>169</sup>) Cfr. etiam Diodor. Sicul. I, 65.

<sup>170</sup>) *Extracts from several hieroglyphical subjects*, p. 18, not. 1.

<sup>171</sup>) *L. I.*, p. 117.

<sup>172</sup>) Vexillum regis  $\text{SH}^{\text{H}}$  delineavit Leemans, *L. I.*, tab. XXIII, nr. 233.

(*Sol, Atmu benevolus, vindex*) filius Solis (*Tahrak*). Nomen etiam pluribus scriptum deprehenditur literis hoc modo: ΤΑΡΡΑΣ (cfr. fig. 6). Apud Graecos scriptores appellari solet Τερόκων<sup>170</sup>), in sacris V. T. libris: כֹּהֵן מִלְכָּה בְּרַחֲמֵי הַיְיָ i. e. *Tirhaka rex Aethiopum*<sup>171</sup>). Eodem eum tempore in Aethiopia regnum exercuisse, inde patet, quod scuta eius reperta sunt etiam in ruderibus, quae supersunt in monte *Barkal*. Eadem scuta deprehenduntur in lamina quadam aenea, quae in Britannico adservatur museo, ubi variae lectiones commemoratione dignae occurrunt \*). Uxor illi fuit nomine Ἀμνίη, *Amentieh* (fig. 7), duas praeterea, quantum nos scimus, habuit filias, quae virgines erant παλλάδες. Id quod patet ex inscriptionibus, quas delineavimus in fig. 8: ΤΗΡ ΣΙΟΥ Ἀμνίητις, *divina stella Amenatis* et in fig. 9: ΤΗΡ ΕΥΑΣ ΤΑΛΥΣΗΝΟΦΡΕ, *divina sponsa Tmauschinofre*.

† In ruderibus, de quibus paulo ante diximus, in monte *Barkal* Nubiae superioris sitis Doctor Ricci in στήλη granite constructa reperit scutum (fig. 10): σφττῆ Ἀσπ(τ) vel Ὀσφ(τ), *Rex Aspelt* vel *Ospert*; praeterea in throni, cui insidet rex humanae figurae ac magnitudinis, lorica scutum (fig. 11): σφττῆ Πιονχ(ε), *Rex Pionchet*, in basi denique leonis, syenite lapide (*granite rosso*) sculpti duplex scutum (fig. 12): σφττῆ (Ρ) κρη πορε.....) κρη (Ἀμνίητις) i. e. *Rex (Sol vicus, benevolus....) filius Solis Amonaso*. Manifestum tamen est, hosce reges in sola Aethiopia, minime vero etiam in Aegypto regnasse, ita vero, ut certis nequeat definiiri argumentis, utrum priori vixerint aevo an successerint regi *Tahrak*, quam secundam opinionem defendit Rosellinius. Id unum inde procul dubio extra omnem positum est dubitationem, Aegyptiorum et cultum divinum et linguam, mores artesque in terris longe ultra catadupas versus Nili fontes sitis viguisse ac diuturno quondam temporis spatio floruisse.

Tres reges aethiopici familiae vigesimae quintae regnaverunt secundum Manethonem in Aegypto per quadraginta quatuor annos, ab anno igitur DCCXIX a. Chr. n. usque ad annum CCLXXV. Secundus huius familiae rex Schabatok (*Sevechus*) fuit *Pharao Saa*, a quo Hoseas, Judaeorum rex, auxilium petiit contra Assyrium regem Salmanasarem<sup>172</sup>), id quod elucet ex chronologia hebraica. Rosellinius apte monet, nomen dei *Sevek*, quando in mortales homines transferebatur, *Seve* scribi esse solitum, quae scribendi ratio cum hebraica סוּבַּת prorsus congruit. *Punctatio* enim Masorethiarum hic loci ut saepe numero alias prorsus est falsa. Praeterea est certissimum, aethiopicos reges multos per annos Aegyptum superiorem occupasse suoque subiecisse inri, ac post longam demum proeliorum pugnarumque seriem regibus familiae decimae sextae successisse, ut eos prorsus ex antiquis regni Nilotici finibus expellerent. Quod ex ipsis monumentis luculentissime demonstravit Leemans \*\*).

Dodecarchia, ex qua secundum Herodotum \*\*\*) et Diodorum †) solus denique prodiit rex Psammetichus, neque in fragmentis indicis Manethoniani neque in canone Eusebii est commemorata, qui eiusce modi procul dubio minime silentio praetermisisset occasionem, quae argumentum offerret, quo suam de συγχρονισμῷ regiarum Aegypti familiarum fulcire potuisset doctri-

\*) Cfr. Leemans l. l., p. 118.

\*\*) L. l., p. 119 sq.

\*\*\*) II, 147 sqq.

†) I, 93.

nam. Itaque Rosellinius<sup>173)</sup> iure, ut mihi videtur, arbitratus est, narrationem de dodecarchia in fabularum regnum esse relegendam. Qua eiusmodi fabula ratione oriri poterit, hic disquirendi non est locus, praesertim quum eandem quaestionem aliiis in locis plus semel tractaverimus<sup>174)</sup>. In monumentis veteris Aegypti nullum est eiusmodi modi *δωδεκαρχίας* vestigium neque uspiam loci in valle Nilotica, omnium locorum minime ad litora lacus Moeridis aliquid est reperitum ruinarum, quae labyrinthum ab hisce duodecim regibus — ita enim fert fama — coniunctis viribus exaedificatum in memoriam possit revocare. Secundum Manethonem, auctor labyrinthi, si quis omnino exstitit unquam labyrinthus, fuit Lacharis rex familiae regum duodecimae \*).

Trium regum priorum familiae vigesima sextae, qui in fragmentis operis Manethoniani apud Iulium Africanum et Eusebium commemorantur, quibusque fuere nomina Stephinates, Nereptus et Nechao I, nullum in monumentis remansit vestigium. Nomen primi regis graeca vel interpretatio vel certe transformatio aegyptiaci nominis esse videtur. Vero est simile, hosce reges nimirum in modum Aethiopum infestatos esse incursionibus, qui procul dubio multa fecere conamina, Aegypti regnum iterum occupandi, quam ut nova monumenta posteris relinquere potuissent. Quartus rex, Psammetichus I, scutis usus est (fig. 13):  $\sigma\upsilon\tau\tau\eta$  (ΡΗ ΗΟΡΕ ΖΑ ΖΕΤ vel ΖΑ ΤΑΕ) ΣΡΗ (ΠΣΑΜΤΗ) Rex (Sol, benevolus corde — vel: Sol benevolentiae ac iustitiae), filius Solis Psamtik. Esse haec scuta nominis ac titulorum regis Psammetichi I.<sup>175)</sup> patet exinde, quod in duabus pulcherrimis *σφύλας*, quas quondam possederat Consul generalis Anastasy, in quibus reperiuntur, Nechao II. tamquam filius et successor eius laudatur. In collectione Saltiana, quae in museum Britannicum transit, adservantur quatuor vasa funebria alabastrite lapide sculpta in honorem defuncti cuiusdam Νεσι, Neithsi, qui sagittariorum cohorti fuit praefectus \*\*). Vexillum (fig. 14) continet inscriptionem: *Horphre* (Horus Sol) *confirmator iustitiae in mundo*. In museo Britannico hodiernum magnificus adservatur *σαρκοφύγιος*, quem in Galliam transferri curavit Comes de Verniac inscriptionibus ille abundantissimus, in quibus plura commemorantur nomina, quae ad Psammetichi I. familiam pertinent. Ipsi Psammetichi nomini praefigitur ibi nomen proprium patris Ηκω \*\*\*). Praeterea ibi conspicitur scutum reginae cuiusdam Τασοτ, *Taschot* (cfr. Leemans, l. I, nr. 244), quae vel filia fuit reginae Nitocris vel eius mater. Nitocris enim appellabatur uxor regis Psammetichi I., quod patet ex scutis in fig. 15. 16. 17. delineatis, quorum postremum continet nomen reginae, duo priora nomen titulumque regis coniugis amplectuntur, ita tamen ut ex signis superscriptis et attributis, quae ibi conspiciuntur, eluceat, uxoris esse scuta, non mariti.

Scuta nominis ac tituli regis successoris Nechao II. (cfr. fig. 18 et 19, quarum posterior nonnullas offert varias lectiones), quae inscriptionem: continent  $\sigma\upsilon\tau\tau\eta$  (ΡΗ..... ΖΑ ΖΕΤ) ΣΡΗ (ΗΟΡΕ vel ΗΚΩ), i. e. Rex (Sol..... in corde) filius Solis, Nechao<sup>176)</sup>, non nisi in exiguae molis monumentis quibusdam nec nisi obiter plerumque commemorata sunt. Novissima,

\*) Cfr. *Appendix*, nr. XX, ibique not. 1. De Cretensi labyrintho, cuius ad insar fabula efficta est fortassis a Gracis hominibus, confrenda sunt prae-

primis, quae disseruit Sieber, infelix ille vir, in opere suo: *Reise nach der Insel Kreta*.

\*\*) Cfr. Leemans, l. I, p. 123.

\*\*\*) Cfr. Leemans, l. I, nr. 242.

quae ex aetate huius regis hucusque innotuit, temporis indicatio, tertiū est, quo regnavit anni. Herodoto auctore \*) canalem inchoavit Memphiticum, cuius hodiernum supersunt vestigia <sup>177)</sup>, bellumque gessit contra Syros (i. e. Palaestinae Phoeniciaeque incolas) terra marique, de quibus victoriam reportavit prope *Μάγδαλον*, urbem Aegypti inferioris in vicinia Pelusii sitam, *Μεγιδδον* in sacris V. T. libris appellatam <sup>178)</sup>. Manifesto agitur ibi de bello, quod Necho contra Assyrios gessit, quum necesse esset, ut se contra impetum inconsideratum ac temerarium regis Josiae defenderet, qui in planitie prope urbem *Megiddo* \*\*) cecidit <sup>179)</sup>. Secundum Manethonem rex Necho ipsa Hierosolyma expugnavit regemque *Joahan* captivum duxit in Aegyptum, quod prorsus congruit cum narratione sacrorum librorum V. T. <sup>180)</sup>, unde comperimus etiam, quarto anno regni regis *Joiachim* Nechonem ab Assyriorum rege *Nebucadnezare* prope *Carchemin* ad Euphratem fluvium proelio esse superatum adeo, ut omnes illas terras iterum amitteret, inter Euphratem et *ricum Aegypti* (*Ἰϣυαίη-Ἰϣυαίη*) sitas, quibus potitus erat antea <sup>181)</sup>. — In museo Lugdunensi (olim in collectione Anastasiana) duae adservantur *στῆλαι* lapide calcario factae, cum inscriptionibus, in quibus scuta deprehenduntur huius regis ac multa narrantur commemorata digna, quae ad familiam regiam vigesimam sextam pertinent. Omnibus tamen rite perpensis opinionem proposuit Leemans \*\*\*) , positas esse *στῆλαις* haec in honorem Psammetichi cuiusdam, qui velut multi alii privati homines, hac familia vigesima sexta regnante, eodem illo nomine utebatur, ac cuius nomen reverentiae contra reges causa ab hierogrammate scuto esset inscriptum, haud tamen additis regiae dignitatis attributis †).

Successor regis Nechao II. nomine titulisque avi qui est usus (fig. 20), eo solo discrimine, quod medium differat signum in scuto tituli, quamvis utrumque aperte sit *ὀμόφωνον*. Apud Herodotum *Psammis* appellatur. Scuta frequenter sunt reperta, praesertim in *σαρκοφάγῳ* Musei Lutetiensis, ubi, qui nomen scripsit, varietate lectionis illa est usus, quam delineavimus in fig. 21. Scutum tituli tum aliis in locis conspicitur tum in obelisco Minervae (Romae) secundum Zoëgam <sup>182)</sup>. Is tamen vir doctissimus egregie falsus est, quum scutum ibi legatur regis Hophra ††). Uxor regis Psammetichi II. appellata erat (fig. 22): *Ἡρακλ. νεμ. †††*).

Filius Psammis, qui *Psametik II.* appellatur in monumentis, apud Herodotum vocatus est *Apries* <sup>183)</sup>, in indice Manethoniano *Ὀυάριης*, in sacris V. T. libris *פֶּרְעֵה*, *Chophra* vel *Hophra*. Rosellinius inter lapidum moles, quibus usus est *Salaheddin*, quam Cahirae extruxerit arcem, lapides quosdam quadrangulos, quibus inscripta erant scuta regum Psammetichi II, Amasis et Pharaonis illius, qui inter utrumque regnavit

\*) II, 158.

\*\*) Cave legas *Migdol*. Aut ipse Herodotus aut codicum scribae utrumque locum confuderunt.

\*\*\*) *L. I.*, p. 127.

†) Alia etiam eiusdem generis ac temporis *στῆλαι* conservatur in atrio operum antiquorum musci Florentini, quam Rosellinius delineari curavit. *Mon. Stor. II*, tab. X, B.

††) Lepsius, *Lettre sur l'alphabet hiéroglyphique*, Tab. A, nr. XI. fig. 5.

†††) Quid signum illud a nobis omissum significet, minime certum est. Monumenta hoc Pharaone regnante constructa plura descripsit Leemans, *l. l.*, p. 132 — 134.

medius ac nullus alius fuisse potest nisi Apries. Scutum nominis (fig. 22), cui superscripta sunt verba:  $\tau\eta\rho\ \rho\omicron\upsilon\phi\epsilon$ , *divinitas benevola*, hunc in modum interpretatur: *Sol qui laetatur corde suo* (*Sole che si allegra nel cuore*), indicare tamen nequeo, qua hanc interpretationem ratione velit defendere. Scutum tituli congruit cum illo, quo usus est antecessor (Rosellinius legit  $\text{Ⲫⲉⲡⲣ}$ , orthographiam librorum V. S. secutus), quod quidem raro factum est<sup>184</sup>). Etiam in obelisco Minervae, cuius fecimus mentionem, utrumque scutum deprehenditur, quamvis seorsim in diversis lateribus.

Cahirae Rosellinius statuam repperit, quae sacerdotis cuiusdam reddit figuram, hieroglyphica ornatam inscriptione, in qua narratur ille officio suo compluribus sub regibus, quorum alius alium excepisset, functus esse, primum regnante eo, cuius scutum dedimus in fig. 24; deinde Amasi regnante, denique sub Cambyse ac Dario<sup>185</sup>). Antecessor Amasi autem nullus fuit alius, nisi Apries, ac re vera in eum optime quadrat nomen, quod in scuto continetur  $\text{ⲢⲗⲁⲤⲤⲟ}$ , Remesto, a Rosellinio derivatum illud a verbo  $\alpha\lambda\epsilon\kappa\tau\epsilon$ , *odisse*, ita ut sit interpretandum *Pharao exosus*<sup>186</sup>). Secundum enim Herodotum, cuius narratio integra veritatis prae se fert speciem, victima fuit furori plebis<sup>187</sup>).

Post Aprien, populi ut videtur ac sacerdotum consensu, regnavit Amasis,  $\text{ⲁⲁⲗⲙⲉⲥ}$   $\text{ⲢⲗⲁⲤⲤⲟ}$ , *Aahmes, filius deae Neith* (fig. 25), cuius titulus interpretandus esse videtur:  $\text{ⲢⲗⲁⲤⲤⲟ}$ , *Sol iustitiae*<sup>187</sup>). In fig. 25. posterior titulus symbolica ratione est expressus, in fig. 26. phonetica sive acrologica, prima enim vocabuli  $\alpha\lambda\epsilon\kappa$  litera. Vexillum (fig. 27) continet inscriptionem:  $\text{ⲪⲟⲣⲟϥⲥⲁⲗⲙⲉⲥⲧⲁⲘⲉⲓⲁⲓⲧⲟ}$ , *Horus, stabilitor iustitiae in mundo*.

In  $\sigma\tau\acute{\iota}\lambda\eta$  quadam musei Florentini, qua  $\rho\acute{\rho}\omicron\sigma\sigma\acute{\upsilon}\nu\eta\theta\acute{\iota}\varsigma$ , adorationis actus, est delineatus, deprehenditur inscriptio, cuius in fig. 28. eam delineavimus partem, quae alicuius ponderis est in quaestione dirimenda, quot per annos ultimus ille huius familiae Pharaeo regnaverit. Dicitur ibi: *Anno tertio, mensis Payni, Calendis, regis (Sol, fortis in iustitia) filii Solis Neko (II) natus est Psametih. Vita functus est annorum octoginta unius, quatuor mensium, dierum sex; mortuus est anno XXXV. mense Paophi, die sexta, regis (Sol iustitiae), filii Solis (Aahmes filii deae Neith)*. Quod eo lubentius adiecimus inscriptionis fragmentum: quum luculentum offerat exemplum numerorum hieroglyphicorum, de quibus disseruimus supra in huius operis sectione II. et quos illustravimus in tabula peculiari<sup>188</sup>).

Mortuus est Amasis brevi ante Persarum sub Cambyse rege in Aegyptum invasionem. Filius eius, Psammenitus qui vocatur Herodoto<sup>188</sup>), Psammacheritus appellatus in indice Manethoniano, a Persa debellatore victus, filias vidit stupratas, filios necatos, amicos ad mortem ductos, ipseque, quamvis initio venia vitaeque donatus, quum atavorum regnum sibi recuperare conaretur, interfectus est. Sex tantum per menses regnavit. Rosellinius scutum tituli (fig. 29) repperit hoc modo inscriptum:  $\text{ⲢⲗⲁⲤⲤⲟ}$  (*vicus sol oblationum*) in  $\sigma\tau\acute{\iota}\lambda\eta$  quadam musei Vaticani. Utrumque scutum et nominis et tituli in palatio Karnacensi invenerunt (fig. 30) Felix<sup>189</sup>) et Wilkinson<sup>190</sup>), coniuncta illa cum scutis regis Amasis. Patet inde, vocatum fuisse eum in monumentis  $\text{ⲢⲗⲁⲤⲤⲟ}$ , Psammetichum III.

<sup>184</sup>) Cfr. Ludov. Ideler, *Ueber die Zeitrechnung der Chinesen* (Berol. 1839, 4.), p. 36, not.

<sup>185</sup>) Computum Rosellinii (*Mon. Stor.*, II, p. 158) correctit Leemanns (*Mon. Égypt.*, p. 128 — 132).



Regnavit haec regum familia in Aegypto per CL annos, ad annum igitur usque DXXX. a. Chr. n.

Iamiam sub ultimis originis diospolitanae regibus sensim sensimque expalluit splendor, quo veterum Pharaonum solum quondam ac per saecula fulserat; abiit evanitique etiam Aegypti potentia, quae licet Schischionk eam aliquo saltem modo iterum adaugere esset conatus, intestinis sub rege Aprie motibus et Anasis usurpatione adeo erat diminuta, ut exterioribus etiam infirmitas regni innotesceret; neque dubitare licet, quia causa, cur Cambyse, Persarum rex, Aegypto adeo invalida potiri cuperet bellumque contra Niloticæ vallis incolae moveret, quaerenda sit potius in ipsius regni debilitate, quam in iis, quae narrata sunt ab Herodoto, quamvis vera sint fortassis \*). Felici confirmatum est successu, vera eum coniecisse. Cecidit Aegyptus neque unquam posthac patriis regibus, antiquis suis sub legibus, paruit. Prodeunt quidem post longam annorum seriem reges nonnulli originis Saiticae, Mendesiae et Sebennyticae, qui omnibus enitebantur viribus, ut inevitabilem differrent ruinam; at nihil amplius valuerunt efficere, nisi ut aegre ac sollicite vitam in continua contra irruentes omnis generis calamitates sustentarent. Ab hoc inde tempore, si novum excipias florem, quem Lagidarum priorum tulit imperium, qui tanquam ramus alienigena arescenti arbori insitus, ab initio laeta capere videbatur incrementa, quamvis deinde intelligeretur, languido stipti haud amplius inesse vim, succum, quo erat opus, vitalem prognerandi ac transformandi, vallis Nilotica ad nostra usque tempora barbarorum fuit arena, exusta quasi domus, saevorum turbinum habitaculum, ubi in vastis fenestrarum cavernis horror habitant terrorque. Tunc a terris ad caelestem patriam recurruerunt dii deaque veteris Aegypti, quemadmodum praedictum erat in antiquo illo Hermetico oraculo: vallis Nilotica, sepulcrorum mortuorumque peritissima, in vastum mutata est coemeterium, sanctissimum Nili flumen torrenti sanguine plenum ad mare usque erupit, undaeque divinae non solum pollutae sunt sanguine, sed totae ruperunt, et vivis deinceps multa maior fuit numerus sepulcorum; neque lingua quidem, qui superstes est, cognosci potest Aegyptius actisque videtur alienus \*\*).

Regum Persarum non nisi obiter hic illic in monumentis, quae ab ipsis Aegyptiis sunt constructa, factam esse mentionem, in ipsa rerum natura est positum <sup>191</sup>). Fragmentum quoddam hieroglyphicae inscriptionis <sup>192</sup>) prope *Kosseir* ad litora Rubri Maris a Burtono <sup>192</sup>) repertae, ab eo primo publica luce donatum, trium regum nomina continet, *Καδορ* vel *Καδορ* (cuius sextus regni annus commemoratur), *ΗΤΡΙΟΥΣ*, *Ntariusch* (annus regni est trigesimus sextus) ac tertii cuiusdam regis appellati: *dominus mundi* . . . . p . . . . qui nullus potest esse alius, nisi *Ψυχρ* *Chochirsch*, *Xerxes* Graecorum. Quam *ὀρθογραφίαν* nominum Persicorum pronuntiationi Persicae melius esse adaptatam, quam Graecorum haecce nomina scribendi rationem, aliunde etiam patet, quum nomen Darii in sacris V. T. libris scriptum exhibeatur *דָרְיָוֹשׁ*, Xerxis in inscriptione cuneiformi a San-Martino explicata, de qua mox dicemus, scribatur *Ψυχρ*. Cambysis nomen deprehenditur etiam,

\*) III, 1. Cfr. Athen. XIII, p. 560 sqq.

\*\*) Unus sum in haec verbis loco Apulcii,

quem integrum adscripti supra in Sectione huius operis prima, p. 40.

\*\*\*) Cfr. tab. XXV, fig. 31.

paulo aliter scriptum in statua sacerdotis *Cahirae* inventa, de qua iam supra diximus, ubi scriptum est  $\text{Καμψης}$  vel  $\text{Καμψισσο}$  (cfr. fig. 31). Ipsius Cambysis in Aegypti regno successor fuit Darius Hystaspis (magorum enim regni, quod fuit intermedium, nulla fit mentio), qui propter clementiam suam ac benignitatem et quia populi Aegyptii et religionem et mores tuebatur, narrante Diodoro Siculo, ab Aegyptiis insignibus honoribus est cumlatus<sup>193</sup>), quod ipsa confirmant monumenta. Scuta tituli ac nominis reperiuntur in parietibus templi, cuius rudera supersunt in oasi hodie *El-Chargeh* vocata (fig. 33), ubi haec legitur inscriptio:  $\text{σοτην (Δαδην κηδ ενδ κελ *)} \dots \text{μολ} \text{ ερη (Ητριουγν)}$  i. e. Rex (*dilectus deo Ammonra, domino terrae Heb*) *filius Solis Ntariusch*. Simpliciori etiam forma scutum nominis forma ea, quam Wilkinsonus delineavit et nos dedimus in fig. 34., hac:  $\text{Δαδην μολ}$ , *dilectus Ammoni*. Paululum discrepat scutum, quod descripsimus in fig. 35. Exstant hodiernum in museo Taurinensi ac Parisiensi complures chartae papyraceae, quae Dario in Aegypto regnante scriptae sunt\*\*), quarum una incipit verbis:  $\text{Ρομικε κε φαιμενο ηκογχετ Τριουγν}$ , i. e. *anno trigesimo quinto: mense Phamento, regis Darii* (cfr. fig. 36, ubi addita est interpretatio in signis hieroglyphicis). In exiguo quodam fragmento vasis nurrhinae (*porcellanae*), quod adservatur in museo Florentino, conspicitur inscriptio, quam dedimus in tab. XXV, fig. 1:  $\text{τηρ πορε κηδ-σο (Ητριουγν) υπε κτ-τ, δευ}$  *benevolus, dominus mundi (Darius), vivens in aeternum*. In statua sacerdotis, cuius repetita vice fecimus mentionem, prope Cahiram inventa cernitur scutum nominis (fig. 2) hac ratione scriptum:  $\text{Ητρυμ (α)}$ , quod ad nullum alium pertinere potest regem, nisi ad hunc, de quo disserimus, Darium. Additam esse literam  $\alpha$  scribae lapsus tribuit Rosellinius, cui peregrinum nomen paulo alienius fuerit. Idem error saepenumero recurrit in nominibus, quae leguntur in scutis graecorum Aegypti regum romanorumque imperatorum. Quarto post pugnam ad Marathonem anno, trigesimo quinto regni Darii<sup>193</sup>), anno ante eius obitum, rebellaverunt Aegyptii<sup>194</sup>), duobus tamen annis post a Xerxe iterum sunt subigati, qui fratrem suum Achaemenem provinciae Aegypto praefecit. Scutum tituli, quo usus est Xerxes rex deprehenditur in egregio vase alabastrino musei archaeologici Parisiensis, quod primus delineavit ac publici iuris fecit Caylus<sup>195</sup>), in quo nomen et hieroglyphicis signis (fig. 3) et cuneiformibus scriptum est literis (fig. 5)  $\text{Ξεραρμνα} \text{***}$ . Alia eiusdem nominis est  $\text{ξερραρμνα}$  in scuto, quod dedimus in fig. 4:  $\text{Ξετρυμ}$ . Inscriptio, unde repetita est, eadem est illa, quam prope *Kassir* invenit ac descripsit Burton<sup>196</sup>) pertinetque ad inscriptionum classem illam, quam Rosellinius *ονομαστικας* appellavit, et quae constare solent scuto quodam, addito regni anno et nomine quodam, quarum origo peregrinantibus tribuenda esse videtur. Qualium inscriptionum magna reperitur copia in rupibus Philaram insulae et Elephantinae oppositis.

Xerxes anno regni vigesimo primo ab Artabano est interfectus. Aegyptii iterum rebellarunt, Achaemenes Icari gladio est percussus<sup>197</sup>), quem Herodotus et Thucydides filium appellant Psammetichi regis. Haud vero simile est, eum regiam nactum

\*) Quod fortasse nomen fuit antiquissimum illius Oasis.

\*\*) Cfr. Append. nr. 1.

\*\*\*) Cfr. opus Lassenii de inscriptionibus cuneiformibus, in quo huius quoque monumenti statim ab initio mentio est facta.

esse dignitatem, quum neque in monumentis ipsis neque in indice Manethoniano ulla eius facta sit mentio. Initio Aegyptii auxilio Atheniensium adiuti regem Artaxerxem Longimanum, qui Xerxi successerat, superaverunt, postremo tamen ab Artabaze et Megabyze ducibus sive dolo sive armorum vi denuo in Persarum potestatem sunt redacti atque Artaxerxi subiecti, cuius nomen apparet in inscriptione quadam prope *Kosseir* inventa, quam delineavit ediditque Burton<sup>196</sup>), hac:  $\text{COTYH NHTO (ΑΡΤΑΞΕΡΣ)}$ , i. e. *Rex dominus mundi Artachchessch*. Duo Artaxerxis in regno successores, Xerxes II. (*Sogdianus*) et Darius II. (*Nothus*) in aegyptiacis monumentis non sunt commemorati, omniumque Persarum regum, qui in Aegypto inde ab anno DXXV. usque ad annum CCCCIV. a. Chr. n. regnaverunt, solus Darius Hystaspes scuto tituli ornatus est, cuius honoris reverentiaeque argumentum supra a nobis est expositum.

Amyrtaeus Persas superavit thronumque occupavit Pharaonum, quod ex indice elucet Manethoniano<sup>199</sup>). Obiter eius mentionem facit Herodotus<sup>200</sup>). In porta, quae ex *προνάω* templi dei Chons Karnacensis ducit ad *ὑποστέλην* conspiciuntur ea, quae in fig. 8. et 9. delineavimus scuta regis cuiusdam; quae et Rosellinius et Wilkinsonus<sup>201</sup>) ea fuisse censent, quibus rex Amyrtaeus est usus. Praenomen interpretandum est  $\text{COTYH (ΠΙ CYS ZHT, COTYH (H) ΔΑΜΩ)}$  i. e. *Rex (Sol aequitatis, constitutus a deo Ammone)*. In nomine proprio agnoscere licet praeter titulum  $\text{C H T}$  i. e. *filius deae Neith*, verba  $\text{AAZ ZHT T, dilectus Horo}$ , ex quo ortam esse censet Rosellinius graecam nominis formam *Ἀμυρταῖος*, praemissa litera *α*, quae saepenumero vocabulis a consonanti litera inchoantibus solebat anteponi<sup>\*)</sup>). Reliqua signa esse interpretanda censet  $\text{KAZT}$  (*bracchium armatum*) et  $\text{ZHT}$ , igitur: *Victor prope Heb*<sup>\*\*)</sup>, qui titulus, si vera est interpretatio, referendus est ad victoriam quandam a rege, de quo agimus, fortasse de Libyae gentibus reportatam. Pulcherrimum Aegyptiacae artis quod in Museo Britannico adservatur monumentum, est *σαρκοφάγος* magnificus viridi lapide aegyptio sculptus, quem Francogalli reppererunt Alexandriae in sacra Muhammedanorum aede, quae olim Sti Athanasii fuerat basilica<sup>\*\*\*)</sup>, et qui diu sarcophagus Alexandri Magni fuisse putabatur<sup>202</sup>). Hoskins †) nomen Amyrtaei reperit in parietibus templi in oasi *El-Khargyeh* constructi: quod a Dario Notho inchoatum, ab Amyrtaeo continuatum deinde atque absolutum est. Praeter *σαρκοφάγον* illum, cuius modo fecimus mentionem, in museo Britannico duo etiam adservantur obelisci basanite nigro facti, quibus inscripta sunt Amyrtaei scuta paulo discrepantia illa ab iis, quae nos delineavimus ††). — Amyrtaeus regnavit ad annum usque CCCLXXXVIII. a. Chr. nat.

Familia regia vigesima nona secundum Manethonem Mendete urbe erat oriunda. Aegyptiacum huius urbis nomen fuit secundum Champollionem<sup>203</sup>)  $\text{ΣΧΑΟΥΤΗ-Ἡ-ΕΡΑΛΑΝ}$  (*Sche-*

\*) Cfr. supra Sect. I, not. 65. 308, ac saepius.

\*\*)  $\text{ΣΗ}$  proprie significat *navyghen*, uti docuimus in Sect. III., hic tamen loci terrae est nomen, quod elucet ex addito signo determinativo  $\text{KAZ}$ . Iam supra docuimus  $\text{ΣΗ}$ - $\text{KAZ}$  fuisse antiquum nomen oasis hodie *El-Khargyeh* vocatae.

\*\*\*) *Synopsis Musci Britannici*, nr. 10. Obelisci,

de quibus diximus paulo post, numeris 2. et 33. sunt indicati.

†) *Voyage to the great Oasis*, p. 101.

††) Cfr. *Leemans*, I. I., tab. XXVII, nr. 271. 272. Idem gravissimis demonstravit argumentis nomen proprio esse legendum  $\text{ZHT-ΘΑΟΥΤ}$ . Cfr. etiam Champollion, *Lettres au duc de Blacas*, II, p. 110.

*mun-an-Erman*), nomen quod in hodierno urbis nomine arabico: *Oschemun-Arroman* facile agnoscitur<sup>204</sup>). Primus huius familiae rex secundum Manethonem appellabatur *Nεφρῆς*, secundum Diodorum *Νεφραῖος*, in monumentis *Νεφρῶτ* vel *Νεφρῶφ*, *Nofreoph* vel *Nufrophth*, quod elucet ex inscriptione, quae conspicitur in statua basanitea in museo Instituti Bononiensis. In prima linea haec leguntur: *Ⲛⲓⲣ ⲛⲟⲩⲣⲉ ⲛⲉⲕ-ⲧⲟ (Ⲣⲏ-ϩⲏⲗ-ⲛⲉⲕ-ⲛⲟⲩⲣⲉ) Ⲙⲉⲕ ⲁⲓⲉⲧⲓ (ⲧⲏⲢ)ⲉⲩⲧⲏ..... ⲙⲙⲓ*, i. e. *deus benevolus, dominus mundi (Sol, potens, dominus vitae) dilectus deo Sevek Mehtiti<sup>\*)</sup>, deus, centrum.....<sup>\*\*)</sup>*. Secunda linea eandem continet inscriptionem, ita tamen, ut in orthographia nonnullis in locis discrepet, et loco scuti, quo titulus continetur, scutum nominis, quo appellabatur is, de quo agimus Aegypti rex. Regnavit sex annos.

Successor huius regis Achoris diutius quidem regnavit (tredecim per annos), at non adeo tranquillus, quam ille, quum perpetuo contra Artaxerxen Mnemona illi esset pugnandum, ita ut regis Cyprī Euagorae auxilium imploraret et copiosum mercenariorum militum exercitum sustentaret. In *Thutmoseo* (aedificio illo, quod construxerat Thutmosis IV. Moeris, cuius rudera hodiernum supersunt prope *Medinet-Abu*, in colonnatis nonnullis ab eo restauratis et in conclavi quodam, quod ipse addidit, conspicuntur imago eius, scuta nominis et tituli ac vexillum. Quae si una comprehenduntur inscriptione, haec continent (fig. 11. 12.): *Ⲛⲓⲣ ⲛⲟⲩⲗⲁⲗⲁⲗⲓ (ⲏ)ⲧⲟ, Ⲙⲟⲩⲧⲏ ⲛⲉⲕⲧⲟ (Ⲣⲏ-ⲏ-ⲧⲁⲕⲉ) ⲉⲩⲛⲏ ⲛⲟⲩⲏⲩⲉⲓ (ⲘⲁⲕⲢⲓ) i. e. *Horus magnus, amicus veritati in mundo, rex, dominus mundi (Sol iustitiae), filius Solis, dominus dominorum, Hakori*. Sine ulla vocali scriptum deprehenditur nomen ea sub forma, quam delineavimus in fig. 13. Varias in tituli scuto lectiones conspicuntur in parietibus antri, quod excavatum est in monte *Mokattam* prope Cahiram urbem (fig. 14. 15.), in basi sphingis, quae adservatur in museo regio Parisiensi (fig. 13) et aliis in locis. In sphinge illa additus etiam est titulus: *ⲉⲙⲧⲏ ⲏ Ⲣⲉ, confirmatus a deo Chnuphi*.*

In rudibus aedificii cuiusdam Karnacensis reperta sunt scuta successoris regis Psammuthis (fig. 17), quae continent inscriptionem: *Ⲙⲟⲩⲧⲏ (Ⲣⲏ ⲟⲥ..... ⲛⲧⲉ ⲉⲙⲧⲏ) ⲉⲩⲛⲏ (Ⲙⲉⲕⲙⲁⲩⲧ. ⲧ) i. e. *Rex (Sol, praesidium constitutum a deo Phtha), filius Solis: Psimaut* i. e. *filius deae Mut* †). Ibidem deprehenditur scutum tituli cum varia, quam in fig. 18. dedimus lectione et vexillum (fig. 19) cum inscriptione, quae secundum Rosellinum significat: *il grande dei vigilanti delle regione*, de qua explicatione certum mihi non stat iudicium.*

In sphingis statua, quae adservatur in museo Parisiensi, deprehenditur scutum tituli, quod dedimus in fig. 20. argumenti eiusmodi: *Sol, (servus spiritus deorum)* quo iam usus erat rex Menephtha II, filius Ramessis III. (Cfr. supra, p. 253) addito nominis scuto, quod Champollion<sup>205</sup>) *ⲛⲁⲓⲣⲟⲩⲟ* censuerat esse legendum, ideoque regis fuisse illius, qui a Graecis scriptoribus *Nephercus* est appellatus. Confudit tamen is signum in fig. 21.

<sup>\*)</sup> Quod fortasse est epitheton dei derivatum illud a nomine urbis Mendetis, si omnino praeter nomen supra laudatum aliud fortasse existit graeco ἀνδύορος.

<sup>\*\*)</sup> Nulla est in ipsa inscriptione lacuna, sed no-

men vel terrae cuiusdam, vel aedificii vel alius cuiusdam rei symbolice scriptum, quod interpretari nondum licuit.

†) Nomen *Ⲙⲁⲩⲧ. ⲧ. ⲉⲕⲏ ⲉⲗ*, *Muthema* complurium reginarum fuisse vidimus in superioribus.

delineatum, quo ꝑ litera indicatur, cum eo, quod dedimus in fig. 22., et quo incipit vocabulum *μα* *magnus* (fig. 23), ita ut ꝑ potius indicet literam. Itaque nomen, quo fortassis est unus quartus huius familiae rex, qui apud Manethonem appellatur *Anaphentes* vel *Nepherites*, cum Rosellinio legendum est *Βασιλευς* vel *Βασιλευς*, siquidem omnino postremum nominis signum phoneticum est.

Quinti et ultimi huius familiae regis Muthis appellati nullum in monumentis cernitur vestigium. Regnavit familia ab anno inde CCCXCVIII. usque ad annum CCCLXXVII. a. Chr. nat.

Familia trigesima, Sebennyto (*Σεβεννοῦ*<sup>206</sup>), urbe Aegypti inferioris oriunda, eaque patria Manethonis, hoc teste tribus constabat regibus Nectanebo I., Teo vel Tacho, et Nectanebo II., qui regnaverunt ab anno inde a. Chr. nat. CCCLXXII. usque ad annum CCCXXXIX. ubi tandem evenit, quod praedixerat propheta<sup>207</sup>: *Nullus erit amplius rex in Aegypto*. Scuta primi regis Nectanebi I. (fig. 24) deprehenduntur in magna illa porta, quam construxit in templo magnifico insulae Philarum. Scutum tituli congruit cum titulo regis Osortasen I. ac legendum est: *ΡΙ ΝΑ(ἠ)ΤΟ*, i. e. *Sol, mundo oblatus*; scutum nominis, cui praemissus est titulus *Βεβήνυσις*, *dominus dominantium*, constat brachio armato, quo indicatur verbum *νεβυ*, *vincere*, sphingis figura, quae *ὀύβωνος* est vasi, quo titulus *να*, *dominus*, exprimitur, et ceraste, ꝑ, affixo tertiae personae masculini generis in singulari. Nomen itaque est pronuntiandum *Βεβήνυσις* et interpretandum: *dominus vincit*. In variis fragmentis templi Philensis a nobis commemorati et in rupibus vicinae insulae *Beg* eadem scuta sunt reperta, quae tamen lectionis in nominis scuto varietate differunt. (Cfr. fig. 25. 26. 27.). Egregiae artis Aegyptiacae opera, duo illi leones, qui hodie Romae cernuntur prope silanum *Fontana di Termini* appellatum, hoc rege regnante sunt sculpti, quod patet ex inscriptione in illis conspicua (fig. 28): *σοῦτῆ νὰ-το (Ρη-να (ἠ)το) εἰρη (Ἐβυτ-κισ)* \*) *Βασιλευς* *σοῦτῆ νὰ-το*, i. e. *Rex, dominus mundi (Sol, oblatus mundo) filius Solis (Nacht-fueh Hor) vivens in aeternum*. Rosellinius praeterea alia nonnulla aeffert Aegyptiacae artis monumenta, quae scuta huius Pharaonis, ultimi regis, cuius nomen in ipsis apparet monumentis \*\*) ostendunt. Caeterum intactam relinquimus quaestionem, utrum scuta nominis titulique, quorum fecimus mentionem, ad primum regem pertinere huius familiae, quae ab anno inde CCCLXXVII. usque ad annum CCCXXXIX. a. Chr. nat. in Aegypto regnavit, an ad tertium. Anno huius regiae familiae ultimo Ocbus Nectanebum II. superavit ad Pelusium<sup>208</sup>, Aegyptumque Persarum iterum subdidit imperio. Ocbus, Arses et Darius Codomannus a Manethone tanquam reges familiae vigesimae priuae enumerantur, nullum tamen eorum in monumentis Aegypti remansit vestigium.

Priusquam cum Rosellinio transimus ad graecos Aegypti reges, mentionem facimus adhuc scuti regii, a Wilkinsono commemorati (fig. 29), quem ad decimum sextam pertinuisse familiam Rosellinius<sup>209</sup> ex titulorum concordantia coniecit: *σοῦτῆ (Φρη ἠηνα) ἀλα (Οεστῆ)*, *Rex (Sol sacrificiorum), Melek Osestot*, quae inscriptio Rosellinio praeprius propter semiticum regis titulum *ἠῆ* mentione digna esse videbatur, quem in aliis etiam inscriptio-

\*) Vel *Βεβήνυσις*.

\*\*) Cfr. etiam Lecmans, I. L., p. 138.

nibus ex aetate Persarum in Aegypto regum prope *Kosseir* sibi agnovisse videbatur ex. gr. in ea, quam dedimus fig. 30 huiusce argumenti:  $\mu\lambda\lambda\kappa$  (quod sequitur signum determinativum esse coniecit auctoritatis regiae quam hac significatione reperitur in inscriptione Rosettana) ( $\mu$ )  $\epsilon\alpha\rho\iota\varsigma$  ( $\lambda\gamma\omega$   $\eta$ )  $\epsilon\alpha\delta\epsilon\alpha\gamma\epsilon\gamma\tau$ , quam interpretatur est: *Rex Aegypti superioris*. At Salvolinius \*) iure demonstravit, ipso deinde Rosellinio \*\*) consentiente, legendum esse  $\mu\lambda\lambda\tau\epsilon$   $\mu\alpha\tau$ , *praepositus aedificiorum*, ita ut hoc in loco de nullo cogitandum sit rege \*\*\*) .

## AEGYPTI REGES GRAECI ET IMPERATORES ROMANI IN IPSIS MONUMENTIS COMMEMORATI.

(*Supplementum ad sectionem sextam.*)

Praeter auxilia, quae ad nostram usque aetatem praesto erant viris doctis, quibus Lagidarum historiam conscribere curae erat, veterum scriptorum narrationes maximam partem non consulto, sed data occasione oblatas, nummos, graecas inscriptiones in templis repertas, quae a Ptolemaeis vel de novo sunt exaedificata vel restaurata, chartasque papyraceas, quibus omnibus usi sunt Noris <sup>210)</sup>, Vaillant <sup>211)</sup>, Champollion-Figeac <sup>212)</sup>, Letronne <sup>213)</sup> et Peyron <sup>214)</sup> in disquisitionibus hac de re institutis, hieroglyphicae in monumentis Aegypti inscriptiones nuper novum maximi ponderis obtulerunt.

Quam diu vixit Alexandri Magni frater stupidus, Philippus Aridaeus, eius nomine Aegyptum gubernavit Ptolemaeus Lagi filius, inque omnibus, quae exstruxit, monumentis scuta eius poni iussit, hunc in modum interpretanda (Tab. XXVI, fig. 31):  $\epsilon\sigma\gamma\tau\eta$  ( $\text{P}\kappa$   $\Delta\mu\lambda\lambda\iota$   $\mu\lambda\lambda$ )  $\epsilon\tau\eta\kappa$  ( $\Phi\lambda\mu\omicron\varsigma$ ) i. e. *Rex (Sol constitutus et dilectus ab Ammone) filius Solis Philippus*. Nomen etiam peculiari vocalium abusu scriptum deprehenditur, qua simul demonstratur re, quam difficile fuerit Aegyptiis Graecorum pronuntiare nomina. Descripsimus illam nominis formam in fig. 32. repertam eam in  $\pi\rho\omicron\nu\alpha\tau\epsilon$  templi Hermopolitani †). Ibi enim exhibetur  $\text{P}\tau\epsilon\omega\gamma\mu\omicron\varsigma$ . Sex per annos inane fuit regis spectrum in solio Aegypti constituti, deinde ab ipsa matre Olympiade una cum uxore sua Eurydice occisus est, eaque mulier, iure iam a temporis sui scriptoribus Megaerae comparata, Poylisperchonte auctore, nepotis prodire voluit tutrix Alexandri II. <sup>215)</sup> Cuius regis scuta (Ptolemaeus, Lagi filius, eius nomine summam exercebat auctoritatem, qui nondum audebat regio diademate caput suum ornare sacrumque sibi imponere  $\eta.$   $\mu\epsilon\tau\alpha$ ) reperiuntur in monumentis sacris *Luxoriensibus*, quae eius sub regno, vel ipso vel aliis faventibus) sunt restaurata. Quae legenda sunt (fig. 33.):  $\mu\eta\delta$ - $\tau\omicron$  ( $\text{P}\kappa$ - $\Delta\mu\lambda\lambda\iota$ - $\epsilon\sigma\tau\eta$ - $\mu\lambda\lambda\iota$ )  $\mu\eta\delta$   $\eta\mu\epsilon\tau\iota$  ( $\Delta\lambda\epsilon\kappa\alpha\tau\epsilon\rho\varsigma$ ), i. e. *dominus mundi (Sol constitutus et dilectus ab Ammone) dominus dominantium*,

\*) *Analyse*, p. 215.

\*\*) Cfr. Hoskins, p. 74.

\*\*\*) Alios incertae sedis reges enumeravit Leemans, *l. l.*, p. 141 — 151.

†) Hermopolin magnam dicimus, Coptitius *Aschemunin* appellatam, de quo nomine monimus supra.

*Alexander*. Scuta regis tamen reperiuntur eaque paulo diversa lectionis varietate, hocce enim inscripta modo in insula Elephantine (fig. 33): ΠΗ-ΤΟ (ΡΗ-ΔΑΜΗ-ΣΟΥΤΗ-ΑΛΛΙ) ΠΗΑ ΙΟΥΣΣΕ (ΔΔΙΣΑΝΤΡΕ). Scutum tituli aliud cum eiusdem regis nomine paulo tamen aliter scripto iunctum deprehenditur in insula Elephantine (fig. 37) hoc modo inscriptum: ΡΗ ΖΑΚ (Δ) ΤΑΙΕ, ΣΟΥΤΗ Η ΔΑΜΗ, ΔΔΙΣΑΝΤΡΕ, *Sol, qui gaudet in iustitia, constitutus per Ammonem, Alexandros*, et cum eodem nominis scuto in hypogeis prope *Beni-Hassan-el Ahmar* coniunctum etiam tituli scutum ex duobus illis compositum (fig. 36). Quamvis vix vero sit simile, uno vel altero horum, quibus tituli sunt inscripti, scutorum designatum esse *Alexandrum M.*, quippe quia summus titulus, quem prae omnibus exspectasses reliquis, *filii Ammonis* desideretur, haud tamen ausus est Rosellinius, omnes tollere difficultates aliiisque reliquit diiudicandum, an non potius duo eiusdem nominis reges his diversis titulorum scutis sint indicati, praesertim quum signa, quibus nomen constat, variis literis ὁμοφώνως diversis in locis sint exhibitā.

Postquam quinque per annos nomine tantummodo non re vera regnavit *Alexander II.*, interfectus est a *Cassandro*, Antipatris filio, inque regni solium adscendit *Ptolemaeus Soter* (quod agnomen illi tributum est a Rhodiis, quibus auxilia praebuerat contra *Antigonum* et *Demetrium Poliorceten*) anno CCCIV. a. Chr. nat. iussitque, ut regno suo viginti illi anni adnumerarentur, per quos regis vices tenuerat, id quod aperte patet ex numis hodie superstitibus<sup>216</sup>).

Cuius regis integra scuta in monumentis Aegypti non sunt reperta, quod non nisi fortuito factum esse videtur. At in inscriptionibus, quibus ornata est tabula quaedam in pariete templi exigui Thebani sculpta, quod *Ptolemaeus Euergetes II.* antecessoris sui nomine deo *Thoth* dicavit, deprehenditur (fig. 34) scutum nominis ΠΤΡ ΤΡΕ (ΠΤΟΛΛΙΣ), cui addita sunt duo signa, quibus cognomen historicum Θεός Σωτήρως redditum esse videtur. Infra positum est scutum nominis, quo postrema eius uxor, mater *Ptolemaei Philadelphi* utebatur (fig. 35.): ΠΤΡ ΤΑΜΑΤ, additis signis quibusdam, quae graeco Θεού Σωτήρως titulo respondent<sup>217</sup>).

In magno templo Philensi, cuius maxima pars *Ptolemaeo Philadelpho* regnante constructa est, minimo natu *Ptolemaei Soteris* filio, cui hic duobus, antequam mortuus est, annis regnum tradidit, reperta sunt scuta, quae in fig. 38. delineavimus huiusce argumenti: ΗΕΒ-ΤΟ (ΡΗ-ΔΑΜΗ... .. ΝΑ) ΠΗΑ ΙΟΥΣΣΕ (ΗΤ-ΛΛΙΣ), *Dominus mundi (Sol, dilectus Ammon, sacerorum tutela), dominus dominantium (Ptolemaeus)*. Nomen historicum ΑΙΣΙΟΦ Ι. Ε. ΦΙΛΑΔΕΛΦΩΣ (fig. 38, b) deprehenditur in tabula parietina Thebana, cuius paulo ante fecimus mentionem. Eodem usa est uxor eius, cuius nomen in scuto repertum est in sacratio Philensi (fig. 39.), quo haec continentur verba: ΣΟΥΤΗ ΖΩΑΕ, (Τ)ΣΡΗ, (Τ)ΝΕΤΟ (ΔΡΗ)Τ. ΠΤΡ ΑΙΣΙΟΦ, Ι. Ε. ΡΕΓΙΑ ΟΖΟΡ, ΦΙΛΙΑ ΣΟΛΙΑ (Αρσινόη), quae fratrem suum amat (ή φιλάδελφος). Nomen *Arsinoë* cum omnibus fere vocalibus literis scriptum (Δρσινε) reperitur, addito titulo ΑΣΤΡΟΓΩ, in muris exterioribus templi *Edfuensis* (fig. 40), ubi etiam praenomen mariti scriptum est, forma tamen paulo diversa ab ea, quam dedimus supra (fig. 41).

In statua gigantea regis *Philadelphi syenite* lapide constructa deprehenditur integra inscriptio uxoris eius, cui ibi inter alios titulos, attribuuntur etiam illi, quos indicavimus

in tab. XXVII, fig. 1:  $\sigma\upsilon\tau\eta\ \tau\epsilon\sigma\upsilon\ \delta\epsilon\gamma\mu\epsilon$ ,  $\epsilon\upsilon\tau\eta\ \kappa\alpha\rho\iota\varsigma$  ( $\delta\epsilon\gamma\mu\epsilon$ )  $\eta\kappa\alpha\tau\epsilon\mu\epsilon\gamma\epsilon\tau$   $\text{I}\epsilon\tau\omega\tau\eta\ \Delta\omega\theta\omega\rho\alpha\iota$  ( $\tau\eta\ \kappa\epsilon\tau\omega$  ( $\Delta\rho\epsilon\iota\mu\iota$ ))  $\tau\alpha\mu\epsilon\iota\sigma\upsilon\ \tau\eta\ \mu\epsilon$  i. e. *regia soror et uxor domina Aegypti superioris atque inferioris, devota Isis, dilecta deae Athyr, domina mundi, Arsinoë, dea fratrem amans*. Titulus sororis, qui frequenter apud orientales gentes tribuitur mulieribus, quod Letronnius pluribus exemplis comprobavit <sup>218</sup>), hic tamen loci ipsam consanguinitatem iure indicat. In fragmento colossi, quod Rosellinius Alexandriae vidit, reperit scutum in fig. 42,  $\delta$  delineatum, cuius inscriptio duplici ratione legi potest, vel  $\tau\eta\ \kappa\omega\mu\iota$ , i. e. *dea soror*, ita ut sit tituli scutum, vel  $\Delta\rho\epsilon\iota\mu\iota$ , ut nomen exprimat. Qui facilis erat in hieroglyphica literatura verborum lusus. Scutum, quod in statua quadam *Villae Albanianae* prope Romam additum est scuto Ptolemaei Philadelphi, interpretandum est:  $\tau\eta\ \mu\epsilon\gamma\alpha\sigma\tau\epsilon$ , *divina eius soror*. — Reperiuntur praeterea regis Philadelphi eiusque sororis Arsinoës scuta in magnifico *σαρκοφάγῳ* sacerdotis  $\Sigma\omega\pi\text{-}\epsilon\lambda\lambda$ , quo Alexandri M. corpus quondam adservatum esse, diu putabatur <sup>219</sup>). Dictum est ibi,  $\Sigma\omega\pi\text{-}\epsilon\lambda\lambda$  illum fuisse sacerdotem Arsinoës reginae (deinde deae) in templo eius Memphitico, quod situm erat in parte urbis Alexandriae  $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\acute{\alpha}\nu\ \tau\epsilon\iota\chi\omicron\varsigma$  appellata <sup>220</sup>). Praeterea in museo Britannico adservatur  $\sigma\acute{\alpha}\eta\lambda\eta$  prope *Sakkarah* reperta, ubi regina Arsinoë titulo  $\Theta\epsilon\acute{\alpha}\varsigma\ \phi\iota\lambda\alpha\delta\acute{\epsilon}\lambda\phi\omicron\upsilon$  ornatur <sup>221</sup>).

Ptolemaeus Philadelphus quum duas habuisset uxores, quae Arsinoës nomine usae sunt, primam sororis suae Arsinoës regisque Thraciae Lysimachi filiam, deinde ipsam sororem, eius marito Lysimacho mortuo <sup>220</sup>), hic quoque dubitare licet, ad utram earum singula pertineant scuta. Quum tamen prior tantummodo uxor eius deinde repudiata liberos progenerasset, vero est simillimum, scutum nominis paulo plenius, quod dedimus in fig. 40, fuisse scutum prioris eiusque iunioris Arsinoës, quippe quia, paucis tantummodo mutatis in  $\delta\mu\omicron\phi\omicron\gamma\omega\upsilon\omega\upsilon$  signorum varietate, repetitum est in tabula parietina Thebis reperta, cuius supra fecimus mentionem, in qua inter maiores regis Evergetae II. longe aptior erat locus reginis, quarum ipsi successores, qui hereditatis naturaeque fuere iure, in regno successerunt.

Refert Diodorus (III, 6), sacerdotes Meroënses eo processisse impudentiae, ut a rege postularent, ut sibimet ipsi mortem adsciceret, praetendentes, tale iussum Deos dedisse ipsisque per oraculum communicasse. Omnes reges ad Ergameneum usque, qui tempore Ptolemaei Philadelphi vixerit, tali iussui maiorum more obedivisse, hunc vero iuris a sacerdotibus sibimet ipsis adrogati pertaesum magno exercitu collecto ipsum templum intrasse, omnes sacerdotes necasse eaque ratione illum morem abrogasse, qui re vera regibus nihil reliquit potentiae, nisi quantum a sacerdotibus illis concedebatur. Scuta nominis titulorumque, quibus rex ille usus est, Rosellinius reperit in magna porta templi Pselchitani in *Nubia*, quod sub Ptolemaeis regibus Romanisque imperatoribus Augustis absolutum est: Leguntur ibi haec (tab. XXVI, fig. 43):  $\sigma\upsilon\tau\eta\ (\Delta\lambda\lambda\eta\tau\omicron\upsilon\tau\ \mu\alpha\gamma\epsilon$ ,  $\Phi\upsilon\omega\tau\eta\ \epsilon\iota\mu\iota$  ( $\Sigma\epsilon\kappa\alpha\lambda\lambda\iota\ \mu\alpha\gamma\epsilon\text{-}\chi\tau\text{-}\tau$ ), i. e. *Rex (viva manus Ammonis, dilectus deo Phra) filius Solis*

<sup>218</sup>) Ex collectione Saltiana transit in museum Britannicum, cuius hodie pretiosissimum est ornamentum.

<sup>219</sup>) Cfr. Thucydid. I, 104. Salvolini,

*Campagne de Rhamsès le Grand*, p. 112. *Analys.*, p. 95 sq.

<sup>221</sup>) Cfr. Young, *Hieroglyph.*, tab. LXXVII — LXXVIII.



*Erkamou, semper vivens, dilectus Iside*), in cuius nomine *Ergamenes* ille Diodori agnoscitur. Unde patet, sub prioribus duobus Ptolemaeis, Aethiopes suos adhuc reges, qui ab Aegyptiacis non dependerent, habuisse, ac tunc etiam temporis in regno eorum Aegypti linguam, literaturam, artes et religionem floruisse, quamvis ex Arabia felici semitica iamiam affluerint immigraverintque gentes. In vetustissima parte templi, cuius rudera conspiciuntur prope vicum hodiernum *Debodek* in *Nubia*, quod pariter sub Graecis demum regibus Romanisque imperatoribus est absolutum, Rosellinius repperit scuta alius cuiusdam regis aethiopici (fig. 44), cuius nulla apud rerum gestarum scriptores facta est mentio, huius argumenti:  $\sigma\omega\tau\eta$  (Pw-ñ-uwt, cwtñ ñwtw)  $\epsilon\iota\pi\eta$  (Atppa ñw, wpe  $\alpha$ -t, Icmññ), *Rez* (*Sol perfectionis, constitutus a Diis \**) *filius Solis Atarramon, dilectus Isidi, semper vivens*). Utrum antecessor fuerit regis Ergameneis an successor eius certis stabiliri nequit argumentis.

Mortuo Ptolemaeo-Philadelpho in regno successit *Euergetes I.*, qui ut violentam sororis suae *Berenices*, quae secunda fuit uxor regis Syriae *Antiochi*, ulcisceretur mortem, Syriam provinciasque circa *Euphraten* fluvium sitas occupavit, Persiam usque ad fines *Bactrianas* cum exercitu peragravit, indeque deorum Aegypti imagines reportavit, quas *Cambyses* in Persiam abduxerat<sup>221</sup>). Scuta huius regis conspiciuntur in templo *Latopolitano* continentique haec inscriptionem (fig. 45):  $\pi\acute{\epsilon}\lambda\tau\omicron$  (wtw ñwñw  $\mu$ ñwñ) (?)  $\kappa\lambda\lambda\eta$ ,  $\Phi$ rwñw  $\tau\eta$ .....ñ wñw)  $\kappa\acute{\alpha}$  ñwñw (Ptoññw wñw  $\alpha$ -t  $\tau$  Ptwññ) i. e. *Dominus mundi (Theo) adalopho*<sup>222</sup>), *vis Ammonis, confirmatus a Sole, columen vitae, dominus dominantium (Ptolemaeus, sempervivens, dilectus deo Phtha)*. Uxor eius *Berenice* usa est titulis (Tab. XXVI, fig. 2):  $\tau\mu\acute{\epsilon}\tau\omicron$  (Bpwñw.  $\tau$ )  $\tau\omega$ ñw (A $\gamma$ w)  $\tau\epsilon\sigma\omicron$  (cwñ) ñ  $\epsilon\iota\pi\eta$  (Ptoññw wñw  $\alpha$ -t  $\tau$  Ptwññ), i. e. *domina mundi (Berenice), uxor et soror filii Solis (Ptolemaei, in aeternum viventis, amici deo Phtha)*. Inter captivos, qui in sculpturis templi *Latopolitani* infra imaginem *Euergetae* regis sunt delineati, conspiciuntur etiam, qui aperte vultum arabicum vel certe asiaticum prae se ferunt, addita inscriptione  $\Phi$ rw ñw, quo nomine vix alia potest indicata esse terra, nisi *Persia*.

*Aegyptum, patre et matre interfectis*, ait *Iustinus* (XXIX, 1), occupaverat *Ptolemaeus, cui ex facinoris crimine cognomen Philopatori fuit*. *Philopator* vel *Eupator* (nam hoc quoque nomine<sup>223</sup>) in publicis monumentis appellatur,  $\tau\omega$  ñwñw, vel  $\Phi$ ñ ññw ñwñw,  $\Theta$ ew  $\gamma$ ñkwñw in tabula parietina templi dei *Thoth Thebani*, de qua supra plus semel diximus, nuncupatus (fig. 3), eiusque uxor *Arsinoë*  $\tau\omega$ ñw  $\kappa$   $\tau$ ñw vel  $\tau\omega$ ñw ññw ñwñw (fig. 4.) usi sunt scutis, quae delineavimus in fig. 5., repertis in epistylis portae, quae ducit ad sanctuarium templi *Pselchitani* in *Nubia* (prope *Wady Dakkeh*) inque aliis monumentis compluribus hodiernum obvis, quibus continetur inscriptio:  $\sigma\omega\tau\eta$  (wtw ñwñw  $\mu$ ñwñ Ptw-cwtñ.....ñw, ññw (A $\gamma$ w) Ptw.....wñw)  $\epsilon\iota\pi\eta$  (Ptoññw wñw  $\alpha$ -t  $\tau$  Icmñ), i. e. *Rez (Theo) Megalot, constituti a deo Phtha, columina sacrorum, viventes per Ammonem et deum Phtha, filius Solis Ptolemaeus, dilectus Isidi semper vivens*. Tertium scutum (fig. 6) cum titulis:  $\sigma\omega\tau\eta$   $\gamma$ ñw (A $\gamma$ w) cwñ  $\tau\mu\acute{\epsilon}\tau\omicron$  i. e. *regia uxor et soror, domina mundi*, continet nomen

\* I. e. a sacerdotibus.

uxoris Ἀρσιν, Arsinoë's, additis signis, quibus femininum genus indicatur, tam determinativo quam figurativo. In hoc etiam ταυτολογίας genere agnoscitur nimia ista literarum, verborum titulorumque abundantia, quibus scaten scuta Lagidarum imperatorumque Romanorum. Artis corruptae perversique in huiusmodi rebus iudicii nullum disertius proferri potest argumentum.

Mortuo Ptolemaeo Philopatori successit unicus filius, Ptolēmaeus Epiphanes, qui quum in thronum adscenderet infans erat quinque annorum et dimidii. Quo regnante eiusque in honorem composita est inscriptio Rosettana <sup>224</sup>), in cuius parte hieroglyphica illa quae aetatem tulit <sup>225</sup>), nomen Epiphanis septies recurrit iunctum constanter praenomini Εὐγάριστος <sup>226</sup>). Scuta huius regis frequenter occurrunt in monumentis Aegyptiacis, Thebis, Latopoli, Ombis, Philis aliisque in locis hanc continentia inscriptionem (fig. 7): σωτή (σωτηρ Σωτηρ, σωτης ἢ Πταρ-Τωρ, σωτή ἢ Δααί, φριτας ἢ Φρι)σιρ (Πτολαμας, σωρ πτ-τ, Πτρ-ἄ), Ρεζ (Θεοὶ ἐπιφανεῖς, robur dei Phtha-Tore, confirmatus ab Amnone, largitor iustitiae per deum Phra) filius Solis (Ptolemaeus, sempervivens, dilectus deo Phtha). Quae scuto fere semper coniuncta esse solent cum illo, quo continetur nomen uxoris eius (fig. 8): κ..... τ ἄνωτ (τ)πέτο (Κλεοπτρα. τ) i. e. *Dea moderatrix, domina mundi, Cleopatra*. Filia fuit regis Antiochi Syrorum.

Epiphanes anno regni sui vigesimo quarto veneno est sublatus. Duos reliquit filios pupillos, quorum maior natu Philometor, matre sua Cleopatra regni frena tenente, in thronum adscendit. Quae quum Romanorum auxilium adversus Syrorum regem Seleucum imploraret, Roma alius missus est regis tutor, M. Aemilius Lepidus, qui regno praefuit usque ad nonum Philometoris annum, quo factus ipse regnare coepit <sup>227</sup>). Quae rerum gestarum scriptores de regno eius, quod partim solus partim una cum fratre suo minore natu Evergeta II. gessit, narraverunt, adscripsimus in *Append.* nr. XXX. Supra portam conclavis cuiusdam In magno templo Ombitano legitur graeca inscriptio, ab Anglo Hamilton <sup>228</sup>) et Germano Gau delineata, illustrata deinde a Letronnio <sup>229</sup>):

Ἰὰρ βασιλεὺς Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Κλεοπάρας τῆς ἀδελφῆς, Θεῶν Φιλοπατόρων, καὶ τῶν τέκνων, Ἀρωήρι Θεῶ μεγάλῳ Ἀπόλλωνι καὶ τοῖς συννάοις Θεοῖς, τὸν σὴκὸν οἱ ἐν τῷ Ὀμβίτη τασσόμενοι πιζὸς καὶ ἰππίς καὶ οἱ ἄλλοι εὐνοίας ἔνεκεν τῆς εἰς αὐτούς.

Ipsa portae corona continet inscriptionem hieroglyphicam, in qua legitur scuta tituli et nominis, quibus usus est rex Ptolemaeus Philometor (fig. 9) huiusce argumenti: τηρ πορε, Ρι πέ-το (τηρ ἢ σωτηρ..... πτρ σωτή φριτας ἢ Φρι ἄτω ἢ Δααί, σωρ.....) τηρ πορε σιρι πέ ἰπιμε (Πτολαμας, σωρ πτ-τ Πταρ (ἄτω) Ησε-ἄ), i. e. *deus benevolus, Sol, dominus mundi (deus fortitudinis) ..... constitutus a deo Phra, largitor iustitiae per deos Phra et Ammonem, vivens.....) deus benevolus, filius Solis, dominus dominantium (Ptolemaeus; sempervivens, amicus diis Phtha et Iaidi)*. Eadem scuta deprehenduntur etiam in corona pronai, addito tertio scuto, in quo continetur nomen sororis eiusdemque uxoris (fig. 10): σωτή κωι (ἄτω) ριας <sup>230</sup>) (Κλεοπτρα. τ).

Evergetes II. interfecit iuvenem Eupatora, qui tres tantummodo per menses in Aegypto regnavit, filium fratris sui Philometoris, cuius viduam Cleopatram in matrimonium



quae commemoravimus, sunt reperta brevi illo temporis exaedificasse spatio, quo, matre sua interfecta, solus, anteaquam ex Aegypto est pulsus, regnavit.

